TRACTATVS

BORGNINI CA-VALCANI IVRIS-CONSVLTI FIVI-ZANENSIS,

DE TVTORE, ET CVRATORE, ET DE VSV-FRVCTV MVLIERI RELICTO.

NOVVS, PRACTICABILIS, NECESSA-rius, & vtilis Cauſidicis, Procuratoribus, Notarijs, Scholaribus, & Iuſdicentibus: In quo quamplures etiam Caſus, & Statuta declarantur, & enucleantur.

Nunc ſecundò in lucem editus, Cum Repertorio rerum notabilium, & Additionum locupletiſſimo.



Francofurti ad Mœnum per Petrum Fabricium, impenſis Sigiſmundi Feyrabendij.

M. D. LXXXVI.

SERENISSIMO MAGNO ETRVRIAE DVCI COSMO MEDICI,

BORGNINVS CAVALCANVS,

S. P. D.

SI SVVM cuique, prout almæ Iuſtitiæ virtus docet, eſt tribuendum, vni tibi, Sereniſsime Magne Dux, nouum hoc dicandum eſt volumen: Etenim, ſi Veneri ſpeculum reddebant mulieres, in quo forma, atque ætate integra, dum molirentur, & comerentur, ſe inſpexiſſent, vt ſua pulchritudine multos allicerent amatores: Si Herculis, aut Martis poſtibus figebātur virorū arma, qui, dum integer ſanguis, & ſolidæ fuiſſent vires, militarem diſciplinam cum laude, gloriaq; exercuiſſent: Eadem profectò ratione tibi, qui viduas fœminas, ac pupillos pia, ac præcipua tutela protegis, hic debetur liber, qui eam iuris partem complectitur, qua eorum infirmitas, imbecillitasq; ſuſtentetur: illa enim vera Imperij tutela, & religio dicitur, viſitare, & defendere pupillos, & viduas in tribulatione earum, vt ait Apoſtolus Iacob. Huc accedit, quod ego huiuſce Tractatus Autor, qualis, qualis ſum, tuo vnius beneficio hanc ad frugem perueni. Nam niſi benignitas tua victum mihi quotidianum quinque annos totos in Piſano Collegio præbuiſſet, nullo ſanè pacto ſtudia hæc proſequi potuiſſem. Quocirca, ſi quid parere poſſem nō indignum, quod prodeat in lucem, id omne ad honorem ſempiternum, & auguſti nominis tui decus eſt referendum. Oro te igitur, vt hos quaſi tua ex arbore fructus (operæ meæ haud me pœnitebit) non aſperneris. Qui quidē ſi tibi erunt non iniucundi, animum certè videbor oſtendiſſe, vt cupio, paratum ad tantū æs alienum perſoluendum, quum vires nō fuerint idoneæ. Vale firmiſſimum non modo Etruriæ, verùm etiam Italiæ, vel Chriſtianæ Reipub. præſidium, cuius ob ſalutem Optimus Maximus Deus Neſtoris tibi ætatē tribuat: Nam prudentia, vigilantia, & omnis virtus, ac fortuna denique ipſa ita tibi propriæ ſunt, vt poſteri, cæteris poſthabitis exemplis, te vnum ſibi imitandum ſint propoſituri. Fiuizani, die prima Octobris, 1571.

SEBASTIANI SANLEO-LINI FLORENTINI COMMENDATIO IN DE TVTORE, ET CVRATORE COMPILATVM, A BORGNINO FIVIZANENSE I. V. D. excellentiſs.

ORba parente vno miſeranda in veſtibus atris,
Stabat vtroq; minor turba parente carens:
Rumpebat cunas vagitu, & queſtibus auras,
Quaq; ſibi poterat voce rogabat opem.
Cùm dextra Pietas, læuaq; amplexa gementeis
Suſtulit: & ſummum ſic fuit orſa Iouem.
Poſtquàm magna Pater triplices cui fila Sorores
Ruperunt, nulla viuere lege datur:
Nec Stygiam fas eſt iterum tranſire paludem,
Ad ſuperas auras nec remeare licet:
Pupillis nequa amiſſos reparare Parentes
Sat ratione, alia conſule quaſo via.
Nec patere vlterius lachrymis, & funere triſteis
Deſtitui pueros, resq; perire ſuas.
Numine nempè tuo ſunt orti in luminis oras,
Aequè tollendi munere ſuntq; tuo.
Tùm pius Altitonans, caſu concuſſus acerbo,
Corda prece, inflexus mollia, pauca refert.
O mea Nata graueis hominum miſerata labores,
Auxilijs feſſos vſa leuare pijs.
O vtinam ante diem extremam per fata liceret,
Eximere ex ipſis corpora viua rogis:
Hos neq; torqueret luctus, nec patre carerent,
Nec pro pupillis anxia vota dares:
Ipſe licet poßim, fatum non cogere præſtat:
Lege ſua idcirco currere fata ſinam.
Fatali quarè leges Adamante notata
Ad ſua membra prius oſſa redire negant.
Submittam è viuis, qui geſta, vicesq; paternas
Impleat, hanc curam ſollicitusq; gerat:
Qui teneræ ætati ſuccurrat, qui regat ipſas
Perſonas, lapſas & tueatur opes:
Quiq; ſatiſdandi nexu ſit liber ab omni
Puros ob mores, egregiamq; fidem.
Hetruſca de gente boniq; æquiq; Sacerdos
Hic erit, Inſubri proximus & Lyguri.
Lunenſiq; ſolo, quem Fiuizania mater
Priſca Malaſpina Regia celſa domo.
Mittet eò, COSMVM quo Tuſcia tempore Magnum:
Iure ſalutabit Floraq; læta Ducem.
Hic feret exactam tùm contutoribus artem,
Qua pupillares res, puerosq; regant.
Dixerat: atq; fidem Stygij per flumina fratris
Iupiter obſtrinxit, læua tonante polo.
Cùm pia Nata patrem, grates de more rependens,
Deſeruit terras omine læta petens.
Nec mora longa fuit, ſucceſſum cuncta ſecundum
Sortita, effectu non caruere diu.
Illuxit citò pulchra dies, ac tempore dicto
Borgninusq; Iouis liberat ipſe fidem.
Qui cura, ſcriptisq; ſuis diffudit in orbem,
O pueri, quo res veſtra regenda modo eſt.
En Tutor promiſſus adeſt, gaudete reuerſo
Ceu Patre, hic veri munera patris obit.
Tollite iam luctum, lachrymas abſtergite amaras,
Lætitiæ plenas promite ab ore notas.
Et pro lugubri, & nigro, quem fertis amictum,
Candida vos veſtis cingat, oliua caput.
Tutori veſtro grates perſoluite dignas,
Exorate ſuæ ſtamina longa colus.

EIVSDEM AD CAROLVM NANTAM CAVALCANVM AVthoris Patrem iam diem functum.

CArole, cui legum Canonumq; repoſta patebant
Senſa, quid ereptum te, & fera fata doles?
Haud totus moreris, magnaq; ex parte ſuperſtes,
Borgnini nati in pectore viuis adhuc.
Magnaq; Cæſarei, Sacriq; peritia iuris,
Iam tua, in hæredem continuata manet.
Gaude ſorte tua, cælo lætare beatus,
Exornat terras filius, aſtra pater.

FR. MO-

FR. MODIVS LECTORI S. P. DICO.

QVæ hic carptim enotaui, Lector beneuole, ea te ſuis quæq; locis reſtituere velim; vt tibi ita huius libri lectio inoffenſa procedat. Pertinent enim pleraq; ad auctorum mentem explicandam; omnia ad operis emaculationem; & à mendis Typographicis, alijsq; cuiuſcunq; generis vindicationem. In quibus ſi leuia quoq; & parui momenti quædam notare viſus ſum, ſcire licet, in eo me non tam dictu ſpecioſa afferre ſtuduiſſe, quàm cui cuimodi illa eſſent, quæ vel aliud agẽti male imponere, vel properantem odioſè remorari potuiſſent. Quare vale, & faue lingua, quiſquis es: Haue inquam, & vale mi Lector.

IN DAMHOVDERIO.

Epiſtola Dambonderij ad Grauellanum, facie 2. verſu, 36. lege Belgicam *pro* Belgiã. *Epigrammate, 1. ad Lectorem verſu. 36. l.* iudicum, *pro* iudicium. *Epiſtola Auct. ad Lect. v. 13. l.* qua *pro* quæ *Præf. operis v. 40. l.* deductæ *pro* deducta. *v. 48. l.* emiſsi *pro* emiſſæ. *v. 50. l.* de his *pro* de hoc. *Ead. Præf. facie 2. verſu 17. l.* iure naturæ æquum eſt, *pro* non hoc æquũ. *v. 63. l.* diſciplinis *pro* diſciplinas. *ibidem l.* inſtinctu *pro* diſtinctu *Ead. Præf. facie. 3. verſu 30. deleatur τὸ* ſed *v. 48. deleatur* quoq;. *v. 65. l.* Quemadmodũ enim Dominus. *Ead. Præf. facie 4. v. 1. deleatur illa.* probis etiam eorum patronis tutorib. ac curatorib. ſemper fauiſſe legitur. Ita improbos patronos tutores & curatores, cum ſimilib. pupillis, minorib. ac viduis. *v. 5. iſta.* ſub impij *&*, id eſt, à præſentia domini, includantur parentheſi. *ſunt enim auctoris verba, non pſalmiſtæ. v. 11. l.* contriſtare *pro* contriſtari. *v. 15. l.* Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam, &c. *fol. 1. col. 3. verſu 53. deleatur τὸ* enim *colu. 4. v. 10. l.* præſertim *pro* præſentim. *v. 11. l.* velut *pro* vel. *f. 2. col. 4. v. 57. l.* de tuto *pro* & tuto. *f. 3. c. 1. v. 11. l.* non ſunt *pro* num ſunt *ibidem v. vlt. l.* l. de creationib. *pro* l. de curationib. *c. 2. v. 39. l.* diſcede *pro* diſcedere. *c. 3. v. 3. l.* Diuus Antoninus *pro* Diuus Antonius. *v. 52. deleatur τὸ* nondum. *c. 4. v. 18. l.* haud quaquam *pro* haud quaq;. *f. 4. c. 2. v. 5. l.* obſeruandam *pro* obſeruandus. *& deleatur parentheſis notæ ( ) c. 3. v. 58. l.* quæ. *pro* qui. *c. 4. v. 52. l.* Præſes id minueret: à lege, &c. *v. 62. l.* in legatarijs & fideicõmiſſarijs *pro* in legatis & fideicõmiſsis. *f. 5. c. 2. v. 23. l.* l. orphanotrophos *pro* l. orphanotros. *c. 3. v. 5. l.* vlla *pro* nulla. *v. 10. l.* permittere *pro* promittere. *v. 46 l.* idcirco *pro* quocirca, *v. 58. d.* aliàs facultas. *c. 4. v. 7. l.* diſtinctio *pro* defunctio. *v. 10. l.* iurib. præallegatis. *pro* iurib. præallegat. *v. 28. l.* Doctor *pro* Diuus. *f. 7. c. 1. v. 38. l.* differendi *pro* deferẽdi. *c. 3. v. 25. l.* ſtatuũtur *pro* ſtatuunt. *v. 38. dele τὸ* non *& l.* conueniri poſſunt. *f. 8. c. 2. v. vlt. l.* neque ea qua de matris familia non dicitur filius. *pro*, neq; de matris familia dicitur filius. *f. 9. c. 2. v. 49. l.* bipartitionem *pro* bipartionem. *c. 3. v. 1. l.* Atq; hoc ita ſentit l. virum. ff. de cura. furioſ. l. maritus. C. qui, &c. *f. 10. c. 1. v. 14. l.* tradiderit *pro* traderit. *c. 7. v. 46. l.* de tutel. & ratio. diſtrah. *pro* de tutel. & rat. diſtrah. *c. 3. v. 44. l.* ration. tutel. *pro* rato. tutel. *v. 50. l.* appareant *pro* appareat. *c. 4. v. 55. l.* ſcypos *pro* cypos. *f. 11. c. 2. v. 36. l.* minores ipſi patiuntur. *c. 3. v. 5. l.* ſatiſdare *pro* ſatiſdari. *v. 30. l.* aut adultus ab inidoneo. *f. 12. c. 1. v. 56. l.* C. de diuidend. tutel. *c. 2. v. 45. l.* qui ſatiſdar. cogant. *pro* quia ſatiſdat. cogã. *v. 47. l.* quot in fideiuſsione *pro* quod in fideiuſsione. *v. 56. l.* habeat *pro* habeant. *c. 3. v. 30. l.* eod, *pro* ead. *f. 13. c. 1. v. 20. l.* obtineri *pro* obtinere. *v. 23. dele τὸ* perſonæ. *c. 2. v. 59. dele coniunctiuam* &. *c. [illegible] v. 18. l.* ſtatutum *pro* ſtatuta. *v. 26. l.* caput abſoluam *pro* capit abſoluam. *c. 4. v. 26. l.* adminiſtrationis [illegible] admirationis. *f. 14. c. 2. v. 37. l.* prætexuerit *pro* prætexerit. *c. 3. v. 12. l.* ff. commodati. *c. 4. v. 1. l.* pupillorum *pro* populorum. *f. 15. c. 1. v. 11. dele illud* efficere. *c. 3. v. 29. l.* tenentur *pro* tenetur. *v. 50.* l. quæ ſoluendo ſint idoneæ, *pro* qui ſoluendo ſint idonei. *v. 63. dele* etiam. *c. 4. v. 16. dele* contra. *v. 63. l.* actu *pro* actus. *f. 17. c. 1. v. pennult. l.* curatelam *pro* cautelam. *c. 3. v. 47. l.* maior 25. anno. *pro* maior 35. annor. *verſ. 52. l.* is cui lege bonis *pro* is cui bonis. *ſunt enim duæ leges quæ incipiunt*, is cui, *ſed hæc*, is cui lege bonis. *ſub titulo de teſtamentis in Digeſtorum libris legitur, iſta*, is cui bonis. *ſub titulo de verbor. obligationib. c. 4. v. 4. l.* video *pro* videt. *v. antepe. l.* eos ſanos *pro* eum ſanos. *f. 18. c. 1. v. 34. l.* priuilegijs adornatis. *f. 19. c. 1. v. 40. l.* abſentis *pro* abſentia. *v. 57. l.* citra omnem *pro* circa omnem. *c. 3. v. antepenult. dele τὸ* & *c. 4. v. item antepen. l.* & luxurioſa *pro* ſed luxurioſa. *f. 20. c. 1. v. 1. l.* perditi quidam *pro* perditi quidem. *v. 57. l.* verum huius ſuæ *pro* verum huic ſuæ. *c. 2. v. 12. l.* expedire *pro* expediri. *c. 3. v. 18. l.* ſed & Imperiali. *f. 21. c. 1. v. antepe. l.* Patri *pro* Patrem. *c. 2. v. 28. l.* ſtatuta condere *pro* ſtatuta concedere. *c. 4. v. 12. l.* rixabatur acriter *pro* ringebatur acriter. *f. 22. c. 2. v. 20. l.* qui in coniunctam *pro* qui inter cõiunctam.. *c. 4. v. 47. l.* l. hac conſultiſsima *pro* l. hæc conſultiſs. *f. 24. c. 3. v. 21. l.* Et ſic pleriq; *pro* & ſicut pleriq;. *c. 4. v. 26. l.* ad vigeſimum quintum annum, vſq; *pro* ad vigeſimum annum vſq;. *f. 25. c. 3. l.* denegare poteſt *inducta negatiua* non. *f. 26. c. 1. v. 27. l.* pro maiori notitia. *f. 27. c. 2. v. 8. l.* Quæ dicatur actio protutelæ *pro* Actio protutelæ dicitur. *v. 29. l.* vel permiſerit adminiſtrare teſtator incõfecto inuẽtario. *c. 4. v. 25. l.* nũ poſsit ſingulis annis *pro* non poſsit ſingulis annis, *f. 28. c. 1. v. 9. l.* ſi tutor ipſe damnum aliquod paſſus ſit, is tunc, &c. *c. 4. v. 15. l.* de *contrar. & vtili act. f. 29. c. 1. v. 10. l.* alienata enim eſſent ſua tunc bona. *v. 31. l.* diligenter excuſsis *pro* diligenter excuſ[illegible] *v. 42. l.* an invalida erit venditio. *f. 30. c. 3. v. 50. l.* [illegible]ta pupillum non currere. *f. 31. c. 2. v. 47. l.* tempore occurrẽte. *f. 32. c. 1. v. 3. dele τὸ* autem. *f. 34. c. 2. v. 25. l.* ſegnior eſſe pergat *pro* ſenior eſſe pergat. *v. 26. l. &* ration. diſtrah. *v. 47. l.* quemadmodũ decet. *c. 3. v. 3. l.* l. ſi plures. §. ſi pares. *v. 44. l.* præallegat. l. 3. §. ſi parens. *f. 36. c. 1. v. 58. l.* ſe gnariores magis metuũt. *pro* ſe gnaros magis metuũt. *f. 38. c. 1. v. 5. l.* eaſdem exhibituri quoties opus erit. [illegible]9. *c. 1. v. 37. l.* C. de vſufruct. *& proximas parentheſis notas, duas ſemilunulas dele. c. 3. v. 19. l.* quidam decedens. *c. 4. v. 40. l.* per indirectum hoc fieri poteſt. *f. 42. c. 1. v. 22. l.* de cõdict. indebit. *c. 2. v. 13. l.* cœpto & confecto. *f. 44. c. 2. v. 38. nu. 45. l.* Tutoribus non licere receptorem conſtituere, &c. *c. 3. v. 14. dele τὸ* enim. *c. 4. v. 54. l.* ſecundum ſuæ perſonæ qualitatẽ. *f. 45. c. 2. v. quinto à fine l.* omni iurium cãdidato notiores eſſe cognoſcam, *pro* nulli iurium candidato

notiora eſſe cognoſcam.f.46.c.4.v.6.l.iniquam viſum iri.f.47.c.3.v.55.l. vnde qui mihi iocale auferret *pro* iocale conferret.c.4.v.36.l.ad quas breuitati ſtudētes curioſum remittimus. *pro* ad quas breuitati ſtudentem & curioſum remittimus. v.42.l. qui quoniam non audent petere,*pro* qui quoniam non audentes petere.f.48.c.3.v.52.l. verum iſthæc honeſta appellatio.f.49.c.1.v.11.l. officium mutuationis *pro* officium mutationis.f.50.c.1.v.52.l. exigendæ veniunt. c.2.v.47.l. Ad id, quòd venale nō proſtitit.f.52.c.1.v.20.l. homini verſuto & callido. c.2.v.7.l.Tandem repperit vnam.v.48. *dele τὸ* igitur c.4.v.37.l.exploratam habet *pro* exploratā habent. f.53.c.1.v.17.l.liberatio per dolum extorta.v.penul.l. Clauſula in liberatione.f.54.c.4.v.3.l.condictio ſine cauſſa.f.56.c.2.v.25.l.debere teneri.c.4.v.1.l. diſponens vt ſequitur.v.12.l. niſi hic alter tutor *pro* & hic alter tutor.f.57.c.3.v.28.l. quātumcunq; etiā honeſtam.c.4.v.8.l.vt hi qui obligat.ſe haber. perhib.res minor.v.19.l.ſe pupillorum amātes ſimulanter oſtendunt, *pro* ſe pupillorum hoſtes ſimulanter oſtēdunt.v.24.l. perſonam gerant, iterum, &c..f.59.c.1.v.13.nu.9.l.. Quis verus ſit honor,

IN CAVALCANO.

Folio 1.c.1.verſu 11.l. pertractare cenſui *pro* pertractare cenſuit.c.3.v.18.l.inhabilem *pro* inſtabilem.f.2.c.4.v.5.l. donec copiam tutelæ dederit.. *inducta negatiua* nō.f.3.c.1.v.20.l.Tu ſcis quod titulus.v.30.l.ipſius Hieronymi dicto nomine.c.2.v.6.l.vt ipſe habeat rem.f.4.c.1.v.38.l. cū fuerit iniuſta cauſſa *pro* cum fuerit in iuſtam cauſſam.c.2.v.16.l.Iuuabit tamen minorem.c.4.v.21.l. quā damnum *pro* quam damni.v.57.l. alias tenebuntur.f.5.c.2.v.9.l.& etiam maioris. v.34.l. quod delatæ hæreditatis tempus à principio eſt vtile.c.3.v.19.l.fuit pfectè adita.f.8.v.48.l. ſe dari curatorē bonis.f.10.c.4.v.58.l.in cauſſa Magn.Baronis.f.11.c.1.v.39.l. ſit decoctor.v.62.l.conſilio trigeſimoquinto.f.12.c.1.v.32.l. ad limitationem eorum, quæ ſupra deduxi. v.59.l.& ideo animaduertant Iudices.v.pen.l. & tenerentur ad reſtitutionem. c.4.v.14.l. & interuenire in contractib.f.13.c.3.v.54.l. quantumcunq; pfectus.f.14.c.4.v.19.l.certi cōdictio..f.16.c.2.v.40.l.Hæc autē procedunt.c.3.v.11.l. vt mulier non cōtrahat, niſi certo modo, quia ſi contrahat, contractus, &c.v.16.l.ſi contrahat non firmabitur.f.17.c.1.v.21.l.in cap.quoniā contra.c.4.v.32.l.& ideò iuſtè coarctatur *pro* & ideò iuſtè [illegible]tatur.f.18.c.1.v.13.l.*aut relinquendi facultatem*.v.[illegible]um indigeāt. alieno cōſilio.f.19.c.1.v.7.l. de errore calculi.v.12.l.lite inchoata.f.21.c.1.v.7.l.quas leges non habere locum, &c.c.3.v.6.l. ne corrumpantur.f.22.c.3.v.45.l.& ſi fuerit appoſita.v.54.l.non procederet in earum fauorem.c.4.v.31.l.Titiam debere cōſequi. f.23.c.1.v.quarto à fine.l.aliàs vſura eſſet, iuxta illud, mutuo dantes. nihil inde ſperantes, &c. *pro* alias vſura eſſet iuſta, illud mutuo dantes, &c. c.2.v.3[illegible]. *dele* ſta. dict. nomine.f.24.c.2.v.11.l. de lucro dot. f.25.c.1.v.10.l.non tenetur illam reſtituere pupillæ. c.2.v.31.l.diui Seueri.§.Præſides.v.41.l.in l.1.C. vbi petant.tutor.c.4.v.18.l.in l. fi. de contrar. iud. tut. v.51.l.quæ ſeruando ſeruari poſſunt. *inducta negatiua* non *bona enim minorum quæ ſeruando ſeruari non poſſunt non tantum vrgente ære alieno rectè alienantur à tutore vel curatore, ſed etiam quādocunque è re viſum fuerit vel* *ante ſatiſdationem præſtitam, & inuentarium confectum, vide quæ tradit plurib. Alex. in l.Procurat.nu.4.C. de procurato.itemque ipſum Caualcanum, ſupra nu.125.nu.126. &c.*f.26.c.1.v.18.l.ſi minor petit reſtitui.c.2.v.9.illud cum curatore litigare, *ita intellige non tanquam minor contra curatorem litiget, ſed vt qui iuncto curatore ſibi. 1.per curatorem litiget contra tertium*.c.4.v.pen.l.de pac. & treug.f.28.c.4.v.24.l. tractat. le mort ſaiſit le vif. *quæ in inſcriptione ſeu titulo libri ſiue tractatus Tyraquelliani poſtea etiā ſæpius erratum eſt*.f.30.c.3.v.40.l. Quod datur etiam prædoni vt eſt text. in l.1. Prætor ait. §.qui à me vi poſsidebat. ff. de vi & vi armat. quia non debet ſpoliari ſua poſſeſsione etiam à ſpoliato propria auctoritate d.§.qui à me vi poſsidebat, & l.Colonus.& l.cum fundum, &c. *pro* Quod datur etiam prædoni, vt eſt text. in l.§. qui à Meui. ff. de vi & vi armata. quia non debet ſpoliari ſua poſſeſsione, etiam à ſpoliato propria auctoritate d.§. qui à Meui.& leg.Cotonus.& leg.&c.c.4.v.51.l.de retract.lignag.f.31.c.1.v.56.l.ſi eam reliquit vſufructuariam.f.32.c.3.v.26.l.de teſtam. cōiugum.v.40.l.lib.1.& in l.Titia.§.qui Marco.ff.de ann.legat. *pro* lib.1.& in l.qui Marc.ff.de ann.lega. *vt & mox legēdum*.v.49.in d.l.Tit.§.qui Marc. *pro* in d.l. qui Marco.f.33.c.1.v.9.l.debere etiā conſequi iſtam mulierem.v.12.l.de non eligend.ſec.nup. Col.1.t.2.§.fin.v.55.l.ad præterita conſummata.v.56.l.de præterito.v.63.l. annorum erat.c.3.v.30. *videtur auctor vſumfructum etiam inflexione ſecunda, & genere neutro dixiſſe, ſic enim quoque alibi infra ait*, poſſet tamen ſaluari illorū opinio, quando ambo legatarij cōcurrent in legato vſusfructus, videlicet, quod vni eſſet legatus vſusfructus alicuius fundi, & vxori vſumfructum omnium bonorum.& nu.51. quia tunc totū vſumfructum intelligitur relict. *conſiderandum igitur in his & ſimilib. ſcriptorib. quid, non quomodo dicant, neque temere quæ illis imputanda ſunt, conferri debent in negligentiam cuſorum*.v.34.l. in caſu occurrent.c.4.v.8.l.An per adoptionē.f.34.c.4.v.quinto à fine.l.& retenta prima opinione, ipſa non procederet.c.4.v.43.l.perpetuatur in ſubſtitutam.f.36.c.1.v.24.l. & miror, quod ita ſicco pede.v.penu.l.in conſ.94.nu.34..c.4.v.40.l.quod eſt digito ligandum.f.37.c.1.v.7.l.vbi dicit ad hoc non eſſe meliorem textum de iure *malè enim negatiua omiſſa eſt: vide ipſum Baldū, ad l. fœminæ.§.illud.C.de ſecund.nup.*f.38.c.1.v.46.l. aut mediā, vel maximā capitis diminutionē pateretur. c.4.v.antep.quia, *inquit*, ius debiti, & crediti fuit in vnius perſonā reſolutum, & neminē eſſe ſibi obligatum. *vbi ego interpolandum puto in hanc ſententiam, & in ſimilia verba*, quia ius debiti, & crediti fuit in vnius perſonam reſolutum, cum certum ſit, neminem ſibi poſſe obligari.l.ſi quis pro ea.§ item ſi filius.ff. de fideiuſ.f.39.c.4.v.10.l.Floria.in d.l. Procul.v.46.l.inſtitutus ex certo tempore.f.40.c.1.v.10.l. ſtatim ſecuta alienatione.f.41.c.4.v.42.l. non committēdus groſsis iudicib, & capitoſis, *pro* committēdus groſsis iudicib. captioſis. *neque enim hic de verſutis & callidis agit iudicib. ſed de pertinacib. & ſui capitis, quique id potius ſequuntur quod ſibi videtur, quam quod æquius melius erat, & ad quod hebetes eorum oculi perſpiciendum non ſuffecerunt*.v.60.l.Didac.Variar.Reſolut.f.42.c.3.v.40.l.& licet adducta per Ar.Pin.v.58.l.iure permittente *pro* iure promittente.f.44.c.1.v.49.l. medietas, in quam quis ſucceſſurus eſt.v.55.l.in l.quartā. ff.ad d.leg.Falcid..c.2.v.45.l.Ferdin. de Loazes *ſiue*

Loa-

Loaces.c.3.v.quarto à fine,l.ſecus in nõ tota, ſed aliqua parte, & promiſiſſet,'&c. *pro* ſecus in non tota ſed aliquid,& promiſiſſet.v.vlt.l,C.de vſur.rei iud. *pro* C.de vſufruct.rei iud.f.4.6.c.3.v.20.l. in additione ad cõſilia Martin.f.49.c.2.v.31.l.verſic.hæc Gallica.v.64.l.in Authen.cui relictum.vbi &c.c.3.v.28.l.ſed menti ſtatuti vigentis.f.50.c.4.v.14.l. poſſa far teſtamento con licentia & conſenſo del ſuo marito,&c.f.2.c.4.v.49.l.ſicut nurus cum ſocru,aut canis cum cata.f.53.c.2.v.6.l.ſi pro toto tempore darentur.c.4.v.43.l.& ſic poſito,quod domina B.nupſerit,& cum filio non moretur, tamen prima legata,ſcilicet,partis hoſpitij,vineæ, & petiæ terræ, tanquam purè relicta dominæ B. deberi certũ eſt: cum teſtator plurib. orationib. diuerſas res legat eidem: & vnaquæq; oratio habet in ſe verbum aptum ad legatum: & plura legata ſint diuerſa, & ſeparata,vt ff.de leg.2.l.2.& l.ſi duob.& ff.de verb. oblig.l. ſi ſcire debemus poſt princ. facit l. plura. ff.de legat.1.ſed in puncto propoſito teſtator plura & diuerſa legata reliquit.f.54.c.2.v.29.l.ſi generalis præceſsit.f.56.c.1.v.19.l.ſi vſufructuarius offerat ſatiſdationem.c.2.v.4.l.reſtituendo illorum æſtimationem.v.22.l.Hæc autem de inuẽtario..f.57. c.1.v.18.l.nec renaſci potuiſſe. c.3.v.8.l. in l. vſufructuarius nouum.v.33.l. non poteſt illas repetere à proprietario.v.57.l. conſ.94.num.23.& ſeq.v.63.l. curam pertinere ad vſufructuariũ, ſed ſolutionẽ expenſarum,& pecuniarũ ad proprietarium.f.58. c.1.v.9.l.is onera re alia ſoluere teneatur. v.47.l. in l.placet.C.de ſacr.ſanct.Eccleſ.c.2.v.2. ſequuntur quemcunq; poſſeſſorem.v.6.l. in ſuis communib. opin.c.4.v.8.à fine,l.in l.inter ſtipulantẽ. §. ſacram. num. 6.& ibi Doctor. ff.de verb.obli.f.59.c.2.v.13. à fine,l. & tenere ad affictũ. *pro* & tenere ad afflictũ. c.3.v.10.à fi.l.aut ipſum cuſtodire dict.bona.v.pen.l. niſi ipſi vſufructuario, virtute talis pacti, &c. c.4. v..2.l.durante vſufructu non valebit, & proprietarius cogi poterit ipſi vẽdere.v.28.l. in ſuis commun. opin. v.36.l. de non alienando niſi ſibi, & is recuſauerit emere.v.51.dele τὸ quod. vt & f.60.c.1.v. 13.ibidem.f.60.c.1.v.32.l. & dixi ſupra titulo de locato.c.2.v.13.l.& teſtari de illis poſſet. verſ.30.l. & ibi Caccialup.quæſt.38.ſub nu.137.ff. de condict. indebit.Soc.Iun.conſ.70.f.61.c.4.v.30.l. concederẽtur patri.f.62.c.1.v.11.l. quando ex cauſſa filij contradicerent. c.4.v.19.l. per viam libelli diffamatorij.v.6.à fin.l.Domini Sfortiæ Palauicini.f.63.c.2.v. 34.l.vel viduæ fuerint.c.3.v.17.l.Bald.in d.l.fin. dicit.f.64.c.2.v.30.l. ſimul habentib. matrimonium indiuiſum.f.67.c.4.v.27.l.l. vſufruct. bonorum.ff. ad leg. Falcid.v.6.à fin.l.l.1. C.de redim.his quæ in fraud.v.3.à fin.l.tit.de decoctorib.nu.14.char.mihi 236. & etiam quia ipſa vſufructuaria poſsidẽdo debet cauere,&c.f.69.c.1.v.19.l.& non vſufructuarium.c.4.v.5.l in l.apud Trebatiũ. §. neq; fructuarius. v.8.à fin.l. an etiam de legato detrahi debeat Falcid.f.70.c.1.v.8.l. quia debet haberi conſideratio quantitatum & qualitatum bonorum.c.2.v.12. l.l.cum his.§.mulier.ff.de cõdict.indebi.c.4.v.44. l.vel ei interdictum fuit aqua & igni.f.71.c.2.v.5.l. quoad in eius notitiam peruenerit. v.9.à fin.l. per totum mundum dicit Alberic. *pro* per totum modum dicit Albe.c.3.v.15.l. quia exercebant officiũ. v.50.l.non obſtante allegato per Tyraqu.c.4.v.4.l. ſiue vnicum legatum, amplius renaſci non poteſt. *pro* ſiue amicum legatum, amplius renaſci nõ poteſt.v.13.l.acquiſitio verò vſusfructus.f.72.c.1.v.1.l. propter huiuſmodi delictum. v.42.l. ſi à teſtatore patri eſſet prohibita acquiſitio vſusfructus bonorum aduentitiorum, vel commoditas vſusfructus,&c..c.2.v.47.l. petium terræ pratiuæ. verſ.8.à fin.l. bona non reuertuntur ad directum dominum.

DE TV-

DE TVTORE ET CVRATORE, CAPITVLO PRIMO.



SOLENT ſœpiſsimè bona minorum vſurpari, & ipſi ab omnibus derelinqui, & malè à vitrico, ſeu nouerca trãctari, ideò vt ipſi, & eorum bona indefenſi non remaneant, & omne illud quod agitur ſit validum, iuxta notata per Maran. ſpec. aur. in 4. par. diſtinct. 16. nu. 25.26. ad fauorem dictorum minorum de tutoribus, & curatoribus pertractare cenſuit, vt etiam maiores ſint cauti ad negociandum, & agendum
1 cum dictis minoribus.

Et ideò in primis pro iuuenibus ſciendum eſt, tria principaliter eſſe genera tutorum & curatorum, ſcilicet, teſtamentarius, legitimus, & datiuus: teſtamentarius eſt ille, qui à teſtatore in teſtamento eſt relictus: legitimus, qui teſtatori eſt proximior, & à lege conſtituitur, vt auus, mater auia, pater patruus, & coniunctus. Datiuus qui à iudice datus eſt, toto titul. inſtit. de tutel. de legit. agna. tutel. & qui teſtamen. tut. dari poſſ. & per Dyn. in regula, beneficium. col. 8. verſi. ſicut dicitur, & ibi
2 addens, de reg. iur. in 6. vbi etiã habetur, qui poſſint eſſe tutores, & eſt aduertendum, quòd tutor datiuus cedit legitimo, & legitimus teſtamentario, vt per Aretin. & Chriſt. Porc. in princip. inſtit. de legit. agnat. tut. Corn. conſil. 210. col. 3. in fin. vol. 3. Bar. in ſingul. 71. Nota tex. vbi dicit eſſe textum notabilem in l. ſi tutor. §. ſi duobus. ff. tut. & rat. diſtra. & Durant. de Arte teſtan. titu. de tutore, cautel. 1. num. 2. etiam quod ſit datus in teſtamento minus ſolenni, dummodo ſit confirmatus à iudice. Alex. conſil. 140. nu. 4. vol. 1.

3 Et tutor legitimus poteſt eſſe extraneus, & alterius iuriſdictionis, & territorij, Datiuus autem debet eſſe de iuriſdictione pupilli, aut iudicis dãtis, l. neque. C. qui dar. tutor. vel cura. Aret. inſtit. de Attilia. tut. & Franc. Marci. deciſi. 251. in prima parte, Alexan. conſi. 161. ſuper primo, num. 7. volumine 5.

4 Et debet eſſe tutor, aut curator maior annis 25. aliàs tutor eſſe non poteſt. §. fin. inſti. de fidu. tutel. vbi gloſ. quæ dicit, quòd quotieſcunque fit mentio de ætate perfecta, vel maiore, intelligi debet de maiore 25. annis, §. ſeruus autem. inſtitut.

qui teſtamen.tutor.dari poſſunt. in fine, vbi Aret.
numer.1.qui dicit, hoc procedere quòad exerci-
5 tium,non autem quòad inſtitutionem, nam in-
telligeretur inſtitutus pro tempore habili, vt etiã
idem dicit in §.ſeq.

6 Et ſi tutor daretur minor annis 25. & ipſe do-
loſe acceptaret tutelam,eſſet obligatus, vt maior,
nec reſtitutione in integrum adiuuaretur,vt con-
ſuluit Ruin.conſ.97.circa primum,vol.5.

Et prædicta de tutore maiore 25. annorum
intellige, niſi ſtatutum requireret minorem, vel
maiorem ætatem,& ſic dictaret, quòd ætas perfe-
7 cta intelligeretur in maiore 15. vel 18. annorum,
& quòd tunc poſsit ſe obligare, & contrahere, ac
diſponere perinde,ac ſi eſſet maior 25. annorum,
quod ſtatutum facere poteſt, quia poteſt abbre-
uiare tempus legitimæ ætatis,& habilitare ad cer-
tum tempus inſtabilem de iure communi, vt dicit
Bald.in tract.ſtatutorum in verbo ſtatuere.nume.
12.Soc.conſil.20.num.11.vol.1.& Dec.in c. ex par-
te.ſub nume. 9. de appellat. & infra de iſto ſtatuto
dicam ſub titul.de pœnis tranſeuntibus ad ſecun-
das nuptias, cap. 11.

8 Bene verum eſt,quòd minor 25. annis poteſt
tutores in teſtamento relinquere.Bartol.l.quæro.
§.fin.ff.de teſtament.tutel.& Aret. §. furioſus, nu.
2.inſtit. qui dari tuto. in teſtamen. poſſ. & Bartol.
in l. ſi plures. §.quamuis.nu.1.ff. de adminiſtr.tut.

Si autem pater emancipauerit filium ſuum, &
9 tutorem teſtamentarium illi reliquerit, erit con-
firmandus à Iudice, aliter non valebit tutela, nec
erit hoc caſu neceſſaria,vltra confirmationem,in-
quiſitio,hoc eſt,quod iudex inquirat, an talis tu-
tor ſit diues,vel non, aut dederit fideiuſſorẽ, quia
quoquomodo reperietur iſte tutor erit relinquẽ-
dus,licèt in matre dãte tutorem filio ſuo in teſta-
mento non procedat, ſed debet confirmari à Iu-
dice cum inquiſitione,vt per gloſ.fin.in §.fin. inſt.
de tutel.& ibi per Doct. qui ponunt rationem di-
uerſitatis, & eſt text. in l. 1. C. de confir. tutorum.
10 vbi iudex cõfirmabit illum,cum cognitione cauſ-
ſæ,& tutor ſimiliter poterit ſe excuſare, & erit iſto
caſu neceſſaria propinquorũ citatio, vt per Alex.
conſi.86.viſis dubitationibus,col. 1. vol. 2. Tiraq.
in ſuo tractat. Res inter alios acta. in limitatio.43.
col.mihi.25.Addens ad Matheſila.ſingul. 107. nu.
5.& Dec.in l.quo tutel.§.nemo.num.2.ff. de regu.
iur.vbi dicit, procedere filio hærede non inſtitu-
to. nam in inſtituto requiritur confirmatio cum
minori inquiſitione, vt per Barto.l.puto.§. mater.
num.2.ff.de lega.2.

Et intellige,matrem poſſe filio inſtituto da-
re tutorem in teſtamento, niſi pater prius in ſuo
11 eloquio tutorem teſtamẽtarium feciſſet, quia iſto
caſu non poterit mater alium dare tutorem in te-
ſtamento ſuo: nam tutorem habẽti tutor dari nõ
poteſt. §. interdum. inſtit. de curat. niſi quem ve-
lit tutorem dare hæredem inſtituat,& roget, vt fi-
lio ipſius teſtatricis, cum is ad pubertatem vene-
rit,hæreditatem plenè reſtituat, & exprimat ſe ita
teſtamentum facere,vt meliùs filio conſulatur hę-
rede ſcripto adminiſtrãte bona, dum filius ſit pu-
bes,& mandet interim pupillo alimenta præſta-
ri ex fructibus hæreditatis, quia iſto caſu hæres
ſcriptus & rogatus,reſtituere filio,cenſebitur ad-
miniſtrator,& ſic tutor electus potius,quã hæres,
vt reſtituat filio hæreditatem vnà cum fructibus
perceptis abſque detractione trebellianicæ, l. in
fideicommiſſi.§.cum pollidius.ff. de vſur. gloſ. in
l.fideicommiſſaria.§.fin. ff. ad trebell. in verbo fi-
deicõmiſſum cadit, & ibi Alex.& prædicta refert,
& ſequitur Duran.de Arte teſtan.titulo de tutore,
cautel.4.pupillo.num.2.& ſeq.vbi dicit, procede-
re etiam inter parentes cupientes filios ſuos bona
non dilapidare, quam cautelam, & ſi videatur vti-
lis,non approbo,propter dubiũ litis euentum.

An hęres inſtitutus,vt inſtitutus faceret fructus
12 ſuos vltra alimenta, & an præmoriente filio ante
pubertatem tota hæreditas ad ipſum hæredẽ re-
manere debeat, & non ad hæredes filij impube-
ris iure tranſmiſsionis, iuxta latè tradita per Rui.
conſ.54.& conſil.206.vol.2. vbi concludit, quòd
ſi vſufructuarius ſit hæres inſtitutus in vſufructu,
& poſt eius mortem Sempronius hæres vniuerſa-
lis,quòd ſi Sempronius moritur ante vſufructua-
rium,quòd vſufructuarius erit hæres vniuerſalis
bonorum,& vſufructus,& ad eius hæredem tranſ-
mittet hæreditatem,de quo latè dixi, infra in titu.
13 de vſufructu,capitu. nono, verſicul. ſi autem mu-
lier.ideo melius erit dare curatorem bonis, vſque
ad legitimam ætatem,tanquam datus filio diluci-
da interualla non habenti, propter fragilitatem
& debilitatem intellectus,adnotata per Aretin. &
Chriſto.Porci.§.furioſi.inſti.de curat. & per Dec.
in l.quo tutela.§.nemo. de reg. iur. & per Alexan.
conſil.189.viſo ſtatuto.numer.2.volum.7.& Cra-
uet.de indemnit.mulier.num. 8.car.240. quam-
uis hoc remedium etiam nõ videatur tutum, cum
tutor, aut curator iam à patre ſit conſtitutus, vt
per Iac. Michel.patroci.3.nume.9. & ſequent. ſed
vide Roderic. Suarez, in l. quoniam in prioribus,
limit.1.num.10.C. de inof.teſtam.& . §.interdum.
& ibi glo. inſtit.de curatori.

Et eſt aduertendum, quòd quando plures ſunt
14 dati tutores in teſtamẽto,licèt nõ teneantur ſatis
dare de adminiſtratione reddenda, etiam quan-
do confirmari debeant cum inquiſitione,vel ſine.
§.1.& 2.inſtit.de ſatisda.tut.glo.in d.§.fin.inſtit.de
tutel.& Bart.in l.1.ff.rem pupil.ſal.for.

Tamen quando vnus vult adminiſtrare, te-
netur,alijs contutoribus ſatisdare de indemnita-
te pupilli, & ipſorum cõtutorum, niſi à teſtatore
fuerit aſcriptus ad adminiſtrandum.§.de ijs, inſti.
de ſatisda.tuto.

15 Quia omnes inſolidum tenentur reddere ad-
miniſtrationẽ pupillo infra triginta annos, vt per
Aretin.§.actionum, numer. 37. verſicul. decimo-
quarto.inſt.de act.Boeri deciſ.59.& Vanti.de nul-
lit.ex diffe.inhabilit.nu. 80. verſ. præmiſ.car.150.

16 Tametſi poſsit petere beneficium diuiſionis,
ſi ſunt ſoluendo,de adminiſtratis infra pupilla-
rem ætatem, & non vltra, vt per Boer. deciſio. 59.
Hippol.in Rubrica de fideiuſſori.num.188.verſic.
nam connexorum.

17 Et hoc, niſi in huiuſmodi tutelis adeſſet iura-
mentum,quia tunc beneficium diuiſionis non po
teſt peti,cum ſit ſeruandum in ſua forma ſpecifi-
ca, & non poſsit adimpleri per æquipollens, &
propter huiuſmodi iuramentum cenſeatur ex-
preſsè conuentum de non petendo beneficium
diui-

diuiſionis ſecundum Baldum in leg.1.C.quemad. teſtamen.aper.& ita tenet Fran.Marci.deciſi.217. quæritur ſuper cauſſa compulſoriarum in ſecund. part.faciunt latè tradita per Roland.à Valle, conſilio 13.num.14.volum.1.& conſil.31. nume.6.volumin.2.

Et aſcriptus ad adminiſtrandum quis cenſetur, quando teſtator reliquit vxorem, vel aliā perſonam dominam, maſſariam, adminiſtratricem, & gubernatricem domus, & filiorum ſuorum, vt per Boer.deciſ.124.addit.ad Rom.ſing.165.committo, & Capit.deciſio.129.nu.2.

18 Si autem iſte tutor allegaretur ſuſpectus, dubium facit, an in totum eſſet remouendus, vel aſſociandus. In tutore non coniuncto nulli dubium eſt, quòd eſt in totū remouēdus. Si autem eſt cōiunctus, eſt ei dandus conſocius, ſi ſuſpicio ſit debilis, & parui momenti, vt dicit Bartol. in l. ſi tutor ab alio.ff.de ſuſpe. tut. l. quod vero procura-
19 tori.§.ſunt quidam, & ibi etiam Paul.de Caſtro, & Aretin.§.ſciendum. ſub numer.4.in glo. in verbo dicendum. Inſtit.de ſuſpect.tuto.& ideo pendente lite ſuper ſuſpicione huiuſmodi, non debet ei adminiſtratio interdici, vt per Bart.in d.l. ſi tutor ab alio.num.3.& in d.§.ſunt quidam. num.3.& 4. & in l.ſi forte.§. primo. ff. eodem. & Manſuer. in ſua praxi, titu.de tutore, & curatore, nume.13.car. 19.licet Aretin.in §.ſuſpectus autem.num.2. inſti. de ſuſpect. tuto. & Afflict. deciſio. 307.numer. 5. teneant, in totum eſſe remouendum, & lite conteſtata adminiſtrationem interdicendam, vbi alios allegant, tamen à prima opinione non eſt recedendum, quia eſt communis, quam etiam ſequitur, & tenet Specul.titu.de actore, verſic. item quod eſt tutor, ſub numer.18.& Afflict.in tract.de iur.prothonotar.in Rubric. num.18.& præcipuè vt dixi, quando tutor eſſet ſuſpectus ex debili cauſſa, vt etiam conſiderat Paul.de Caſtr.conſi.355.poſtquàm iſte tutor, vol.2.in Antiquis, ſecus ſi non fecerit inuentarium, vel bona dilapidauerit, aut pupillam ante tempus, vel non condigno maritare voluerit, quia tunc in totum eſt remouendus tutor, etiam quòd eſſet mater, aut auia, vt per Afflic. deciſio.207.in fin.& Boer. deciſi.33.numer.100. & ſequent.& Crauet. conſil.190.& Socin. conſil. 193. numero ſecundo, volumin. 2. & ita poſſunt concordari contraria ſupra allegata, & Cornel. Benincaſ.tract.de pauper.quæſt.9.ſpecial.10. numero 32.vbi loquitur in inuentario non pleno, & imperfecto, & Bartol.l.1.§.ſolem.numer.2.3.ff.de offi.præfect.vrb.

20 Sed ſi iſte tutor antequam accuſaretur ſuſpectus, ſolemnia non facta, fecerit, non poterit per hoc accuſari poſtea ſuſpectus, & admittetur ad agendum, & ad adminiſtrandum, Barto.in l.tutor, qui repertorium, col.2.ff.de adminiſtra.tuto.quē refert, & ſequitur Capici. deciſio.50.in cauſſa Iacobi.num.3.Dec.conſil.274.ſub numero 6.Ruin. conſilio 29.numero 10.conſil.89.numer.9. volumine 5.& conſil.108.num.15. volumin. 1. attento, quod nō reperitur iure cautum, infra quod tempus debeant iſta ſolennia fieri per ſupradicta, meritò ante exceptionem, & oppoſitionem factam ab accuſare volēte, audiendus erit tutor prædicta adimplere volens, ſecus ſi poſt querelam factam de remouendo eum à tutela ob ſolemnia non facta voluerit adimplere, & facere, quia tunc non erit audiendus, & vt ſuſpectus remouendus, erit ius quæſitum dicto pupillo, & querelanti, vt per
21 Bello.in conſil.2. num. vndecimo, vbi conſuluit, quòd vxor vſufructuaria omnium bonorum allegata ſuſpecta, propter dilapidationem, & ſatisdationem, ac inuentarium non factum, non debet audiri, ſi voluerit poſt oppoſitionem factam ab hærede facere inuentarium, & ſatiſdare, & ſimiliter habetur per Doctores, quòd donatio excedens ſcientiam quingentorum, debeat inſinuari, aliter non valeat, ſi non fuerit inſinuata, & opponatur ad præiudicium excipientis, cui fuit per exceptionem ius quæſitum, & ſic re non integra, non admittitur pœnitentia, l.videamus. §. penultim. ff.locat.& tradit Paul. de Caſtro conſil. 260. ſub numero ſexto, volumi. primo. Alexand. conſil.237.perſpectis.numer.13.volum.7.& Hippoly. ſingul. 489. quando à lege, & faciunt adducta per Dec.in l.in ambiguis.§.non eſt nouum, numer. 4. & ſequen.ff. de reg. iur. vbi factum illud quod eſt prohibitum à lege, parte non opponente, valet, & tenet, opponente parte, & maximè prædicta procederent, ſi iſte tutor ante ſolemnia cœpiſſet adminiſtrare, adnotata per Plo. l.ſi quando.nu.389.
22 verſic.13.C.vnde vi, & quando differt, dicitur eſſe in dolo, adnotata etiā per D. Bero.quæſt. 62.nu.3.

De iſtis autem tutoribus teſtamentarijs, legitimis, datiuis, & anomalis habetur etiam per Paul.de Caſt.d. conſil.355.in 2. volum. in antiqu. quod eſt in nouis. in conſil.455.& plenè habetur per Spec.in tit.de tutore.

23 Et debet tutor, & curator ad hoc, vt poſſit adminiſtrare, & gerere ſe pro tutore, & curatore: Primò, decernere tutelam etiam teſtamentariam, & illius adminiſtrationem cum decreto Iudicis. Secundò, inuentarium facere. Tertiò ſatiſdare, rem pupilli ſaluam fore. Quartò, iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere. Quintò, promittere expreſsè defenſionem pro pupillo ſuſcipere. Alias ſi prædicta non fecerit, & pro tutore ſe geſſerit, iudicium erit nullum, & adminiſtratio inualida, etiam quod poſtea omnia prædicta feciſſet, vt per Bartol.in l.legittimos, in princ.num.7.& ſeque.ff. de legit.tut.latè per Aret.§. actionum. num.33. in fi.& num.ſequen. inſtit. de actio. Ruin. conſil.29. num.10.volum.5.vbi pulchrè, & Stepha. Aufre.in additio.ad Cappel. Tholoſa.deciſi.63.& infra tā gam num.57

24 Et ſi eſt mater, aut auia, quæ velit eſſe tutrix, poſtquam cæteris præfertur, Afflict. deciſio. 281. debet vltra ſupradicta promittere, cum expreſſa hypotheca bonorum ſuorum, & renunciare Velleiano, ſecundis nuptijs, & omni legum auxilio, alias non erit legitima tutrix, vt per Aret. in d.§. actionum.ſub num.41.& Capi.deciſio.50.in cauſſa Iacobi, vbi hæc omnia congerit, & Dec.in l. fœminæ, num.18.& ibi Appoſtilla, vbi dicit, hoc nō procedere in alijs fœminis propinquis, quæ non poſſunt eſſe tutrices, & Rolan. à Valle, conſil. 76. num.5.volum.1.

25 Et ſi hæc ſolemnia maneāt, & fœmina non fecerit actorem, etiam pro pupillo conſtituere non poterit, & omnia acta, & actitata, ac geſta in iudicio &

cio & extra, erunt nullius valoris, & momenti,
quoad præiudicium ipſius pupilli. Nō autem quo
ad eius commodum, & fauorem, vt per Afflic.de-
ciſio.262.Aret.§.præterea il.2.numer.39.& ſeque.
inſtit.de exceptio. Paul.de Caſtr. dict. conſil.355.
volum.2.Alexand. conſil.129.ponderatis, volum.
1.Aretin.in tractat.de teſtament.gloſſ.96. Maran.
ſpec.aur.in 4.part.16.diſtinct.numer.33. verſicul.
26 decimoquinto, & Franc.Marci.deciſi. 99.ſub nu-
mero 6.in 2.part.qui dicit, poſſe tamen huiuſmo-
di tutorem repellere à limine iudicij, licèt acta re-
maneant valida, & numero quinto dicit, quòd iſta
exceptio falſi tutoris, & procuratoris, poteſt op-
poni in quacunque parte litis, nec poteſt procu-
rator, aut tutor dicere poſtea, ſe agere velle, vt cō-
27 iuncta perſona, poſtquam egit tutorio nomine,
aliàs ſecus eſſet cum promiſſione rati: & quòd ſi
aduerſarius ſcienter omitteret, opponere hanc
exceptionem, vſque ad finem litis, videretur eſſe
in culpa, nec haberet actionem ad expenſas vel
intereſſe, ſecundum Baldum, & Bartolum in l. li-
cet. C.de procuratori.quia dolus cum dolo com-
penſaretur: adnotata in cap.exceptionem.de ex-
ceptio. ſecus ſi ipſa pars differet producere eius
iura, inſtrumenta, & ſententias vſque ad finem li-
tis, quia tunc licet obtineret in cauſſa, deberet cō-
demnari in expenſis, poſtquam doloſè diſtulit, p̄-
ducere eius iura contra actorem, cauſſa eum vex-
andi ſummis ſumptib.vt per Dec.nu.9.& Cagno.
nu.24.& ſeq.in l.qui in alterius.ff.de regu.iur.ad-
dēt.ad Matheſi.ſing.52.nota practicā, & Mar.ſpec.
aur.in 6.part.Memb.7.nu.2.cum ſimilib.

Et hoc procedere debet, quando prædicta iu-
ra, & inſtrumenta fuiſſent celebrata cum alio,
quàm cum actore, ſecus ſi cum ipſo actore, quam
habuit, ſeu potuit habere ſciētiam prædictorum,
& aduerſarius copiam dare non tenebatur, vt vo-
luit Bald.in l.2.ff.de edendo.Alex.conſil. 206. nu.
7.& 8.volu.7. ſentit Dec. conſil.303.pro tenui fa-
cultate. & Franc. Turzan. in ſuis commu. opinio.
quæſt.149.regula, in fine. & Pract. Pap. in for.op-
poſi.contra inſtrum.in gloſ.cum anno.nu. 7. me-
ritò fac regulam, quòd differens proponere exce-
ptionem vſque ad finem litis doloſè, non debet
obtinere in expenſis, & intereſſe, & differens pro-
ducere eius iura, & inſtrumenta occulta parti ad-
uerſæ, licèt obtineat, debet in expenſis, & inter-
eſſe condemnari, ſi autem vtraq; pars erat ſciens,
& vtraq; doloſè tacuit, neuter eorum debet in ex-
penſis, & intereſſe condemnari per prædicta.

Et ideò aduerſarius cautè agendo copiam
28 ſimilium tutelæ & curæ, petere debet ad effectum
videndi, nunquid validæ ſint, & repellēdi eos, qui
ſucceſſu temporis geſta cum illis, impugnare ve-
lint, vt per Aretin. ind.§.præterea, num.35. & ſeq.
inſtit.de except. & §.actionum, nu.5.verſic. quid ſi
tutor, inſtit. de actio. Maran. ſpec.aur.in 6. part. in
9.Memb.nu.3.Crau.conſ.225.lib.2. & latè per Se-
baſtian. Vant.de Nullit.ſent.ex diffe.inhabilit. ſeu
mandat.compo.num.148. & ſeq. verſic. inſuper ſi
actor, vbi præd. loqui videntur in reo excipiente,
& tangam infra, num.63. & ſeq. & Aret. in §.actio-
num.ſub num.50.verſ.quid ſi tutor, inſti.de actio.
dat modum excipiendi, & Franc.Hercul. tract. de
modo proban.nega.num. 88.

29 Actor verò debet citare minorem, vt legitimè
cōpareat cum tutore, & ſi cōparet cū tutore, po-
teſt opponere de tutela illegitima, quia non fuit
fienda, & ideo audiendus non eſt minor vel tutor,
donec copiā tutelæ nō dederit, ne iudiciū pro ſui
parte ſit eluſorium, & ne ipſe actor condemnetur
in expenſis, iuxta notat.per Bart. in l. hæc autem.
§.non defendi.ff.ex quibus cauſsis in poſſeſsionē
eat. Tyraquel.de Retract.lignag.§.1.gloſ.13. num.
17.& ſeq.& Crauet.d. conſ.225. nu.3. & per Aret.
d.§.actionum autem.ſub num.50.verſ. quid ſi tu-
tor.inſtit.de actio. vbi dat practicam excipiendi.

30 Quia debet actor ire inſtructus, & paratus ad
iudicium, & conditionem aduerſarij diligenter
perſcrutari, per tradita per Lanfranc.in cap.quo-
niam contra.de probatio.titul.de expenſ. nume.
4.conſil.notate ſingulariter circa materiam, vbi
ponit multa exempla, & dicit, quòd iſto caſu con-
demnari debet in expenſis actor, ex capite temē-
rario, & non ex capite præſumptę calumniæ, quia
debet in primis conſiderare omnia, quæ de iure
impediunt actorē agere, ſi verificarentur per ad-
uerſarium, & ponit exemplum in emptore, agen-
te contra conductorem, habentem ius in re, quia
debet iſte emptor conſulere aduocatū, & videre,
an cōductor habeat bona conducta ſibi obligata.

Et licèt acta facta in fauorem pupilli valeant
per tutorē illegitimū, & ipſe repelli poſsit, vt ſu-
pra dictum eſt, tamen hoc intelligi debet, pupil-
lo volente & ratum habente ante oppoſitionem,
factam ab aduerſario de inualiditate actus, quòd
31 ſi ratificare noluerit, actus non valebit, nec tranſi-
bit ad hæredes minoris talis ratificatio, vt dicit
D.Bero.quæſt.103.facta fuit.Plot.l.ſi quando, nu.
12.C.vnde vi, & pulchrè, ac latè per Arri.Pinel.l.1.
in 3.part.nu.31.& ſeq.C.de bon.mater.

32 Nec fructus faciet ſuos ille, qui habuerit rem
minoris etiam inſolutum à tutore falſo vel illegi-
timo, ſi minor non ratificauerit tempore habili
contractum, & poterit contra emptorem, & ven-
ditorem iurari in litem circa fructus, damna, ex-
penſas, & intereſſe, per ipſum minorē, Petr.Duen.
regul.186.Decretum, amplia.2.Appoſtilla ad Bar.
in l.ſi ſe non obtulit, numer.1.ff.de re iudic.& not.
text.in leg.ſi contra.C.ſi quis pignor.rem minor.
Dec.conſ.403.nu.11 & n.19.& per Plot.in l.ſi quā-
do, n.203.verſ.& ſicuti poteſt.C.vnde vi.qui à nu-
mero 198. vſque ad numer.234. plura etiam con-
gerit contra tutores, & curatores in fauorem mi-
norum. Quia emptor tenetur ſe informare prius,
de poteſtate venditoris, & de auctoritate tutoris,
33 & curatoris, adnotata per Lanfranc. cap. quoniā
contra.de probat.titul.de expenſis, num.4. verſi.
notate ſingulariter. & tutor à die petitionis, vel
34 exceptionis factæ per actorem & emptorem, te-
netur oſtendere inſtrumētum tutelæ, & dare co-
piam modo prædicto, Aret.§.actionum.nu.50.in
ſtitut. de actio. Franc.Hercul. de modo probandi
negatiuam, nu.88.verſ.ex hac limitatione.& num.
ſeq.& Rota Bonon. deciſ.18.& Franc.Marc. deciſ.
131. in 1.part. & deciſ. 592. in 2.part.

35 Et ideò contrahens cum tutore, curatore, &
procuratore, abſque eo, quòd facit exhibere, ſeu
ſibi oſtendere tutelā, curam, aut mandatū, dicitur
eſſe in dolo, & mala fide, & fructus non lucratur,
vt dixi,

vt dixi, & l. quòd ſi minor, §. reſtitut. & ibi gloſſ. ff. de minori. & ſequitur Dec. conſil. 255. ſub numero 3. Afflict. deciſio. 87. nume. 5. pulchrè Roland. à Valle, quęſt. 18. num. 86. vol. 2. & per Bar. in l. patri. §. ſi pecuniam, ff. de minori. Rom. ſingu. 534. tu habes. Pariſi. conſi. 100. num. 33. volum. 1. Ruin. conſil. 168. num. 23. volum. 1. & Iacob. Menoch. in tracta. de recuper. poſſeſsio. in 15. remedio, q. 40. nu. 580. & ſeq. verſi. Secunda eſt concluſio, & nume. 607. qui dicit, procedere annullato contractu, & non ſequuta ratihabitione, & in procuratore, & fratre alienante nomine ſuo proprio, & nomine alterius loquitur Bal. de præſcrip. in ſecunda part. 3. par. nume. 5. & Rota. Bonon. deciſio. 38. quidã emerat, & Rui. d. conſi. 168. nume. 23. vol. 1. vbi dicunt, emptorem non lucrari fructus, quia debebat videre, an venditor poterat dicto nomine vendere, & quòd titulus non excuſat à fructibus in re minoris, tenet etiam Franc. Cremen. ſingu. 134. tu ſis quòd titulus. & non valet venditio etiam pro parte venditoris emptore nolente, & etiam ſi venditor promittat emptorem manutenere in re vendita, vt per Plot. in l. ſi quando, num. 500. verſi. tertio etiam. C. vnde vi.

Et ideò dixi pertranſeundo, quòd inſolutum factum in bonis Dominæ Iuliæ de Nutis citato Hieronymo, vti tutore, cùm ſolemnia non fecerit, erat nullum, & inualidum, & conſequẽter emptio poſteà facta per ſer. Vincentium de Gerrinis, & locatio ab ipſo, ipſi Hieronymi dicto nomine, poſteà facta cum pacto alteri non vendendo, donec maritabitur Domina Iulia minor, poſtquam ipſa non ratificauit, nec ratificare irreuocabiliter potuit, propter minorem ætatem, adnotata per Plotum in l. ſi quando, nume. 12. verſi. ſic & donatio. C. vnde vi. & Ari Pinel. in l. 1. in 3. par. nume. 36. C. de bon. mater. Nec fructus lucratus fuit, licèt ad hoc aduocati non aduerterint, quamuis à iudice fuiſſet inſolutum datum, & facta immiſsio, per d. l. ſi contra. C. ſi quis ignor. rem. minor. & l. ſed excuſa. ff. de minor. in princip. Alexand. conſi. 67. videretur, vol. 5. Pariſ. d. conſi. 100. num. 33. vol. 1. Afflic. deciſi. 218. nume. 4. & 5. Fely. in c. conſultationibus, num. 8. de officio iudi. deleg. Dec. conſi. 60. ſub nu. 20. conſi. 481. num. 3. Maran. ſpec. aur. in 4. part. in 16. diſtin. num. 33. & Franc. Marci.
36 deciſi. 21. an iuramentum. in fi. in prima par. per tex. in l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib. qui videtur innuere, quòd ſi precium ſolutum minori, aut tutori illegittimo, fuerit conuerſum in vtilitatem minoris, quòd propter intereſſe precij ſoluti, fructus non erunt reſtituendi, per glo. in cap. conqueſtus. de vſur. tanquam vſuræ recompenſatoriæ: quæ omni iure admittuntur, quæ dantur in compenſationem eius, quod iuſtè competebat, l. curabit. & ibi Cagnol. col. 2. C. de actio. empt. & plura accumulat diligentiſsimus Didac. Couar. varia. reſol. cap. 4. lib. 2. num. 1. 2. & 5. & Rota Bon. deciſi. 29. num. 6. niſi dicas, loqui in emptione facta ſine dolo, cum omnibus ſolemnitatibus, ſed ex capitis læſione reſcindi per reſtitutionem in integrum, vt ibi dicit Franc. Marc. dicta deciſi. 21. qui rectè intuenti loqui non poteſt de venditione perfecta, cùm præſupponat precium reſtituendum per minorẽ, alias videretur malè loqui, quia
37 minor poteſt duobus modis reſtitui in integrum aduerſus venditionem, vno modo, quia non fuerunt obſeruata ſolemnia, nec facta fienda. Alio modo, quia malè vendidit, & perfecta fuit venditio. Primo caſu reſtituitur aduerſus venditionem per titulum, C. ſi aduer. vendi. vt ipſe habeat re ſicut ſi venditio facta non fuiſſet. Et ſic remedio ordinario, l. in cauſſę cognitione. etiam hoc verſabitur, ff. de minorib. Secundo caſu reſtituitur in integrum, vt precium ſuppleatur, vſq; ad cõgruam, & idoneam ęſtimationem, & valutam, non tamen vt venditio reſcindatur, quod eſſet notandum, vt dicit Barto. in l. ſi quidem C. de præd. minor. Abba. in c. conſtitutus. in fina. col. de in integ. reſtit. & pulchrè habetur per Rolan. conſi. 59. num. 3. 4. volu. 1. & per doctiſsimum Roderic. Soarez in ſua allegat. 21. in cauſſa iſta, num. 5. & ſeq. & infr. num. 77. & in diuiſione loquitur Villalob. in ſuis communibus opin. verbo, diuiſio. num. 87. ideò cogita, quia non videtur æquum, vt minor recuperet fructus, & precium conuerſum in eius vtilitatem emptori reſtituat abſque aliqua recompenſatione, iuxta not. per Didac. Couar. d. cap. nume. 1. & ſeq. & Roder. Suarez. in allegatio. 26. nume. 3. car. 277. & Didac. c. peccatum. in tertia parte. §. 1. nu. 3. de regu. iur. in 6. & præcipuè cùm ſit locupletatus, aliàs ſecus videretur dicendum, vt not. Plot. in d. l. ſi quando, nume. 546. verſi. negociorum geſtorum. C. vnde vi. & Didac. variar. reſolut. libro 1. cap. 3. nu. 6. verſ. tertia concluſio, & ibi glo. in l. ſed vbi. ff. de minorib. vnde cõſidera, an ex illo precio ſit emptum prædium, aut res fructuoſa, & fructus perceperit, quia tunc reſtituet fructus.

38 Poſtquam verò tutor, & curator fuerit legitimè conſtitutus, & fecerit ſolẽnia, poterit adminiſtrare bona pupilli, & eſſe in iudicio, & actorem conſtituere, non autem procuratorem, & bona pupilli rectè, & fideliter adminiſtrare debet, & non minorem curam, affectionem & diligentiam habere in gubernãdo, & adminiſtrando rem pupilli, quã propriam: Aliter de neglectis, & malè adminiſtratis, & conſumptis indebitè tenebitur, §. igitur. inſtit. de oblig. quæ ex contract. naſcun. Deci. conſi. 192. ſub nume. 5. in fin. & Plot. in l. ſi quando, num. 214. verſi. tutor, ac curator. C. vnde vi. vbi ſub nu. 440. & ſeq. & nu. 546. & ſeq. dicit, poſſe contra ipſum iurari in litẽ de damnis, expenſis, & intereſſe, niſi eſſet ruſticus groſſus, & Bart. in l. fi. ff. de adminiſtr. tuto. & in l. quod Nerua, num. 33. ff. de poſi. & Deci. in leg. contractus. ff. de regul. iur. alijs ſing. 70.

39 Et ideò ſi mouerit litem pro pupillo contra aliquem, tenetur cauere de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, leg. ſancimus. §. defenſionem, C. de adminiſtr. tutor. Nepos de monte, in tract. de excep. artic. 11. nume. 13. facit quod dicit Specul. titu. de procura. §. 2. ſub num. 6. verſic. item quod conſtituens, & Barto. in l. ſi tutor. nume. 2. Cod. in quibus cauſſ. in integrum reſtit. non eſt neceſs.

40 Quod intellige ſi petitum fuerit: quia quælibet diſpoſitio arctans aliquem ad fideiubendum, vel iudicem ad aliquid faciendum in iudicio, intelligitur, ſi petitum fiat citata parte, alias non tenetur fideiubere, & iudicium valebit, vt l. 1. vbi Barto. C.

de Magiſt. Conuen.Felyn.cap.ſignificauerunt.de excep.Alex.conſil.183.ſub nume.1.vol.6. Corſet. ſing.in verbo, iudex il primo.Pariſ.de ſind.in cap. poteſtas cùm annua. col.2.in fin. & in cap.an, & quando.Paulus de Caſtro,in leg.peto.§. frater. in fin.ff.de lega.2. Deci. conſi. 276. nume. 3. Hippoly.in leg.vnus facinoris.§.cogniturum.num.12.& ſeq.ff.de quæſt. Minſiger. Centuria prima, obſeruat. 6. Rota Bonon. deci. 55. & pulchrè per Alexand.in conſil.96. viſis narratis. nume. 1. volu.4.& conſ.45.viſis atteſtationibus. verſ.non probat etiam alia ratione, vol.2.vbi dicit, quòd ſi exſtat
41 ſtatutum, quòd ſoror non ſuccedat in hæreditate fratris, aut matris, & opponatur, quòd hoc ſtatutũ non fuit in vſu, & quòd (caſu eueniente) quælibet ſoror ſucceſsit in hæreditate fratris, aut matris, non obſtante prædicto ſtatuto: tamen prædictum ſtatutum habebit locum, niſi primò probetur, quòd hoc petitũ fuerit, & conceſſum, & quòd à principio dictum ſtatutum non fuerit moribus vtentium approbatum, & ſequitur pulchrè Benintend. in Rot. Bonon. deciſion. 13. nume. 9. & plura congerit Rodericus Suarez. in prooemio Fori, numero 12.& ſequen. quod facit ad deciſionem ſtatuti Vulterrani poſiti ſub Rubrica 99. incip. Quomodo filiæ dotatæ ſuccedant in dote earum matri: vbi habetur, quòd filiæ dotatæ in tanta quantitate, in quanta erat dotata mater earum, non poſſunt ſuccedere in dote materna ſtantibus maſculis, & tamen Dominus Camillus ſocer meus, ac I.V.D. celeberrimus, mihi dixit, huiuſmodi ſtatutum Volaterris non obſeruari, & habere cauſſam in promptu propriam ſi obſeruaretur, ad quod reſpondi, difficillime poſſe probari, huiuſmodi ſtatutum non eſſe in viridi obſeruantia, & quòd à principio ſtatuti conditi non fuerit moribus vtentium approbatum, cùm lex
42 totum contrarium præſumat, & qui contrarium dicit, ei incumbit onus probandi, leg. Arriani. Cod. de hæreti. Benintend. deciſio. 13. nume. 10. Iaſ.in leg.rem non nouam. Cod. de iudic. Rolan. à Valle, conſil. 90. nume. 54. volum. 1. & de lucr. dot. quæſt. 99. in fin. Deci. conſil. 649. columna penultima. Alexand.conſi.132.num.2.& 3.volum. 1. & latè per Pariſ.de ſind.cap.ſtatutum.col.1. Nã debet probare, caſum eueniſſe, & fuiſſe petitum contradicendo, & conceſſum propter huiuſmodi conſuetudinem ſtatuto derogatoriam, & non ex alia cauſſa, vt per Crauet. conſil. 171. nume.14. & conſil. 197. ſub nume. 12. & ſequen. volum. 1. Bello. conſil. 8. nume. 15. & quòd à principio huiuſmodi ſtatutum non fuit moribus vtentium approbatum, per ſupra allegata, & per Ferrar. caut. 52.num.4.& 5.& Rola. à Valle, conſi.99.num.5.& num.39.vol.2.

Et ita ſunt intelligenda adducta per Rolan.
43 à Valle, conſil. 99. viſo ſtatuto, num. 9. volu. 2. & in ſuo tract.de lucr.dot.quæſt.99. proponitur, & per Plot.in l.ſi quando.nume.321.ver.primò quotieſcunque.C. vnde vi. qui concludunt, ſtatutum per decennium moribus vtentium non approbatum, non valere, nec attendi debere, quia loquuntur, quando à principio non fuit vſu receptum, & ſic initium ſtatuti, & non medium, aut finis eſt probandum, ab omnibus non fuiſſe approbatum, aliàs deficeret in ſalutari tuo, & dato quòd eſſet probatum, vſu non receptum, tamen videretur dicendum, ſtatutum Vulterranum habere locum circa illas perſonas tantummodo, quæ obtinuiſſent contradicendo: nam in alijs hæreditatibus ſimilibus ſufficeret eis probare, ita aliàs obtinuiſſe propter non vſum, ſecus quò ad alias perſonas, adnotata per Abba.in cap. cum olim. colu. 2.de cler.coniug.vbi dicit, quòd vbicunque lex generalis recipitur in vſu à certo genere perſonarũ, & à certo non recipitur: non recipientes non peccant poſt multa tempora, niſi in eodẽ genere perſonarum à maiori parte fuiſſet recepta, & dixit Bello.conſi.2.num.17.& conſi.8.nu.13.& ſequen. quòd præſcriptio eſt reſtringenda tantùm ad eos, qui fuerunt in poſſeſsione, & non ad alios, & ideò ſi plures nobiles in aliqua ciuitate præſcripſiſſent ius non ſoluendi collectas, vel cuſtodiam non faciendi, non poſſet alius nobilis, qui veniret habitatum in eadem ciuitate tueri ſe à ſolutione propter immunitatem aliorum ratione nobilitatis: quia quò ad eum dicere poſſet ciuitas, ſeu ſtatutum, quò ad te liberum eſt ius noſtrum, quod tamen non puto, verum in caſu ſtatuti Vulterrani, cùm omnes ſint præſentes, & agatur de conſuetudine inducenda ſuper iure vniuerſali, per ſupra, & per Crauet.conſi.55.lib.1.

44 Et corroborantur ſupradicta ex eo, quia agitur de conſuetudine probanda contraria ſtatuto, quæ reſpicit deciſionem cauſſæ, & litis, quæ in facto cõſiſtit, & illa plenè debet probari, vt per Bar. in l.de quibus.col.12. verſi. & probatur conſuetudo per teſtes.ff.de legib.& in l.2.in 28.quæſt. in fi. C.quę ſit longa conſuet.& talis probatio debet fieri cum omnibus eius qualitatibus, vt per Soci. in conſ.111.in 4.vol.& plura requiruntur, adeò quòd difficilis reputatur talis probatio, vt latè tradunt DD. in d.l. de quibus. & in d.l. 2.Deci.conſil.215. conſi.420. ſub num. 8. conſi. 483. & in conſi. 538. & Roch.de Curte, in ſuo tract.de conſuetudi.in 6. q.cap.fi.& pręcipuè quòd appareat, tacitum conſenſum populi, vel maioris partis interueniſſe, vt ſignanter tradit Cyn.in d.l.2.col.12.verſi.ſed quæro quod deponant teſtes.Alexand.conſi.173.viſo, & diligenter conſiderato.vol.6.& in conſ.131. col. penult.verſi.nec obſtat ſi diceretur.& in conſ.136. in cauſſa, & lite, vol. 2. & latè per Villalob.comm.
45 opi.in verbo, conſuetudo. num. 181. vbi dicit communem. Et quando inducere volentes conſuetudinem, non habent facultatem condendi ſtatuta, niſi cum confirmatione ſuperioris: tunc non poſſunt inducere talem conſuetudinem ſine ſcientia ſuperioris, vt per Alexan. d. conſi.173.ſub num.8. Corn.conſi.293. col. 10. lit. A. verſi. nec etiam obſtat dicta obſeruãtia, vol.3. ſentit Roch. de Curte, tract.de conſuetudine, lectione 4. num. 24. verſi. quartum requiſitum, ibi, Aduertendũ tamen. car. 55.& Pet.à Raue.tract.de cõſue.ſectio.3.car.132.

Quod ſecus eſſet, ſi ſtatuentes poſſent de per ſe ſtatuta condere ſine approbatione ſuperioris, vt pro regula poſuit Petr.Duen. regula 141.cõſuetudo, & Rolan.de lucr. dot. q. 99. nume. 12. & tali
46 caſu quando agitur de vſu, aut conſuetudine inducenda à populo, qui non habet iuriſdictionẽ abſolutè condendi ſtatuta, non ſufficit tempus decem anno-

annorum, ſed requiritur, quòd ſit præſcripta per tempus quadraginta annorum, ita tradit Aretin. in conſi. 23. col. 4. ver. ſed quando vniuerſitas, dicens, quod ita diſtinguit notabiliter, Bald. ſi rectè inſpiciatur in Rubrica C. quæ ſit longa conſuet. Petr. Duen. regula 140. conſuetudo. & ratio eſt, quia tunc non poteſt dici conſuetudo, nam illa tantùm conſideratur in his, ſuper quibus populus inducens vſum aut conſuetudinem, poſſet expreſsè diſponere, & ſtatuere, aliàs autem dicitur præſcriptio, vt per Bart. in conſ. 136. Lapus in fine, & ſequitur Craue. de antiq. tẽpo. in 4. par. in prin. in 4. & 5. differentia. num. 7. & ſeq. car. 132.

47 Vnde colligitur, ſupra allegata de decennio non habere locum in vſu, & conſuetudine contraria ſtatuto, ſi populus non habeat abſolutam facultatem condendi ſtatuta, & procedere, quando huiuſmodi cõſuetudo eſt præter ius, & non cõtra ius, vt dicit Ioa. Bap. à Villalo. in ſuis cõm. opin. ver. cõſuetudo. nu. 183. meritò caſu eueniẽte ſemp ego conſulerem, circa ſtatutum Volaterranum in fauorem maſculorum, cùm ſit fauorabile propter conſeruandã agnationem, ſecundum magis com. opin. vt per Decium conſi. 22. num. 7. & in l. veniam. num. 7. & ſeq. C. de in ius vocan. & Syl. Nupt. lib. primo, num. 169. car. 83. cum ſimilibus. Et ad-
48 uerte, quòd prædicta etiam non procederent vbi ſtatutum diſponeret, quòd non poſsit conſuetudo, nec præſcriptio introduci in contrarium, vt per Petr. de Rauen. tracta. de conſue. num. 45. verſi. conſuetudo non derogatur, Soci. conſi. 7. num. 8. & ſeq. vol. 1. Ruin. conſi. 41. nu. 50. vol. 1. conſi. 13. num. 30. vol. 2. conſi. 32. num. 1. vol. 5. Petr. à Duen. reg. 144. conſuetudo.

49 Et quando tutor, & curator agit pro minore, ſi ſuccubuerit in cauſſa, erit obligatus reſtituere dicto pupillo omnes pecunias ſolutas in tali cauſſa, cùm fuerit in iuſtam cauſſam, & non conſiderauerit, an dictus pupillus obtinere debeat in dicta cauſſa, nec ne. Iaſ. in l. omnibus. §. ſi procurator. num. 21. ff. ſi quis ius di. non obtempera. Bart. in l. ſi ſe non obtulit. num. 1. ff. de re iudic. Capel. Tholoſa. deciſio. 40. & ibi Stepha. Auffrer, in addit. Pet. Duen. reg. 275. num. 8. in verbo, executio. limita. 8. Rui. conſi. 1. nume. 23. volum. 3. & Maran. ſpec. aur. in 6. par. in 3. & vlt. actu. nume. 38. & ſeq. vbi dicunt eſſe ſecus, ſi habuiſſet iuſtam cauſſam litigandi.

50 Et in dubio præſumitur, mouiſſe litem animo calumniandi, & iniuſtè, ac temerè, gloſſ. in l. ſi bonam. C. de adminiſt. tuto. & eſt text. in cap. 1. de elect. in 6. Didac. tract. quæſt. cap. 27. ſub nume. 2. col. 5. ver. ſexto condẽnatio expenſarum. car. 416.

51 An aũt executio dictarum expenſarũ, in quibus fuit tutor condẽnatus, debeat concedi in bonis pupilli vel tutoris, tradit Bar. in d. l. ſi ſe nõ obtulit. nu. 1. & Mara. ſpecu. aur. d. vltim. actu, nu. 28. & ſeq. & vide Pet. Duen. reg. 276. verbo, executio, in 8. limitatione. qui tenet contra tutorem.

52 Et ſimiliter, expẽſas reficere tenebitur tutor, ſi mutauerit, aut emendauerit libellum nomine pupilli, Iaſ. in l. edita actio. nume. 40. & ibi etiam D D. C. de edendo.

53 Et idẽ ſi fuerit condemnatus in expẽſis propter inſtantiam peremptam, vt per Iaſ. in l. impe-ratores, ſub num. 11. ff. de rei vendic. Bart. l. properandum. §. fin. C. de iudic.

54 Vel ſi non appellauerit, aut appellationem non fuerit proſequutus. d. l. ſi bonam. C. de adminiſtra. tuto. Specu. titu. de aduocato. §. vtriuſque quanquam. num. 15. verſic. item etiam caueat, in 1. par. & Ruin. conſil. 119. vol. 5.

Tenetur etiam ad damna, & intereſſe tutor,
55 ſi in claris, & non in caſu dubio fecerit compromiſſum, & tranſactionem pro minore, quia non poteſt præiudicare pupillo, cùm iurauerit rẽ pupilli ſaluam fore, vt per Decium in conſi. 298. nu. 5. ſentit Rol. à Valle. q. 76. num. 3. 4. & ſeq. vol. 1. vbi dicunt, etiam in caſu claro tutorem non poſſe compromittere, ſi non fecerit prius ſolemnia.

Iuuabit tamen minori huiuſmodi tranſactio
56 in hoc, quòd ſi minor noluerit ratificare tranſactionem, & in reuiſione fuiſſet in plus condemnatus, quàm quod in tranſactione prædicta continebatur, tunc ſententia condemnatoria non nocebit dicto minori, ſed minor poterit dicere, ego volo ſtare tranſactioni, & non ſententiæ, & ſic poterit reſtitui in integrum vſque ad ſummam tranſactionis, vt eſt text. notab. in l. ſi ex cauſſa. §. nunc videndum. ff. de minori. & pro ſingulari tradit Rom. ſingu. 403. Franc. Cremen. ſingu. 29. & ibi adden. pro cautela, tradit Cæpolla, caute. 6.

Et ſi non confecerit inuentarium, librum
57 rationum, & alia requiſita poſt dationem tutoris, de quibus ſupra dixi, numero 23. & litigauerit pro pupillo, faciendo proceſſum nullum, de ſuo expenſas ſoluere tenebitur ſecundum Barto. in dict. leg. legitimos. d. nume. 7. & ſequen. ff. de legit. tuto. Sebaſt. Van. de nullit. ex diffe. inhabi. ſeu manda. nume. 148. Appoſtilla. ad Barto. in dict. leg. ſi non obtulit. nume. 1. ff. de re iudic. Maran. ſpec. aur. in quarta par. 16. diſtinct. nume. 33. & Plot. leg. ſi quando. nume. 194. Cod. vnde vi. quia ante confectionem inuentarij non poteſt agere, conuenire, neque conueniri in præiudicium pupilli, vt ſupra dixi, nume. 33. & Barto. in leg. quòd plærunque. Cod. de alimen. pupil. præſtan. Ruin. conſi. 29. nume. 10. volum. 5. & Bocr. deciſ. 53. num. 5. & ſi aliter ſit factum, iudicium eſt nullum Corne. conſi. 164. vol. 4. Alexan. conſ. 119. nume. 39. vol. 6. Maran. d. diſtinct. 16. num. 33. & Iaco. Nouel. reg. 10. hæres. num. 2.

58 Quod inuentarium quomodo fieri debeat, & quæ ſolemnitates requirantur in confectione illius, plenè habetur per textum in l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſt. tuto. & per Bart. in leg. tutoris. C. eo. & pulchrè per Plotum, in l. ſi quando. num. 237. verſ. inuentarium autem, vſq; ad nu. 243. C. vnde vi. vbi colligitur. quod debet fieri per publicum inſtrumentum coram iudice, cum eius Decreto, & quòd debet eſſe purum, liquidum, & clarũ, & omnia bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura deſcribere debet tutor, per ſigna, & confinia, cum æſtimatione, & tangit etiam Pet. à Duen. reg. 187. decretum. num. 15. & ſentit pulchrè Rolan. à Valle q. 73. num. 43. vol. 2. & Petr. de Raue. ſing. 90.

59 Quòd ſi aliter factum fuerit, & plenũ inuentariũ non confecerit, dicetur tutor iſte eſſe in dolo, & bonorũ vſurpator. Afflict. deciſ. 13. nu. 17. deciſ. 44.

ciſ.44.nu.33.& deciſ.360.Corn.cõſ.216.nu.6.volu.1.Iaſ.in conſ.219.vol.2.& Hierony.Grat. conſi.25.num.6.vol.2.Rolan.à Valle,conſi.49.num.18.volu.1. & Cornel. Benincaſ.tract.de paupert.q.9. ſpecial.10.num.31.cap.210.vbi dicit,puniri debere in duplum rei non deſcriptæ in inuentario.

Et contra eum vti ſuſpectum poterit in litem iurari, de omnibus damnis, expenſis, intereſſe, vt per Afflict. deciſi. 207.nu.4.Ruin.conſi.29.num. 10.vol.5. & Plot.d.l.ſi quãdo, nu. 240. verſ. & ſi in ipſis.num.546.&547.ver. negotiorum geſtorum. C. vnde vi. niſi eſſet iſte tutor ruſticus,nõ ſquadratus,& non poſſet conſulere peritos,Alex.cõſi.119. num.39.vol.6.& Plot.d.l.ſi quando,d.num. 440. & ſeq.vbi declarat. Et iſto caſu,non poſſet iſte tutor probare præſumptiuè, bona mobilia fuiſſe v-
60 ſu conſumpta,vt voluit Afflict. deciſio.13. nu. 27. per doctrinam Barto.in leg.quoad præſens, C.de Murilegulis,libr.11.quem ſequitur Alex.conſi.45. num 3.vol.1. quia præſumptio contraria inſurgit contra tutorem,videlicet,doloſè occultaſſe,conſumpſiſſe, & vſurpaſſe, & contra eum poſſe iurari in litem,ob rationem non redditam, vt per Ruin. conſi.69.num.4.vol.2.Afflict.deciſio.15.num.17. & per Plot.in d.l.ſi quando.num.750. verſi.52. & per Crauet.conſi.286.ſub num.2.verſ.quartò dubitatur de bonis mobilibus,lib.2.& ita obtinui in fauorem Dominæ Fœlicianæ de Caſtro Schitonij de anno 1569. quod videtur procedere, probato dolo per minorẽ, & ſic quòd doloſè omiſerit bona in inuentario,qa pro eo præſumitur poſteaquã fecit inuentarium, vt per Bello. conſ.30.nu.6.

61 Et licèt poſsit iurari in litem cõtra tutorem, tamen contra hæredem tutoris, & tertios poſſeſſores vniuerſales, vel ſingulares bonorũ d. tutoris lite non conteſtata cum tutore, niſi eſſent etiã ipſi in dolo, non poterit iurari in litem,vt dicit Plo.d.l.ſi quando, nu.772.& ſeq.verſ. infero etiã, & etiam ſi bona pupilli eſſent parui momenti, & modici præiudicij, adnotata per Tiraquellum in ſuo tractatu, de iudic. in rebus exigen. verſic. 45. & ſequen.

62 Et debet hoc inuentarium fieri expenſis pupilli,vt per Andream de Iſern.ſing.5.verſi. vtrum. vbi dicit, hanc quæſtionem fuiſſe de facto Neapoli,& ita fuiſſe iudicatum.

Et quando aduerſarius cautè agere vult, & petit inuentarium exhiberi, & copiam ſibi decerni cum termino ad opponendum, debet tutor eſſe cautus, & totum inuentarium non exhibere, ſed ſolum principium, & illud in genere,& non finem exhibere, quia expedit pupillo, ne ſe-
63 creta hæreditatis ſuæ pandantur, & ideo non tenetur, niſi in genere illud exhibere, Bart. in l. tutor,qui repertorium, num. 24. ff. de adminiſt. tutorum, vbi etiam numer.25. dicit, procedere etiã, quòd peteret copiam d. inuentarij pro accuſando tutorem de ſuſpecto, cùm omnia in inuentario non appoſuerit, iuxta tradita per Afflict.deci. 207. num. 4. quod eſt notandum, & Corſet.ſing. verbo.inuentarium. Barto.in l.1.ff.de cura.bono. Areti.§.Actionum.col.24.nu.50. verſi. quid ſi tutor agit cõtra me, inſtit.de Actio.& Iaſ.in l.in propriã,nu.3.C.de pcib.imper.offer.& ibi etiã Bal. & idem Iaſ.in l.argentarius, nu. 13. ff. de edendo.

Quod mihi videtur contra aliam opinionẽ Doctorum ſupra relatorum, videlicet, quòd tutor,ſi non fecerit inuentarium, non poſsit conuenire,neq; conueniri, & facere inuentarium, & in
64 eo non ponere omnia mobilia, & ſe mouentia talia qualia æſtimatione, & immobilia, iura, & actiones,cum decreto Iudicis non ſit facere inuentarium, & perinde habeatur iſte tutor, ac ſi nullum feciſſet inuentarium, vt latè per Plot. d. l. ſi quando.num.240.verſi.& ſi in ipſis inuentarijs, C.vnde vi.& Grat.conſi.25.num.6.volum.2.& pulchrè per Rolandum à Valle, conſi. 73.num. 28.& ſequ. volum.2.

Et reus hac de cauſſa poſsit facere ſibi oſtendere tutelam,& inuentarium,& expenſas tutoris, ad hoc, vt cautius agere poſsit, & rectè formare iudicium,vt dixi, nu. 28. & ſequitur Sebaſt. Vancij, de nullit. ex defe. inhabilitat. manda. nume. 149. verſi.& præmiſſa procedunt: Et ſic apparet, quod non dare copiam totius inuentarij,ſit potius in vtilitatem pupilli, quàm damni: nam ſi non reportaret ſententiã pro ſe,poſſet dicere de nullitate, ſi inuentarium non fuiſſet plenum,& confectum ſolenniter,per ſupradicta. Vnde videtur, poſſe cogi ad exhibendum inuentarium, cum omnibus ibi deſcriptis,ne iudicium reddatur inualidum, iuxta tradita per Soci.in conſi.159.num.17.18.volum.2. & Bart. leg. 1. Cod. creditor. de euictio. per illum textum.

65 Quòd inuentarium etiam factum ſine decreto Iudicis, plenam faciet fidem contra tutorem,& eius hæredem, quod etiam habebit locum in libro rationum,& contra quemlibet adminiſtratorem, l.ii.C.arbit.tut. Afflict.deciſio.13. num. 1. & ſentit Petr. Duen.regula 187.Decretum,num.15. vbi dicit, non procedere contra debitores deſcriptos, in huiuſmodi inuentario, quia iſto caſu debet fieri corã Iudice, vbi allegat Franciſ. Porcelli, in ſuo tractatu de inuentario, cap.2.num.9.

Et omnia bona deſcripta, in huiuſmodi in-
66 uentario, præſumptione iuris, & de iure cenſentur fuiſſe, & eſſe pupilli. Adeò quòd non poterit probari contrarium per tutorem, ſeu adminiſtratorem ſcribentem,& ſi probaretur cõtrarium per eos, præſumeretur donata ipſi minori, vt per Pau. de Caſtro ſingu. 17. contra inuentarium. & Plot. in l.ſi quando, num.237.verſi.inuentarium.C.vnde vi.Socin.conſil.159.nume.1.vol. 2. & Alciat. de præſumpt.regul. 1.in 2.parte.præſumpt.13.videndum eſt nunc.num.13.verſi. pone, quod tutor. licet circa donationem videatur tenere contrarium ibi Alciat.

67 Debent etiam iſti tutores & curatores in adeundo hæreditatem minoris, videre, & diligenter perſcrutari, an ſit lucroſa, & ſi cognoſcunt illã damnoſam, debent cum beneficio legis, & inuentarij, dictam hæreditatem adire, alias tenebantur ad damna, expenſas, & intereſſe minorum,& contra eos, poterit iurari in litem, vt per Pariſ. conſi. 25.vidi num.44.cum ſeq.vol.2. & per Plot. in leg. ſi quando, num.228.verſi.minorib.C.vnde vi.

68 Quæ hæreditas, ſi pupillus eſt infans, debet adiri per patrem, tutorem ſolum,cùm infans non habeat nolle, neque velle, & quicquid videt ignoret, l.ſi infanti C. de iure delib. vbi Barto. Si autem minor

minor eſt maior infantia, tunc ipſe adire debet cũ authoritate tamen patris, & tutoris, & vterque ſolus eam non poteſt adire, vt tradunt communiter DD. in l. bonorum. C. qui admitti. Aret. §. neque. in fin. inſtit. de author. tut. quia hæreditas debet fundari in perſonam pupilli cùm intelligat, & tutor, aut pater tantum authoratur, vt conſuluit Paul. de Caſtro, conſil. 355. ſub nume. 4. in prima parte. Corne. conſil. 164. volum. 4. & Socin. conſi. 215. Bello. conſil. 24. nume. 16. verſicu. eſt tamen differentia. & Iaſ. l. pro hærede. nume. 10. ff. de acquiren. hæred. Attento, quòd hæreditas non poteſt adiri per procuratorem. l. Paulus. & leg. procuratorem. ff. de acquiren. hæred. vbi Aretin. nume. 2. qui dicit communem. Alexan. conſil. 136. in princip. volu. 7. Corne. conſi. 239. lit. C. & D. vol. 4. & Iaſ. leg. qui aliena. nume. 32. & nume. 34. ff. de acquiren. hæred. & in l. 1. nume. 3. C. de procurat. Cæſar. & D. M. reſponſo, 232. Ioannes Andreas, libro primo, vbi dicit, quòd caſu, quo poſsit adiri per Dominum, iudicio pendente poterit adiri, & proderit, & tenet Bald. poſt Cynum, & ibi ſequitur Imola, in leg. hæres quoque. ff. de acquirend. hæred. & ibi latè per Aretin. & Alexand. conſil. 177. in fin. volum. 2. & Aretin. §. actionum autem. nume. 69. verſic. quod egi. in §. actio. & ſi non fuerit adita per pupillum, tamen ad quoſcunque ſuos hæredes paternam hæreditatem tranſmit-
69 tet, vt not. Barto. & Alexan. Iaſ. & DD. in dict. leg. ſi infanti. & latè tradit Deci. conſil. 250. conſi. 331. nume. 5. vbi extendit etiam ad hæreditatem obuentam filio infanti, virtute alicuius ſtatuti, & dicit communem, & ſequitur Rolan. à Valle tractat. de lucro dot. quæſt. 47. nume. 4. & ſequen. licèt contrarium voluerit Salicet. in leg. 1. in vltima quæſt. Cod. de adulte. Tomas Grammat. deciſio. 63. nume. 8. & Marant. in ſua diſputat. 10. nume. 37. tamen primam opinionem eſſe magis veram, & communem in infante, nulli dubium habēt, vt etiam ſequitur Phanuc. de lucro dot. gloſſ. 4. num. 8. vbi ne dum in minore, ſed etiam in maiore illud, quod à ſtatuto defertur, oſtendit habere locum ex eo, quia iure hæreditario non defertur, ſed iure particulari, & ſic ſtatutario, an autem iſta hæreditas tranſmittatur in præiudicium matris, & aſcendentis, tradit Beltran. conſi. 254. vol. 3. & an tranſeat ad hæredem hæredis, vide Ruin. conſi. 161. nume. 9. volum. 3. Practi. Papien. in forma libel. hæred. ex teſtamen. vel ab inteſta. nume 7. & Dec. in leg. quia legata. nume. 3. ff. de reg. iur. vbi videntur concludere, quod non: & tradit Pau. de Caſt. con. 405. non eſt dubium. vol. 2.

70 Et quamuis minor, hæreditatem aui & patris tranſmittat ad quoſcunque eius hæredes, etiã extraneos, tamen ius dicendi teſtamentum nullum non tranſmittit, niſi ad liberos, vt per Bald. conſil. 410. nume. 2. in tertia par. Beltran. conſil. 213. verſic. præterita. in tertio volum. Iaſ. in l. cum mota. num. 16. C. de tranſact. & in l. ſi arrogator. ſub. nume. 12. ff. de adoptio. & in l. ſi enim. nume. 6. ff. de libe. & poſthum. & licèt tranſmittat ius adeundi hæreditatem paternam, tamen hæreditatem maternam non tranſmittit, niſi ad deſcendē-
71 tes, ad extraneos verò nequaquam, vt eſt textus in leg. 1. C. de his, qui ante aper. tabul. & ibi Barto. & in l. 2. C. ad Senatuſconſultum orfic. & in l. ſi mater. C. de ſuis & legit. tradit Pau. de Caſt. con. 304. num. 3. in 1. par. vbi ponit etiam remedia. Cornel. conſi. 42. plura litera L. in 3. part. Rolan. à Valle de luc. dot. q. 47. num. 9.

Niſi ignoraſſet hæreditatem ſibi fuiſſe dela-
72 tam, quia tunc tranſmittit ad eius hæredes ius petendi reſtitutionem in integrum ad hoc, vt de nouo poſsint nomine minoris, & etiam maiori petere, & adire hæreditatem, & eſt communis opinio, vt dicit Duran. de arte teſtan. titu. de acquiren. hæred. cautela 1. hæreditas non adita. num. 2. & num. 4. Barto. Paul. de Caſtro, Alexan. & DD. in l. ſi infanti. vbi Iaſ. nume. 17. C. de iure deliber. Paul. de Caſtro, conſil. 298. nume. 2. conſil. 304. numero 3. in prima parte. Cornelius conſil. 87. circa in princip. & conſilio 275. conſtat in prima parte, qui atteſtantur de communi. Alexan. conſi. 79. nume. 12. volum. 6. Rub. conſi. 56. num. 2. Socin. in l. qui duos. nu. 16. ff. de reb. dub. & Cor. conſi. 200. lit. E. in 2. part. & in conſi. 312. litera G. in quarta parte. & hanc ſequitur, & dicit communem, honorandus pater meus, Dominus Carolus, in Reſpon. 72. quærebatur hodie, libro 1. & in Reſponſo 309. hæreditas deſcendentis, libro ſecundo, vbi allegat Paulum de Caſtro, in conſi. 86. nume. 3. volum. 2. & Dec. conſi. 87. nume. 2. & dicit, quòd debet adire per reſtitutionem in integrum, nomine minoris, & non proprio nomine, & adhibere omnes ſolemnitates requiſitas, in aditione hæreditatis fienda per minores, ſecundum Anchara. conſi. 104. pro declaratione. col. 2. verſi.
73 quoad tertiũ pactum. & con. 362. de virib. Ex qb. etiã colligitur, quòd latè tẽpus à principio eſt vtile, & poſt factum eſt cõtinuum, & non incipit currere, niſi à die ſcientiæ: Adeò quòd ſi per centum annos ignoraret, poſſet adhuc petere huiuſmodi reſtitutionem in integrum, vt etiam dicit Duran. dict. titul. de acquiren. hæredit. dict. cautela prima, nume. 4. verſic. & nota. & dicit communem, & Bal. de præſcriptio. in 1. parte. 6. part. princi. in 22. caſu. nume. 28. & allegatis per Decium, conſil. 36. colum. fina. & per Beninten. in Rota Bononien. deciſio. 99. niſi eſſet craſſa & ſupina ignorantia, adnotata per Tiraquellum de Retract. lignag. §. 35. gloſſ. 4. nume. 34. & ſequen. & niſi iſte minor defunctus habuiſſet legitimos tutores, & curatores, qui eorum negligentia diſtuliſſent adire hæreditatem, & eſſent ſoluendo, quia ſucceſſor ſuccurreretur contra tutores, & adminiſtratores, vt latè p Roi. à Valle, conſi. 10. nu. 8. & nu. 20. & ſeq. vol. 2.

74 Et ſi in teſtamento fuiſſet poſita clauſula codicillaris, concepta per verba futuri temporis: ſi non iuuabit reſtitutio in integrum, iuuabit dicta clauſula, na poterit hæres hæredis ſcripti ex fideicommiſſo petere venientibus ab inteſtato dictam hæreditatem, & tenerentur eam reſtituere retenta trebellianica, propter onus reſtitutionis, vt per Alexan. in l. cum filio. colum. 9. ff. de legat. 1. qui dicit eſſe communem opinionem, contra Barto. in leg. 1. quæſt. 1. Cod. de iure codi. & ſequitur Durant. dicta cautela prima. nume. 5. verſic. ſi tamen ex teſtamento. Paul. de Caſtro, quæſt. 15. volum. 2. Alexand. conſil 50. volum. 6. Dec. conſil. 49c. & conſilio 309. iuridicas. columna fina. vbi dicit, ta-

lem clauſulam operari etiam mortuo hærede in vita teſtatoris.

75 Adita tamen hæreditate per minorem vel tutorem ſecundum ſupra allegata, dubium facit, an poſsit repudiari per reſtitutionẽ in integrum vſque ad vigeſimum nonum annum, pro cuius deciſione aduertendum eſt, an agatur de reſtitutione aduerſus hereditatem aditam, tempore minoris ætatis, & facto poſt maiorem ætatem ratificatam, videlicet, petendo pretium, exigendo, aut ſoluendo credita, & debita hæreditaria, aut agitur de reſtitutione aduerſus hæreditatem aditam tempore minoris ætatis & poſt maiorem ætatem ſilentio ratificatam, aut de reſtitutione, reſpectu minoris ętatis. Primo caſu, videtur dicendum, reſtitutionem, aduerſus huiuſmodi ratificationem facto habitam, dicto maiori competere propter damnum, & læſionem, attento, quòd dicta aditio fuit perfectę adita in minori ætate, quo fit, quòd illa exactio & ſolutio nihil tribuit, nec detrahit ipſi aditioni iam perfectæ, in qua, initium, non finem ſpectamus, ita videtur decidere text. in l. 3. §. ſcio. ff. de minori. 25. annis, qui dicit, minorem, qui hæreditatem adiuit, & factus maior, debitores hæreditarios exigendo, aditionem confirmauit, adhuc tamen in integrum reſtitui, quod ſecus erit, ſi aditio à principio ſolemniter facta non fuerit, nec perfecta, quia tunc, vti imperfecta, finem aditionis inſpicimus, qui ſi perficiatur tempore maioris ætatis, non principium, ſed finem inſpicimus, vt ſentit Iacob. Cuiacius, in d. §. ſcio. cùm ſit actus aditionis à principio ipſo iure nullus, & ideò valet, vt ex nunc, non vt ex tunc, vt dicit Decius, in leg. quod in initio. ſub numero 12. & in leg. ſemper, qui prohibet, ſub nume. 16. ff. de regu. iur. & Iacob. Menoch. tract. de recuper. poſſeſs. in 15. remedio. quæſt. 15. num. 153. verſi. tres hæ ſpecies, licèt iſto caſu videretur, totum contrarium poſſe dici, cùm à principio actus aditionis hæreditatis fuerit perfectè, ſolemniter, & ſecundum iura celebratus, quo caſu non datur reſtitutio aduerſus actum perfectè, & ſolemniter celebratum, ex capite reſciſorio, ex ſingulari theorica Barto. in l. ſi quidem. C. de prædio. minor. quem ſequitur Doctiſsimus Rodericus Suar. Hiſpan. in ſua allegat. 21. in cauſſa iſta. num. 5. & etiam, quia minor à principio vſus fuit iure communi, aut ſtatutario, adeundo perfectè, quo caſu, non datur reſtitutio ipſi minori, & tanto magis effecto maiori, per text. in leg. fina. Cod. ſi maior. fact. & leg. inter eos. §. cum inter. vbi etiam gloſſ. ff. de fideiuſſo. vbi habetur, quòd deceptus non videtur iure communi vſus, quem text. ad hoc allegat Tyraquel. de Retract. lignag. ad finem tituli, nume. 51. verſic. ſed hac in re. & etiam, quia non debet eſſe melioris conditionis iniquus, & malus, quàm bonus, & iuſtus, adnotata per Crauet. conſil. 18. nume. 15. & conſil. 205. nume. 37. per Alexand. conſil. 145. viſis. num. 5. volumine 6. quod eueniret, ſi ille qui iuxta mandata legis contraxit, non intellexiſſet confirmaſſe tacitè actum, poſt maiorem ætatem, vti magis perfectum, & ille, qui contra leges contraxit, & doloſè cenſuiſſet, maiore effecto, contractum confirmaſſe, & ſic melioris eſſet conditionis contrahens cum minore, ſine ſolemnitatibus, quã cum ſolemnitatib. quia primo caſu, Poſt 25. annum, minor effectus maior exigẽdo, ſoluendo, pretium petendo, dilationem concedendo, fructus colligendo, & reditus recipiendo, cenſeretur contractum ratificaſſe, & nulla daretur reſtitutio in integrum, cùm actus denominaretur à maiore, & non à minore, & vt contractus de nouo factus à maiore, nulla indigeret reſtitutione, vt per Albericum, in leg. ſecunda, Codi. ſi maior. fact. Tyraquell. de Retract. conuent. §. primo, gloſſ. ſecunda, numero 64. verſicu. quod autem, & infra dicam, nume. centeſimo quadrageſimo ſexto.

Secundo caſu, etiam poſt maiorem ætatem, ratificando, poſſet iſte minor, effectus maior, petere reſtitutionem in integrum, vti actus à principio validus: Franc. Aretin. in leg. pro hærede. §. ſi ſepulchri. ff. de acquirend. hæredit. dicit, quòd maior reſtituitur, aduerſus aditionem, per exactionem factam in maiori ætate: ex eo, quia minor à principio non erat tutus ipſo iure, cùm ſolemniter adiuerit, & ideò opus erat reſtitutione in integrum, & non remedio ordinario, quod ſecus eſſet, ſi à principio non adiuiſſet ſolemniter: quia tunc remedio ordinario, & non extra ordinario vtendum eſſet, & tunc exigendo, poſt minorem ætatem voluntariè, & non neceſſariò adiuiſſe, & approbaſſe hæreditatis aditionem dicendum eſſet, quod ſequitur Tyraquell. in leg. ſi vnquam. verbo, reuertatur. nume. 456. verſic. nonageſimum annum. Cod. de reuocand. donatio. & ſentit Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſsio. remedio 15. quæſtio. 15. nume. 125. verſic. verum relatæ ratihabitionis ſpeciei. DD. verò in dict. §. ſcio. dicunt procedere ex eo, quia illa exactio, eſt actus neceſſarius, ad aditionem hæreditatis, & ideò, quotieſcunque actus conſequens eſt neceſſarius, ad principium, ſemper attenditur initium, & non finis: mihi autem ſemper viſus fuit diabolicus iſte §. ſcio. & neſcio, videre differentiam, inter aditionem hæreditatis factam à minore, & approbatam in parte, ab eo, facto maiore, & inter alienationem, aut emptionem, cùm ita inducitur approbatio aditionis hæreditatis, poſt maiorem ætatem ob ſolemnitatem non adhibitam, ſicut alienationis bonorum, vt ſentit, & benè Tyraquel. in d. leg. ſi vnquam. dicto verbo, reuertatur. nume. 457. veric. ex quo vnum. & ita iudicauit Rota Florentina, de anno 1567. in cauſſa illorum, de Cocconibus, contra illos, de Nanis, de Montepulciano, quo ſtante, quæro, cur minor effectus maior, reſtituitur, aduerſus aditionem hæreditatis, ob exactionem factam, in maiori ætate, & non aduerſus alienationem ob exactionem pretij factam, cùm ita ſit actus voluntarius in vno caſu, quàm in alio, nam ita poterat minor factus maior, non exigere à debitoribus hæreditatis, ſicut ab emptoribus. leg. voluntariè. Cod. de excuſa. tutor. leg. ait prætor. §. permittitur. ff. de minori. & ſi dicas, ibi minor perfectè adiuit, & cum ſolemnitatibus, & ideò non erat tutus ipſo iure, remedio ordinario, ſed extraordinario indigebat auxilio, vt dicit Franc. Aretin. in d. l. pro hærede. §. ſi ſepulchri. ff. de acquirenda hæreditate. replicatur, quod idem erit, ſi alienatio bonorum fuerit perfectè, & ſo-

& ſolemniter facta, quia tunc reſtitutio aduerſus læſionem, & non officium Iudicis, aut actio in rē datur, l. in cauſſæ cognitione etiam hoc verſabitur. ff. de minorib. Bart. in l. ſi quidem. C. de præd. minor. & ibi etiam gloſſ. & Tyraq. d. l. ſi vnquã. dicto verbo, reuertatur. num. 457. verſ. ex quo vnũ. & tamen, ſi minor effectus maior, alienationem ſolemniter factam tacitè ratificauerit facto, aut ſilentio, aduerſus læſionem, non dabitur ei reſtitutio in integrum, niſi ex capite, l. 2. C. de reſcind. vendit. vt probat text. in l. 1. 2. C. ſi maior. fact. rat. habue. & ſequitur Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſs. remed. 15. q. 15. nu. 110. verſi. primum quis capit. & num. 184. verſi. declarantur Quartò relati caſus, quando. & Iaſ. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. ſentit Rolan. conſi. 59. num. 3. & ſeq. vol. 1. vellem vt mihi dares circa hoc congruum reſponſum, ego ſomniaui an poſsit dari ſolutio, & intellectus ad d. §. ſcio. hoc modo, quòd minor effectus maior, reſtituitur vſq; ad vigeſimum nonum annum de eo, quod ſolemniter fecit in minori ætate, & non ratificauit in perfecta ætate, ſecus de eo, quod tacitè ratificauit, quia ad illud non datur reſtitutio, d. l. 1. & 2. C. ſi maior. fac. rat. habuer. & ideò aduerſus illam exactionem, non datur minori reſtitutio, nec creditoribus hæreditarijs actio aliqua, aduerſus alios creditores exigentes, tex. eſt in leg. ſi mulier. ff. de minori. & ibi Barto. & DD. ſed benè datur reſtitutio, aduerſus aditionem hæreditatis, ex capite læſionis, circa debita ſoluenda, & credita exigenda, cùm plura reſpiciat capita iſta aditio hæreditatis, licèt ſit vniuerſalis, & indiuidua, tamen factum proprium, & actio, & ſic exactio eſt diuidua, leg. 2. & 3. Cod. de hæred. actio. & ita dicendum eſt circa alienationem, & contractum factum à minore, ſeu à tutoribus, continentem plura capitula diſiuncta, quia ſi in ætate perfecta, minor tacitè vnum capitulum ratificauerit, aduerſus illud non dabitur reſtitutio, d. leg. ſi mulier. aduerſus alia non ratificata, dabitur reſtitutio, d. l. 3. §. ſcio. ff. de minori. & videtur tex. in l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum. & ibi
76 DD. quia ratificatio vnius capituli, nõ inducit aliorum confirmationē, cùm ſcriptura, plura continens capitula, poſsit pro parte probari, & pro parte improbari, vt eſt text. & ibi not. Barto. in l. publia. §. fin. ff. depoſi. Alexand. conſi. 71. nume. 5. volum. 3. Bello. conſi. 46. vidi reuerende. num. 12. verſi. tunc ſuccedit. Boer. conſil. 7. Lanfranc. cap. quoniam contra. de proba. tit. de confeſsis. num. 28. Franc. Viuis, ſuis commu. opin. in verbo, ſcripturam. & faciunt adducta per Ari. Pinel. l. 1. in 3. par. num. 52. C. de bon. mater. & in ſeparabilibus, vnum non vitiatur propter alterum. Crauet. conſi. 203. num. 21. de neceſsitate ergo eſt intelligendum, d. §. ſcio. loqui de reſtitutione aduerſus aditionem hæreditatis, poſt ætatem perfectam, per quadriennium, à die ſcientiæ, ſi aditio fuit perfecta, vel per quinquennium, ex cauſſa onero$\int$a, aut per decennium inter præſentes, & vigeſimum annum inter abſentes, ex cauſſa lucratiua, ſi aditio fuit imperfecta, adnotata per gloſſ. Bart. & Bald. in leg. fin. Cod. ſi maior. fact. aliena. ſine decreto. D. Bero. quaſtio. 43. nume. 4. & nume. 5. & Crauet. conſi. 1 2. nume. 7. libro 1. & ſic patet, quòd Franc. Aret. in dicto §. ſi ſepulchri. non benè conſiderauit verba text. d. §. ſcio. nec oculatiſsimus Tyraquell. in d. l. ſi vnquam. dicto verbo, reuertatur. nume. 456. & ſequen. nec DD. alij, in d. §. ſcio. aliàs nunquam poteris ſoluere contrarietatem legiſlatorum, in leg. ſi filius emancipatus. ff. de minori. l. fin. C. ſi maior fact. rat. hab. & l. fin. C. ſi maior fact. aliena. ſine decre. rat. hab. vbi minor factus maior, de eo, quod fecit, vel tacuit in maiori ætate, non reſtituitur in integrum, ſiue actus à principio fuerit perfectus, ſiue ipſo iure nullus: vt ſentit etiam Iacob. Menoch. dicto remedio 15. q. 15. nume. 140. & ſeq. & num. 148. circa finem. verſi. primo, æs alienum. & hoc modo intelligendo d. §. ſcio. poteris ſaluare verba illius textus ibi. Putamus tamen reſtituēdum initio inſpecto, hoc eſt, inſpecta hæreditatis aditione, & non exactione facta, & ſic reſtituitur aduerſus hęreditatis aditionem, circa futura, & non præterita, per textũ clarum à nemine ponderatum in d. l. ſi mulier. ff. de minoribus. vbi minor non reſtituitur aduerſus ſolutionem factam, hæreditario nomine, licèt reſtituatur aduerſus aditionem hæreditatis, & eſt rationabile, quia de eo, quod non approbauit, nõ debet pati pœnam: tunc eſt, quòd ſi vſufructuarius deteriorauerit aliqua bona, & aliqua non, & pro aliquibus ſatiſdederit, pro alijs verò non ſatis dederit, quòd non amittit vſum fructum omnium bonorum, ſed ſolum illorum bonorum, quæ deteriorauit, & pro quibus non ſatisdedit, Pariſ. conſi. 37. nume. 13. vol. 3. & Ruin. conſi. 48. nume. 12. vol. 2. & faciunt notata per Cornel. Benincas, de pauperta. quæſti. 9. ſpecial. 10. nume. 31. 32. & ſequen. car. 210. & ideo nota, & tene mente, hanc nouam inſpirationem, à nemine, quem viderim deguſtatam, & ex text. d. l. ſi mulier. ff. de minori. pullulatam, & admittendam, vt per Bart. in leg. in ambiguo. ff. de reb. dub. vbi in dubio eſt accipiendus iſte intellectus.

Et idem Barto. in conſi. 154. num. 8. volum. 1. vbi conſuluit, quòd accipiens hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, ſi nõn citauerit certos creditores, quoad illos tenebitur vltra vires hæreditatis, quoad alios, erit tutus beneficiò legis, & inuentarij: & non mihi videtur, quia à principio declarauit, nolle adire hæreditatem ſimpliciter, ſed cum beneficio legis, & inuentarij: ideò in perfectis, ſibi non præiudicat, in alijs ſic. & ſentit Crauet. conſi. 89. nu. 6. vol. 1.

Et faciunt adducta per text. Bart. & DD. in l. ſi. ff. de interro. actio. quos refert, & ſequitur Iaco. Machel. Patroci. 60. num. 4. & ſeq. verſ. rurſus. vbi habetur, quòd repudians hæreditatem, ſi poſtea dicat alicui, ego ſum hæres, volo tibi ſoluere, & ſic vt hæres exigat, vel ſoluat, ſibi præiudicat, quoad illos tantummodo, & non quoad alios, quia quoad alios, non declarauit ſe hæredem, & non dicitur propriè hæres, nec exercet actionem hæreditatis quoad omnes, ita dicendum eſt in intellectu tex. d. l. 3. §. ſcio. ff. de minorib. Nam ibi à principio, in minori ætate, perfectè cum omnibus ſolemnitatibus adiuit hæreditatem, vnde exigendo, vel ſoluendo credita, & debita hæreditatis poſt maiorem ætatem intra quadriennium, non dicitur de nouo adire, poſtquam ſemel perfectè adiuit,

adiuit, ſed dicitur exercere actiones hæreditarias, quæ ſunt diuiduæ, d.l.1.2. & 3.C.de hęredita. actiou. Ideò in alijs actionibus non exercitatis, ſibi non præiudicauit, & non dicitur adiuiſſe, meritò non eſt mirum, ſi datur reſtitutio in integrum, aduerſus hæreditatem à principio aditam, & quòd non dicatur adire exigendo, & ſoluendo, poſt maiorem ætatem, ſed exercere actionem hæreditatis iam aditæ, colligitur ex notatis per Barto. & DD. in d.l.3.d.§.ſcio.ff.de minori.qui dicunt, quòd ibi datur reſtitutio in integrum, ex eo, quia illa exactio, eſt actus neceſſarius, ad aditionem hęreditatis iam aditę. Et ideò dicunt, quòd quotieſcunque actus conſequens eſt neceſſarius ad principium, ſemper attenditur initium, & non finis: ſecus ſi principium non eſſet perfectum, & validum, vnde ex iſtis datur reſponſio, & declaratio ad adducta per Franc. Aretin. in leg. pro hærede.§.ſi ſepulchri. ff. de acquiren. hæredit. & per Tyraquellum in dict.l.ſi vnquam.verbo, reuertatur. nume.457. Cod. de reuocan. donatio. qui voluerunt, quòd ſi hæreditas non eſſet à principio perfectè, & cum ſolemnitatibus adita, & factus maior debita exegiſſet, hęres non poſſet amplius petere reſtitutionem in integrum, aduerſus hæreditatem aditam, in minori ætate, quia à principio fuit imperfecta aditio, & licèt nihil aliud dicant, tamen eſt ratio, quia illa aditio imperfecta fuit habita, pro non aditione, cùm paria ſint, non adire, & adire, ſed nulliter adire.leg.quoties.ff.qui ſatiſda. cogan. & quod nullum eſt, nullum producit effectum. leg. 4.§.condemnatum.ff.de re iudic.& Rolan. à Valle, conſil.73.nume.28.& ſequen. verſic. præmiſſis non obſtantibus. volum. 2. & cùm non adiuerit in minori ætate, exigendo vel ſoluendo, vt hæres, in ætate perfecta, dicitur tunc temporis verè adire hæreditatem. Barto. in leg. fratre. ſub nume.38.de condiction. indebit. Alexand.conſi.32. viſo proceſſu. nume.1. verſic. & ſimiliter exigendo. volum. 3. & Pariſ. conſil. 16. circa præſentem. nume.41.volum. 2. à qua aditione, tanquam perfectè facta, nulla poteſt peti reſtitutio in integrum.leg. fin. Cod. ſi maior. fact. aliena. ſine decre.rat.hab.& ibi DD.& per DD. ſupra allegatos, & in hac opinione fuerunt ſemper venerandus Dominus Camillus ſocer meus, & Dominus Dionyſius germanus, aſſerentes, aliter ſaluari non poſſe dictum §. ſcio. aut allegare ſpecialitatem illius.

77 Circa verò reſtitutionem in integrum aduerſus actum factum à minore, & poſt maiorem ætatem, ſilentio ratificatum, concluditur, quòd ſi actus, ſeu aditio hęreditatis, non fuerit à principio ſolemniter, & perfectè facta, quòd ſi infra quinquennium, decennium, & vigeſimum annum, ex cauſſa oneroſa, vel lucratiua reſpectiuè, non tacuerit, minor ſciens, poterit per actionem in rem, vel officio Iudicis, aut poſſeſſorio recuperandæ, tueri ſe, aduerſus actum factum, tanquam tutus ipſo iure remedio ordinario, & non per reſtitutionem in integrum: quæ iſto caſu non competit, vti auxilium extraordinarium, adnotata per textum clarum, in leg. in cauſſæ cognitione etiam verſabitur. leg. in cauſſæ cognitione verſabitur, vtrum ſoli.§.interdum. & ibi gloſſ. in verbo, præterea.& gloſſ.in l.virum.§. ſciendum.ff. de minorib. Tyraquel.in l.ſi vnquam.in verbo, reuertatur, num.457.verſic.ex quo vnum.C.de reuocan. donatio.& Rolan.à Valle, conſi.59.nume. 2. & ſequ. volum.1. Poſt dictum verò tempus non audietur, cùm cenſeatur omnia approbaſſe, & ratificaſſe.d. l.fin.C.ſi maior fact.aliena. ſine decre. rat. hab. & ibi gloſſ. & DD. & Iacobus Menoch. dict. remedio 15.num.140.& ſequitur Crauet. d. conſil. 102. num,7.lib.1.

Si verò à principio fuerit actus perfectus, ſed facilitate minoris, vel dolo aduerſarij læſio interuenerit, tunc à die ſcientiæ poſt maiorem ætatem infra quadriennium poterit reſtitui in integrum ex capite læſionis, iuxta tradita per Barto.in l. ſi quidem. C. de præd. minor. Alcia. regula prima, præſumptio.42.nume.3.& ſequen. Cornel.conſil.135.de pluribus.colum.2. vol. 2. Roderic.Suarez. in ſua allegatio. 21. nume. 5. & ſequen. Iacob.Menoch.vbi ſupra. num.114. & ſeq. & tangam.inf.num.144.

78 Minor autem, ſi poterit reſtitui in integrum aduerſus hæreditatem aditam, non effectus maior, poterit reſtitui, ex capite reſciſorio, actione in rem, vel officio Iudicis, ſi ſolemnia non fecerit, ſi autem perfectè, cum ſolemnitatibus fecerit actum, & adierit hæreditatē, & verè reperiatur circumſcriptus, & læſus infra dimidium iuſti pretij, reſtituetur in integrum ex capite læſionis.leg.1.& 2.Cod. ſi minor ſe ab hæred. abſtin. Tyraquell.de Retract. lignag. ad finem tituli, nume. 54. verſic. quod autem dicitur. Iacob. Menoch. d. remedio 15.quæſt.5.nume.106.& ſequen.verſi. quæro quid ſi minor, vel pupillus, & Roderic. Suare. d. allega.21.nume. 5. & ſequ.& faciunt quæ infra dicam, num.97.

Si autem fuerit læſus vltra dimidiā iuſti pretij, tūc reſtituetur ordinario remedio.l.2.C.de reſcind. vendi. & non alio extraordinario remedio, vt conſuluit Crauet. conſil. 7. num.1. & 2. lib. 1. & Rolan.à Valle, conſil.59.nume.3.& 4.vol.1. & dixi inf.nume.144.& hoc habebit locum, aliquo iuramento non obſtante, vt dicit Dominus Pileus, Gloſſator antiquus, in ſua quæſt. 20. minor. & alij ſupra relati.

79 Quæ omnia habent locum, etiam ſi ſtatutum daret modum adeundi hæreditatem, quia non comprehenderet minorem, nec reſtitutionem in integrum prohiberet, niſi facta eſſet expreſſa mentio, vt per Alexandrum, in conſil.165. dubitatur.colum. 1. in fine. verſic. ſupereſt videre alterum. volum. 6. Tyraquell. de Retract. lignag. §.35.gloſſ.2.num.2. & ſequen. verſic. nam, & in ſimili.Roma.conſi.90.num.3.Petr.de Rauen. ſing. 286.minor.quod eſt notandum, pro ſtatuto ſancti Miniatis. ſub Rubrica 52. quod facit mentionem in repudianda hæreditate, etiam de minoribus, & tangam titu.de pœnis iun.tranſeun.ad ſec. nupt.cap.9. licèt Paulus de Caſtro in l. ſi pupillorum.C.de repud. hæredi. teneat, quoad hæreditatis aditionem, comprehēdere etiam minorem. vt refert Rolan.à Valle.de lucro dot.q.44.num.8. ſed reſtituitur in integrum, vt per Afflict. deciſio. 370.tria dubia. nu.1. & ſeq. & per alios ſupra proximè allegatos.

Et quan-

80 Et quando hæreditas eſt adeunda, cùm beneficio legis, & inuentarij, debet inuentarium ſecundum vnam opinionem inchoari, infra triginta dies, à die ſcientis, vel aditæ hæreditatis, & finiri infra tres menſes, ſi bona ſunt in eodem loco, vel parum diſtanti, aliàs, infra annum, à die mortis defuncti, etiam quod ſimpliciter à principio dictam hæreditatem adiuerit, & abſq; aliqua proteſtatione, vt per Paulum de Caſtro, in conſil. 268. num. 6. volum. 2. Boer. deciſ. 168. nume. 4. Duran. de arte teſtan. titu. de acquiren. vel repud. hæredi. cautel. 8. num. 2. & cautel. 15. num. 4. Ant. Bard. in tracta. de tempo. vtil. & continuo, cap. 3. ſub num. 7. Bello. conſil. 68. Cæpol. cautel. 24. inſtitutus, & Emanuel. Suarez. communi. opinio. in verbo, inuentarij. num. 175. vbi dicunt communem, & Rolan. à Valle, quæſt. 73. volumi. 2. & Bero. quæſt. 62. an tempus.

Et ſecundum aliam opinionem, ſufficit, quòd infra tres menſes inchoetur, & perficiatur, vt per Paulum de Caſtro, d. conſil. 268. nume. 6. vbi dicit communem. quod etiam tenet Bartol. in l. fin. §. ſi vero poſtquam, num. 4. C. de iure delib. & Corne. Benincas. in ſuo tractat. de pauper. q. 9. ſpecial. 10. num. 18. & ſeque. vbi dicit, tale tempus eſſe vtile, & non continuum, & allegat, hoc dicere, Socin. Iun. conſil. 9. videtur. lib. 3.

Tamen prima videtur magis communis, & tenenda, per Cæpol. d. cautel. 24. & per alios Do-
81 ctores ſupra allegatos, qui ſubiungendo dicunt, Iudicem non poſſe tale tempus alterare, vt etiam refert Rol. à Valle, conſil. 18. numero 15. volumi. 1. Capic. deciſio. 87. in cauſſa Magnifici, numero 3. Quamuis hæres non inchoãdo infra triginta dies, non per hoc tenetur vltra vires hæreditarias, cum ſit talis omiſsio leuis ſolennitas, & ſufficiat infra tres menſes feciſſe, l. fina. §. ſi vero. C. de iure deliberan. & ibi Bartol. & Doctor. Mart. Frec. de præſen. inſtru. 4. par. nu. 8. 9. latè Rol. à Valle, conſ. 73. nu. 20. & ſeque. vol. 2.

Quod tempus attendi deberet, niſi ſtatutum eſſet in contrarium, quòd maius, aut minus tempus deſideraret, nam tunc illud deberet attendi, vt per Baldum in tractat. ſtat. in verbo ſtatuere, numero 12. & ſupra tetigi, numero ſeptimo. Quod eſt notandum pro ſtatuto Florentino, ſub Rubrica 29. ſecundi libri, quod diſponit, maiorem decem, & octo annorum, qui ſe immiſcuerit in hæreditate, & bonis defuncti, per quindecim dies, à morte defuncti, intelligi debere hæredem, & teneri ad onera hæreditaria, aliquo inuentario non obſtãte. Nam licèt hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij acceperit, ſi bona aliqua defuncti poſſederit, vltra quindecim dies, tenebitur ad debita hæreditaria, ad legata, & fideicommiſſa, vt ſimplex, & purus hæres, & ita fuit etiam iudicatũ in Rota Florentina, de menſe Martij, anno 1566. contra Benedictum, & Bernardũ fratres, de Riccobaldis, de Volaterris, ad fauorem Dominæ Titę-
82 corum cognatæ. Quod ſtatutum intellige, primò habere locum ſe immiſcẽdo in bonis defuncti, & non ſi debita ſoluerit, & bona defuncti nõ poſſederit: quia iſto caſu ſtatutũ nõ loquitur, & hoc videtur omiſſum, & remiſſum, ſub diſpoſitione iuris cõmunis, l. ſi extraneus. ff. de cõd. cauſſa dat. l. cõmodiſsimè. ff. de liber. & poſthu. Imò à contrario ſenſu videtur expreſſè diſponere. Quòd ſi ſe non immiſcuerit, & bona non poſſederit, licèt debita defuncti ſoluerit, poſsit infra tempus beneficij legis, & inuentarij hæreditatẽ repudiare, aut illam adire cum beneficio inuentarij, vt per Plot. in cõſ. 108. nu. 10. vol. 1. conſ. crim. diuerſ. autor. cum per hoc argumentũ reuertatur ad ius cõmune Romanorum, adnotata per Iaſo. & DD. in l. 1. §. eius. ff. de
83 offi. eius, & Rol. à Valle, de lucro dot. q. 43. nam q̃ venit à contrario ſenſu, dicitur contineri in ſtatuto, vt not. gloſ. & Archid. in c. humanũ genus, prima diſtinct. & ſequitur Afflic. de prohib. feu. alien. ſub nu. 21. & habetur pro expreſſo, vt eſt gloſſ. in l. qui teſtam. §. mulier, de teſta. quæ dicit, quòd con-
84 trarius ſenſus legis pro lege accipitur, quam ſupplendo dicit, vbi Paul. de Caſt. quòd id, quòd tacitè colligitur à contrario ſenſu, pro expreſſo habetur, & probatur iſtud, in l. poſſeſſorium. §. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. & in l. apud Antiquos, ibi per coniecturam. C. de furt. & ibi dicit gloſſ. ordinaria, quòd coniectura eſt, quãdo ſenſus tacitè ex litera elicitur, & non eſt in litera expreſſum, & etiã probatur in l. is ſolis. ante finem, in verbo, tacitum putamus. C. de reuoc. donatio. & in l. aliquando, in fin. ff. de condit. & demonſtrat. & in l. quod purè, in princip. ff. quando dies. lega. ced. & eſt text. clarus, & apertus in l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de pact. dot. vbi text. formaliter ſic inquit: Cùm inter patrem, & generum conuenit, vt in matrimonio ſine liberis, defuncta filia dos patri reſtituatur, id actum inter contrahentes intelligi debet, vt liberis ſuperſtitibus, filia defuncta dos non reſtituatur. Dum enim dicitur, id actum inter contrahentes intelligi debet, clarè apparet, quòd ſenſus veniens à contrario ſenſu, venit ex mente, & perinde habetur, ac ſi veniret ex verbis, quod enim tacitè agitur, habetur pro expreſſo, quoad iuris effectum. l. cum quid. ff. ſi certum petat. & cap. ex parte. de ſponſali. & vult Panormit. in cap. cum Apoſtoli. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen. ca. & in ſtatutis, mens magis quàm verba attendi debet, vt l. ſciendum, vbi Bartol. & latè Hippoly. ff. de ſicar. & quod venit ex mente legis, vel ſtatuti, dicitur diſpoſitum, & prouiſum à lege, vel ſtatuto, & habetur pro expreſſo. l. prætor, & ibi gloſſ. verbo expreſſum. ff. de nou. oper. nuncia. & ibi id notat. Bartol. Bald. Angel. Imol. Alexand. & omnes. Sufficit enim, quid eſſe expreſſum mente, licèt non in verbis, vt ibi per gloſſam, quæ dicit, expreſſum tacitè, quaſi dicat, id tacitum, quod verbis non comprehenditur, ſed expreſſum tamen, quia patet manifeſtè, de mẽte legis, ex verbis in ea poſitis, vt declarat Aretin. in l. illud. ff. de acquiren. hæreditat. poſt Angelum ibi, & etiam cõſuluit Dyn. vt refert Apoſtil. ad Alber. d. ſtat. in 1. part. quæſt. 9. nu. 4. & tenet idem Crauet. de antiq. tempo. ſectione ampliatur, nu. 38. & ſeq. car. mihi 34.

Et quòd tale argumentum à contrario ſenſu
85 ſumitur in ſtatutis, contractibus, & vltimis voluntatib. & dicatur à ſtatuto prouiſum & expreſſum, conſuluit Paul. de Caſtro, conſilio 88. viſis dictis, numero 6. volum. 1. Alexa. conſi. 129. puto de iure concludendum, vol 2. Corn. conſil. 213. col. fin. litera K. volum. 3. Dec. conſil. 364. viſis tui, num. 2. &

maximè, quando per illud ſaluatur ius commu-
ne,& non læditur, aliàs ſecus, vt ſentit etiam D.
Bero.quæſt.famil.97.in lege locationis,vbi dicit:
quòd locatio facta ad nouenniū,cum pacto,quòd
locator ante quinquennium rem locatam vende-
re non poſsit, & ſi infra illud tempus vendiderit,
teneatur conductori rem aliam ſufficientem aſ-
ſignare, vſque ad finem locationis,ſub pœna con-
uenta,quod ex pacto actum eſt inter partes,quod
ante quinquennium alienare non poſsit, & in ca-
ſu alienationis,locator rem ſufficientem condu-
ctori præſtare teneatur. A contrario ergo ſenſu,
ex huiuſmodi pacto infertur, quòd ſi poſt quin-
quennium locator alienauerit, ipſe non teneatur
ad præſtandam rem ſufficientem, prout in pacto
continebatur. Propter hoc tamen non infertur,
quòd ipſe locator non debet teneri ad intereſſe,
& damnum conductoris; ſi loca. prout de iure cō-
muni tenetur, ne corrigatur ius cōmune, & dicit
Plot.in conſ.108.Ieſu filij,nu.10.vol.1.conſ. crim.
quòd conſtitutio prohibens alienari bona immo
bilia in nō ſubditos, videtur cōcedere, q̃ res mo-
bilis, poſsit alienari non ſubdito,& Laur. de Pal.in
tract. q̄ ſtantib. maſcu.nu. 101. determinat, quòd
ſi ſtatutum determinat, quod nulla mulier ſucce-
dat extante maſculo, quod mulier, etiam quòd in
grediatur Monaſterium, excluditur, & à cōtrario
ſenſu, ſtatutū, ſi maſculus non extat, defert ius ſuc
cedendi mulieri, & quòd non dicitur deferre tūc
mulierib. de iure cōmuni, ſed ex forma iuris mu-
nicipalis, & ideo eo ipſo, quòd mulier naſcitur, in-
fligitur ſibi à ſtatuto hęc potentia ſuccedendi, ſci-
licet in totum, ſi non extiterit maſculus, & immo-
bilia, ſi extiterit, & Afflict. deciſ.202. conſuetudo,
nu.2. dicit fuiſſe deciſum, quòd facto pacto, quòd
ſi filij moriuntur ab inteſtato, dos reuertatur ad
proximiores conſanguineos, à contrario ſenſu,
dictum pactū excludit conſanguineos, ſi filij mo-
86 riuntur cum hærede teſtamentario. Et eſt tantæ
efficaciæ hoc argumentum, quòd ſi ſtatutum in-
ferioris ita loqueretur, non eſſet recurrendū ad
ſtatutū ciuitatis ſuperioris, vti prouiſum expreſſè
per contrarium ſenſum à dicto ſtatuto inferiori,
Cornel. conſil, 65 quoniam præſens, ſub nu. 6. &
7. volu. 4. Nicol. Auerar. in conſ. 81 & Franc. Viui.
commun. opin. verbo ſtatutum, car. mihi. 231. col.
2. & pulchre conſuluit Gozad. in conſil. 37. vbi e-
tiam perquam plura alia fundamenta concludit,
ſtante ſtatuto plebis ſancti Stephani: Quòd filiæ
fœminæ, vel deſcendentes ab eis, ad ſucceſsionē
patris, aui, vel proaui ab inteſtato defuncti nō ve-
niant, exiſtentibus filio, vel filijs, ſeu liberis maſ-
culis, per lineam maſculinam ex defuncto, & alio
ſtatuto diſponente, quòd vbi ſtatuta non loque-
rentur, debeat ius reddi per poteſtatem dicti lo-
ci, ſecundum formam ſtatutorum communis
Florentiæ, & ſtante ſtatuto ciuitatis Florentiæ,
quòd filiæ non ſuccedant exiſtente patruo, cum
euenerit caſus, quod quidam deceſsit, relictis fi-
liabus, & fratre ipſius defuncti, & ſic patruo, quòd
filiæ eiæ debeant ſuccedere vigore dicti ſtatuti
plebis ſancti Stephani, & non patruus, quia talis
caſus erat prouiſus per dictum ſtatutum a contra
rio ſenſu. Ex quibus poteſt decidi, quòd ſtatutum
Florentinum, loquens, quod ſcripturæ priuatæ
adhibeatur plena fides, & habeat executionē pa-
ratam, ſeruatis ibi ſeruādis, de qua meminit Dec.
conſil.73. Socin. conſil.240. num.1. vol.2. & Boer.
deciſio.205. nume. 18. 19. & in fin. cum ſimilibus,
non habet locum in terra Fiuizani, & eius curia,
cùm per dictum ſtatutum Fiuizani, ſub Rubri. de
executione ſententiarum, laudorum, inſtrumen-
torum, & vltimarum voluntatum, ſit facta men-
tio de talibus ſcripturis, per diſpoſitionem con-
trariam, poſtquam diſponit, quòd Dominus Ius
dicens, ad petitionem cuiuſcunque habentis in-
ſtrumentum publicum cambij, mutui, depoſiti,
venditionis, vel alterius cuiuſcunque rei, tenea-
tur pronunciare inſtrumentum exequendum eſ-
ſe, vel non, infra menſem: Nam à contrario ſenſu,
expreſſè diſponit, quòd ſi inſtrumentum non fue
87 rit publicum, quòd non tenetur pronunciare ex-
equendum, cum de iure communi, ſcriptura pri-
uata, non mereatur executionem, etiam quòd ſit
recognita, licèt faciat plenam fidem via ordina-
ria. Didac. Couar. Variar. reſoluti. lib.2. capitu.11.
ſub num.3. car. mihi. 578. & non dicitur inſtrumē-
tum publicum, etiam quod à Notario eſſet ſcri-
pta, Tyraq. de Retract. lignagier. §. 2. gloſ. 1. nu-
mero 29. 30. quia de eo quo non eſt rogatus No-
tarius, non facit publicam fidem, vt per Bald. in
conſil.438. vol.3. Cagn. in l. ſi librarius, nume 40.
ff. de reg. iur. Dec. conſ.55. num.10. Hippo. in Ru-
brica de probatio. numer. 281. Ergo ſtatutum di-
ſpoſuit à contrario ſenſu, quòd ſi inſtrumentum
non erit publicum, quòd non ſit exequendum, vt
voluit Alexand. conſilio 166. volumin. 2. conſilio
82. & in conſil.101. volum. 4. Barba. conſil. 15. vol.
1. & Tyraquel. de Retract. lignag. §. 2. gloſ. 1. num.
29. & num.1. & ſeque. vbi oſtendit etiam, aliud eſ-
ſe inſtrumentum, & aliud contractum, tanquam
continens, & contentum, & quòd in ſtatutis, ap-
pellatione inſtrumenti, non venit contractus, ni-
88 ſi ex coniecturis, & mente ſtatuentium appare-
ret, voluiſſe contractum intelligere pro inſtru-
mento. Et idem dicendum eſt, de ſtatuto Vola-
terrano ſub Rubrica 99. quomodo filiæ dotatæ,
quod diſponit, filias dotatas in tanta quantitate,
in quanta fuit dotata earum mater, non poſſe ſuc-
cedere matri, extantib. filijs maſculis, ex alio ma-
trimonio viri ſui: Quòd ſi non extiterint filij ma-
ſculi, vel non fuerint in tanta quantitate dotatæ,
ſuccedere debeant matri, à contrario ſenſu, vt e-
tiam loquitur Dec. in conſil.481. nume. 10. & vidi
conſultum per Magnificum Dominum Guido-
nem Orſellum Cortonæ, & ſubſcriptum, per ex-
cellētiſsimum Dominum Marcum Aſinium, Do-
ctorem Florentinum, in fauorem cuiuſdam, Ti-
berij Baldaſſaris, & eius filiorum, qui conſulue-
runt: Vxorem non potuiſſe facere aliquam ſub-
ſtitutionem de ſuis dotibus, in præiudiciū ipſius
mariti, & filij, ſtante ſtatuto Florentino, ſub Rubr.
129. qualiter ſuccedatur in dote vxoris præmor-
tuæ, vbi diſponitur, quòd maritus lucretur to-
tam dotem, ſi filius, vel filia, vel alij deſcendentes
ex eis, tempore mortis ipſius vxoris non exta-
rent, & quòd nulla mulier in dote, vel de dote, vel
eius parte in caſibus ſupra ſcriptis, vel aliquo eo-
rum, poſsit condere aliquam vltimam volunta-
tem, nec aliquid etiam inter viuos quoquo modo
diſpo-

diſponere de dicta dote, vel eius parte in præiudicium viri, vel filiorum ſuorum deſcendentium ex eis. Quod ſtatutum (dicebant ipſi) in præſenti conſultatione eſt attendendum, cùm diſponat vltra illud, quod diſponit ſtatutum Cortonæ, quod de huiuſmodi prohibitione teſtandi, aut alienandi in præiudicium mariti, & filiorum minimè loquitur: & ſic in omiſſis, recurri debere ad ſtatutum Ciuitatis Florentiæ, adnotata per Cuman. in conſilio 144. & Paulum de Caſtro, conſilio 140. in prima parte, & conſequenter, dictam vxorem dicti Tiberij non potuiſſe talem facere ſubſtitutionem, in præiudicium eius filij, & mariti. Et vertente cauſſa coram Doctiſsimo Iuriſcõſulto, Domino Mario Tholoſano, Iudice dictæ Ciuitatis ordinario, de anno 1562. fuit lata ſententia, contra dictum conſilium, & declaratum prædictum ſtatutum Ciuitatis Florentiæ, non habuiſſe, nec habere locum, & conſequenter, dictam vxorem dicti Tiberij potuiſſe dictam ſubſtitutionem, virtute ſtatutorum Ciuitatis Cortonæ facere: & in cauſſa appellationis, iterum confirmata per excellentiſsimum, & ſubtilem Doctorem, Dominum Paulum Vintham Volateranum, licet alijs rationibus moti fuêre, ſed ſola hac reali ratione ita erat iudicandum: quia ſtatutum Cortonæ, à cõtrario ſenſu diſponit, quòd mulier poſſit ex teſtamento diſponere, ad eius libitum, de dotibus ſuis, in præiudicium filiorum abſque conſenſu alterius perſonæ, patre non exiſtẽte: cũ per
89 illud argumentum reuertatur ad ius commune Romanorum, quia nulli dubium eſt, quòd mater poteſt diſponere de dotib. & bonis ſuis, ad eius libitum, in præiudicium liberorum, vſque ad legitimam, etiam proijciendo ea in mare de iure communi, & filij non habent conqueri, vt per Crauet. conſilio 241. numero primo, volumine ſecundo, & Rolandus à Valle, conſilio 62. numero vigeſimo quinto, volum. 1.

90 Et poteſt plus vni, quàm alteri filio etiam ſecundi matrimonij relinquere, & maiorem dotem vni filiæ, quàm alteri concedere, vt per Decium in conſilio 246. in conſilio 557. numero ſeptimo, Franc. Marci. deciſio. 27. in ſecunda parte, & Crauet. conſilio quadrageſimo, proponitur, numero decimo, Alexander conſilio 227. numero primo, volum. 6. Duran. de arte teſtan. titu. de legat. caut. 65. num. 2.

Et in patre, loquitur text. in leg. hac edictali, vbi Cyn. Iacob. Butriga. & Bald. numero 6. 7. C. de ſecund. nupt. Cornel. conſil. 115. in fin. in tertia parte, Bald. conſil. 328. numero 3. volum. 3. Ruin. conſilio 56. volum. tertio, & Maran. in ſua diſputa. 10. numer. 33. car. mihi. 317. Et etiam poteſt per hoc argumentum à contrario ſenſu decidi, ſtatuta illa duo Ciuitatis Florentiæ, quorum vnum diſponit ſub Rubrica, de prohibita alienatione irrequiſito conſorte, circa ædificia, muro mediante, & alterum circa poſſeſsiones, & terras confinatas à duob. vel tribus laterib. ſub Rubr. 108. de reuendentione terræ fiendæ conuicino, non habere locum in terra Fiuiz. propter ſtatutũ Fiuiz. ſub Rubr. de vẽditione fienda in agnatos, & confines, diſponit, quòd ſi aliquis voluerit vẽdere aliquam domum, ædificium, terram, ſeu poſſeſsionem aliquam, teneatur vendere proximiori agnato maſculo, & ipſo non exiſtente, ſeu emere nolente, teneatur vendere confinibus: à contrario ſenſu diſponit, quòd ſi noluerit vendere, non teneatur vendere, & quòd ſi non extiterint agnati, aut confines, aut emere noluerint, quòd poſsit vendere, cui ſibi placuerit, aliquo alio ſtatuto ſuperiori nõ obſtante, tanquam expreſſè prouiſum à dicto ſtatuto, & ita conſuluit in caſu contingenti Dominus pater meus, in conſilio 16. incipient. de anno 1560 Ioannes Baptiſta Bornia. volumi. 2. in meis, & fuit ita iudicatum in curia Fiuizani. Quod ar-
91 gumentum in ſtatutis à contrario ſenſu, nedum habet locum, quando reducitur diſpoſitio contraria, ad ius commune, vt ſupra dixi, ſed etiam quando corrigeretur ius cõmune, ſi ſtatutum in ſenſu directo nihil operaretur, vt eſt exemplum, in ſtatuto Florentino diſponente, quòd quælibet mulier, in hæreditate patris poſsit ſuccedere, ſi nõ extiterint filij maſculi: nam ſi extiterint filij, non poſſunt filiæ fœminæ ſuccedere, quia ſtatutum in ſenſu directo nihil operatur: cum de iure communi filiæ ſuccedant patri, de quo ſtatuto loquitur Capici. deciſio 21. in cauſſa Liſæ, numero 3. Alber. Brun. de ſtat. exclud. fœmin. in 7. artic. numero 3. & ſequent. & ita dicit Bald. in l. conuenticulam. C. de Epiſco. & cleric. & Crauet. conſi. 201. numer. 12. volumin. ſecundo, & latè dixi, infra titu. de vſufruct. capit. nono, verſicul. tamen, ex eo, quia tale ſtatutum, quæ omnia fac. vt intelligas de argumẽto à contrario ſenſu, procedere circa materiam, de quo loquitur ſtatutum, aut pactum ſolum, & non circa alia iuri contraria, & non ſuppoſita reuolutioni contrariæ, licèt annexa fuiſſent cum diſpoſitione contraria, quorum exempla habentur per D. Bero. d. quæſt. 97. numer. 7. 8. Dec. conſilio 232. dura admodum. num. 7. & num. 8. conſil. 110. num. 1. Bero. q. 37. num 4. & Dec. conſi. 484. num. 6. & ſequ. & latè per Rodericum Suarez, allegatio. 2. teſtator filio ſuo, & Crauet. conſil. 203. numer. 8. vbi concludunt, in connexis non ſuppoſitis argumento à contrario ſenſu, attendi debere ius commune Romanorum, ſeu ſtatutum ſuperioris, vti caſus omiſſus à ſtatuto, ſentit Alexand. conſil. 17. viſis, & oportunè, num. 1. 2. volum. 2. Et cautela eſt ad euitandum hæc omnia, quòd hæres accipiat bona cum beneficio legis, & inuentarij, & facit infra quindecim dies ſe dari curator bonis, non vt hæres, ſed vt propinquus, & teneat authore prætore dicta bona, iuxta l. iuſtè poſsidet, vbi Bartol. & Docto. ff. de acquir. poſſ. l. nõ videtur. §. qui iuſſũ. ff. de reg. iur. & Iac. Mach. patroc. 5. nu. 2. & 3. & Rui. conſ. 151. nu. 1. vol. 3.

Quæ omnia diligenter conſidera, quia ſunt aurea, & cordi imprimenda, nec alibi inuenies ita ſcitè deciſa, & declarata, & his medijs poteris decidere mille caſus, ſi memoriæ mandabis omnia prædicta, & non paruum facies tibi honorem, ac burſam implebis aureis, crede mihi, cùm prima fronte videretur totum dicendum contrarium, tanquam caſus omiſſus à ſtatuto: cum verè non ſit omiſſus, ſed expreſſè prouiſus à contrario ſenſu.
92 Niſi huiuſmodi argumentum à cõtrario ſenſu eſſet prohibitum, quia tunc non haberent locum prædicta, cum argumentũ reperiretur prohibitum, & quan-

& quando, ac quomodo dicatur prohibitum, notat Alexand. in l. 1. conſil. 13. & Iaſon colu. 10. ff. de officio eius, cui manda. eſt iuriſdict. & ibi Docto. vbi etiam Dec. num. 60. verſic. proſtremo. Alexa. conſil. 45. volum. 7. conſil. 192. num. 3. & ſequ. cōſil. 80. num. 9. & 10. volum. 1. Brun. de ſtat exclud. fœmin. in 5. artic. verſi. 29. quæro, Pariſ. conſ. 619. num. 18. & ſequen. volum. 4. & Crauet. conſi. 236. num. 12. & ſeque. volum. 2. Verùm quia ſtatutum prædictum loquitur de poſſeſsione bonorum, & hæreditate tenenda, ideò puto habere locum etiam nedum in ſolutione, verùm etiam in ſimplici retentione hæreditatis, adeò quòd ſit opus infra quindecim dies illam repudiare, aliàs inuentario non obſtante intelligatur hæres in totum, quia hæreditas animo aditur, & animo tenetur, animoque repudiatur, adnotata per textum, in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſti. & pulchrè per Benedict. in cap. Raynucius, verſicu. mortuo itaque teſtatore, il primo, ſub num. 361. & ſeq. & nu. 357. & ſequ. cart. 121. Villalob. in comm. opin. in verb. hæreditatis. nu. 29.

Secundò, intellige dictum ſtatutum Florentinum circa hæreditatem adeundam, ſeu aditam,
93 habere locum in ſua iuriſdictione, & non in locis, etiam ſubiectis, vbi reperiretur ſtatutum de adeunda hæreditate, mentionem faciens expreſſè, ſeu comprehenſiuè, quia iſto caſu, in prouiſis à ſtatuto loci inferioris, ſtatutum ſuperioris non habet locum, ſed ſtatutum loci debet attendi, tanquam ius ciuile illius territorij, Martin. Lauden. in conſil. 6. nume. 14. Alexand. conſil. 34. nume. 5. conſil. 148. num. 1. volum. 6. & in l. ſi creditori, col. 2. verſic. nota quod honoraria. C. de leg. 1. Paul. de Caſtr. conſil. 140. in prima parte, ſentit Bald. in l. 1. §. excipiunt, in fin. ff. de ferijs, & Corn. conſi. 151. in quinta parte. Et ideo non haberet locum dictū ſtatutum Florentinum, in Caſtro Fiuizani, in quo eſt prouiſum, per ſtatutū Fiuizani directè, expreſſè, & comprehenſiuè à contrario ſenſu, per Rubricam, quòd contractus mulierum, & minorum valeant, vt infra, vbi ſtatuentes æquiparando maſculos, & fœminas minores, diſponunt directè, expreſſè circa modum contrahendi, ſe obligandi, & adeundi hæreditatem, volentes, quòd maſculus minor 18. annorum, & fœmina minor 16. non poſsint facere aliquem cōtractum, obligationem, finem, vel remiſsionem, ſine authoritate patris aut aui, in cuius poteſtate erūt, & ſi patrem, aut auum, nō haberet, ſine authoritate tutorum, vel curatorum, & authoritate domini iuſdicentis, ac mariti, ſi fœmina maritum haberet, & ſi mas, & fœmina, erunt maiores 18. & 16. annorum reſpectiuè, ſi patrem aut auum haberent, & eſſent in poteſtate eorum, non poſsint aliquem contractum, obligationem, vel remiſsionem facere, ſine eorum conſenſu, & ſi illos non haberent, ſine authoritate duorum ex melioribus propinquis ſuis,
94 ſi poterint inueniri, alioquin cum conſilio duorum, ex melioribus vicinis. At ſi fœmina maior 25. annis, facere voluerit aliquē contractum, obligationem, & finem, tenetur facere cum conſenſu patris, aut aui, & mariti, & ſi patrem, aut auum non habuerit, cum conſenſu propinquorum, aut vicinorum, & mariti. Maſculus vero maior 25. annis, non poſsit contrahere, ſe obligare, remittere, vel facere aliquid, ſine conſenſu patris, aut aui, in cuius poteſtate fuerit. Et ſi mulier habuerit maritū in lōginquas partes, poſsit per ſe, & per procuratorem agere, petere, & requirere, hæreditatem adire in iudicio, & extra, & ſe & ſua obligare, ſicut ſi facta fuiſſet in præſentia, & cum conſenſu mariti, dummodo faciat cum authoritate patris, aut aui, & decreto iudicis, & ſi in aliquo defecerit ſolennitas, vt ſupra requiſita, non valeat contractus, obligatio, finis, ſeu remiſsio, vel quodlibet aliud, & ſint nulla, & irrita ipſo iure. Quo caſu, apertè demonſtratur, quo ad minores 25. annorū, poſſe ſe obligare, finem facere, adire hæreditatē, vel quod aliud, cum præallegatis authoritatibus. Et licet circa adeundam hæreditatem, ſtatutum loquatur in perſonam mulieris maritatæ, & non maſculi, tamen idem dicendum eſt, ſtatuētes ſenſiſſe in maſculis, poſtquam ſemper illos ad inuicē æquiparauit in æquiparandis. Vnde fit, quòd quotieſcunque lex, ſeu ſtatutū duas perſonas in principio, aut in aliqua eius parte, per viam regulæ æquiparant, diſponendo vno & eodem modo circa illud, quod vtrique conuenit, tunc valet argumentum de vna ad aliam, & quod habet locum in vna, dicitur habere locum in alia, per textum, leg. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. vbi Iaſ. in 6. nota. eſt tex. bon. in l. cauſſæ cognitione, etiam hoc verſic. item relatum. ff. de minor. & idem Iaſon. in l. in teſtamento, la prima, in 2. notab. C. de teſtament. milita. & eſt communis opinio, vt per Franc. Viui. in ſuis commun. opinio. in verbo, ſtatutum quando duo. & Petr. Benitend. in Rota Bononienſ. de-
95 ciſ. 78. lata ſententia, num. 6. Nam quando ſtatutum format duas quæſtiones, & reſpondet ſolùm ad vnam, illud idem reſpondet ad aliam, l. 1. C. de diuerſ. reſcrip. Albert. Brun. de ſtat. exclud. fœmi. artic. 8. quæſt. 22. num. 110. & Syl. Nupt. libro 1. nu. 185. & ſequen. attento, quòd circa obligationem, finem, aditionem hæreditatis, & quid aliud faciēdum per minores & maiores, & intelligendū per ſtatuentes, non poteſt maior ratio conſiderari in fœmina, quàm in maſculo, quòd voluerint, fœminam poſſe adire cum dictis ſolennitatibus hæreditatem ſecundum iura, & non maſculus, cum à principio voluerit prouideri indemnitati, & vtilitati dictorum minorum, tàm maſculorū, quàm fœminarum, & vbi eſt eadem ratio, licèt de vno tantummodò fiat mentio, id factum videtur exēplariter, & non reſtrictiuè, vt tradit Alexand. conſil. 89. num. 12. volum. 6. Crauet. conſi. 183. ſub numero 3. & Tyraquel. in ſuo tracta. cauſſa ceſſante, in prima parte, ſub num. 149. & ſequent. & in maioribus 25. annis, cum authoritatibus parentum, & propinquorum loquuntur, ſtatuentes etiam circa hæreditatem adeundam, & aliud quid faciendum, quæ verba, quid aliud faciendum, ſunt vniuerſalia, & comprehendunt omnes actus inter viuos fiēdos, adnotata per Hierony. Gigas, in ſuo tract. penſio. queſt. 19. queſ. 28. & queſt. 97. vbi loquitur de importantia iſtorum verborū, & dixit Crauet. conſil. 29. num. 6. libr. 2. quòd verba vniuerſalia comprehendunt ea, quæ excogitari poſſunt. Cum ergo poſsint facere quid aliud, vel aliquid cum dictis ſolennitatibus, nulli dubium eſt, quòd

quòd adeundo hæreditatem ſimpliciter, vel cum beneficio legis, & inuentarij (prout iura diſpo-
96 nunt) dicuntur aliquid facere, quia dicūtur quaſi contrahere. §. hæres. inſtit. de oblig. ex quaſi contract. Bar. & Doct. in l. more. ff. de acquire. hæred. Iaſ. l. cum res. ff. de legat. 1. Afflict. deciſio. 260. ſub numer. 6. Et dato, quòd ſtatuentes, non expreſſiſſent illa verba, aliquid facere, vel adire hæreditatem, tamen intellexiſſe, de aditione hæreditatis, etiam eſſet dicendum propter illa verba, aliquam obligationem facere, vel ſe, & ſua obligare, quod verbum importat nedum contrahere, ſed etiam quaſi contrahere, & quidem propriè, vt dicit Bar. in l. apud Iulianum. §. fi. per illum textū. ff. ex quibus cauſsis in poſſeſs. eat. & in l. 1. in princip. ff. de actio. & obligatio. Aret. in. §. 2. ſub numer. 5. Inſtit. de actio. Matheſil. ſingu. 167. quod eſt differentia. Bartol. & Docto. in l. more. ff. de acquiren. hæred. Socin. conſ. 112. num. 8. in fin. & num. 9. volum. 1. & ſic verificatur etiam in aditione hęreditatis, vt per Bartolum, & Docto. in d. l. more, vbi Iaſ. nume. 19. & latè Ludo. Gomes. in. §. omnium, ſub numero 29. inſtit. de actio. & Dec. in cap. qua fronte, num. 4. & numer. 5. de appellat. & præcipuè cum actus tendat in fauorem adeuntis hæreditatem, & mi-
97 noris. Quia poteſt etiam minor, & mulier, quoad eius commodum, retinere hæreditatem patris, ſine ſolemnitatibus ſtatuti, quantò fortius cum ſolemnitatibus, & ita eſt intelligendus Dec. in conſilio 331. vbi dicit, quòd ſtatutum, quòd minor nō poſsit ſe obligare ſine certa ſolemnitate, locum non habet in filio retinente hæreditatē patris, videlicet, quòd non poteſt opponi cōtra filium minorem adiuiſſe, retinendo hæreditatem patris, ſine ſolemnitatibus: & ſic nulliter, non autem quoad eius damnum, quin ipſe minor poſsit obijcere, retentionem huiuſmodi eum non afficere, & nulliter hæreditatem fuiſſe aditam, ſine dictis ſolemnitatibus, vt ſentit Aret. §. ſui autem hæredes. in fi. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. & ita declarat Paul. de Caſtro, conſil. 90. num. 5. in prima parte, & tradit Cornel. conſil. 337. litera B. in prima parte, Barbat. conſil. 5. volum. 3. & Dec. conſilio 442. numer. 17. & Dominus Carolus pater meus, in reſponſo 297. ſtatuto Fiuizani, libro primo, & faciunt adducta per Ari. Pinel. l. 1. in tertia parte, numero 30. & ſequ. C. de bon. mater. & ſic ſtatutum vult, quòd poſsint adire hæreditatem, prout de iure conceditur, hoc eſt, ſimpliciter, & cum beneficio inuentarij, & eo modo, quo ſibi vtilius fore videbitur ſe immiſcendo, & nō immiſcēdo, poſsidēdo, & non poſsidendo, cū indiſtinctè permittit, poſſe ſe obligare, & aliud facere, & adire hęredita-
98 tē, cū dictis ſolemnitatib. Quia verba ſtatuti generaliter prolata, generaliter debent intelligi, & quod non diſtinguit ſtatutum, neque nos diſtinguere debemus. l. ſi ſeruum. §. non dixit præter. ff. de acquiren. hæredit. Bald. in l. omnes populi. circa finem. ff. de iuſt. & iur. & Tyraquel. in l. ſi vnquam, in verbo, libertis. numero quarto. C. de reuocan. donatio. Et ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, & ab illo recipit interpretationem paſsiuam. Alexand. conſilio 85. numer. 10. volum. 4. conſil. 137. volum. 1. & Deci. conſil. 356. verſicul. nō obſtat, quod ſtatutum, & ita dicitur ſe obligare, & aliquid facere, adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij, ſicut ſimpliciter, & purè, licet primò ſit obligatus ſolùm, vſque ad vires hæreditarias, & bona defuncti, & non vltra: ſecundo caſu vltra vires hæreditatis, de ſuo proprio. l. final. §. ſi autem. & §. & ſi præfatam. C. de iure delibera. vbi Iaſon. Duran. de arte teſtan. titul. de acquiren. hæredit. cautel. 8. numero 1. Ergò ſufficit, verba ſtatuti verificari poſſe, etiam in hæreditate adeunda, cum beneficio inuentarij, ad hoc, vt ſtatuentibus ita diſpoſitum eſſe intelligatur: Quia vbi verba ſtatuti conueniunt, ibi quoque ipſum ſtatutum habet locum, & vbi non conueniunt, ibi quoque ſtatutum non habet locum, per latè tradita, per Tyraquellum, d. l. ſi vnquam. in verbo, libertis. numero ſecundo, & tertio, per textum l. 4. §. toties. & ibi Bartol. ff. de damno infect. quod procedit etiam in tacita mente ſtatuti, procedente à ratione generali, vt per Alexandrum conſil. 111. ponderatis, ſub numero 3. Bero. conſil. 26. nu. 4. & Decium conſil. 502. nu. 4. & ſequ. & Craue. conſ. 236. nu. 11. volum. 2. Nam idem operatur diſpoſitio in genere, quod operatur diſpoſitio in ſpecie, latè per Afflict. deciſio. 44. num. 11. & ſequ. & illud, quod cōprehenditur ſub diſpoſitione generali, dicitur expreſſum, & ſpecificatum. Rui. conſil. 40. & conſil. 35. nu. 9. vol. 2. Et etiam apparet, eſſe prouiſum per aliud ſtatutū ſub Rubrica, quòd mulieres nubēt, & dote ſint contentæ, vbi in fine dicit: Et in omnibus caſibus ſucceſsiones ſuccedant, ſecundum ius commune Romanorum. Et ſic vult, quòd quilibet circa ſucceſsiones, ſuccedere poſsit, ſecūdum ius commune Romanorum, & ſic cum beneficio legis, & inuentarij, prout de iure communi diſponitur. Et ſatis in propoſito conſuluit ſubtilis Decius in conſilio non impreſſo, circa ſtatutum Fiuizani, quod conſilium, ad maiorem præcedentium corroborationem hîc tranſcribere propoſui, vt in caſu contingenti, bonus iudex habeat authoritatem tanti viri, & eſt tale.

Iuridicam eſſe arbitror concluſionem ſuperiùs firmatam, per Dominum Nicolaum Altouitam, Iuriſconſultum celebratiſsimum, vti fratrem maiorem honorandum, & per iuniorem Dominum Carolum Caualcanum, olim diſcipulū meū, ingenij perſpicaciſsimi, cui nomen Carol. Ruin. imprimere laudabile eſſet: Nam de iure communi, res clara videtur, per Auth. defunct. C. ad Tertullianum, & tradit Benedict. Capra. in conſilio 137. & conſilio 51. viſo in principio, ſed difficultas facit, quia in noua reformatione capitulorum Fiuizani, ordinatum fuit, quòd recurratur ad ſtatuta Florentina, in caſibus non prouiſis per ſtatuta Fiuizani, & aliorum locorum: Et talis vltima reformatio, videtur derogare priori ſtatuto, quo cauetur, quòd in omnibus alijs caſibus, ſuccedant ſecundum ius commune Romanorum, quia in ſtatutis contrarijs vltimum attenditur, vt notat. per Cyn. l. ſecunda. C. de teſtament. tuto. Bartol. in l. omnes populi. verſicul. circa quartum. ff. de iuſt. & iur. & in leg. ſi certatum. §. fina. ff. de teſtament. milita.

Ad hoc reſpondetur, quod verum eſt, quòd vltimum ſtatutum derogat priori, niſi reduci poſſint ad concordiam, quia tunc debent concorda-

ri, & vtrunque ſeruatur, vt Bartol. dicit in d. l. omnes populi, in loco ſupra allegato, in fin. per text. in. §. quibus. in prima conſtit. C. & idem nota. Bartol. in l. 1. §. & parui. colum. ſecunda. ff. quod vi, aut clam. & Abb. in capit. gratum, in princip. in capit. ſuper quæſtionum. in princip. in tertio notabil. de offic. delegat. Vnde in caſu iſto conſiderandum eſt, quòd prima reformatio, quæ dicit, quòd recurratur ad ius commune Romanorum, loquitur ſpecialiter in ſucceſsionibus: & vltima reformatio, quòd recurratur ad ſtatuta communis Florentiæ generaliter, & vniuerſaliter, in omnibus caſibus, nō prouiſis per ſtatutum dictorum locorum. Et ideo prima reformatio debet ſeruari in caſu ſuo, in ſucceſsionib. prout loquitur, & poſterior habebit locum in alijs caſibus, qui non concernunt ſucceſsiones, quia cùm prima reformatio ſit ſpecialis, & poſterior generalis, ſpeciei per genus non derogatur, vt in ſtatutis, notat Bartol. in l. ſed & poſteriores. ff. de legibus. per illum textum, & idem Bartol. in l. ſciendum. in princip. ff. qui ſatiſda cogant. per gloſſam ibi. & ad id glo. in Auth. offerretur. C. de lit. conteſtat. in §. ſed hodie, inſti. de ſatiſda. in verbo, pro qualitate. & in §. ſuſcepto modo libello. in Auth. de exhib. reis. in gloſſa prima, & notat Bartol. in tractat. de reprimen. in verbo non obſtantibus, cum ſimil. vt tradit Alexand. in conſilio 80. viſis. columna ſecunda, volumine primo, Roma. conſilio 322. in caſu propoſitæ conſultationis, in principi. & in conſilio 40. viſis. columna 2. Abba. in conſil. 24. illud de iure, colum. 2. libro 2.

Et iſta concluſio etiam comprobatur ex verbis vltimæ reformationis, dum dicitur, quòd recurratur ad ſtatuta Florentiæ, in caſib. nō diſpoſitis, nec prouiſis, per ſtatuta dictorum locorum, ſed in caſu propoſito, ſatis videretur prouiſum in priori reformatione, quæ dicit: In omnibus alijs caſibus ſucceſsiones ſuccedant, ſecundum ius cōmune Romanorum, illa enim verba, in omnibus, &c. ſunt vniuerſalia, vt ſupra dictum eſt, & omnes caſus includunt, facit text. in l. Iulianus. ff. de legatis tertio, in l. à procuratore. C. Manda. in capit. ſecundo, de obſer. tem. & ad hoc benè facit dictum Bartol. in l. generali. §. vxor. ff. de vſufruct. lega. & in ſimili caſu tradit Roman. in conſil. 44. & ſupra narrato themati, in tertio dubio. De ſtatuto quod loquitur in omni caſu, & cum ſtatutum referat ſe 99
ad ius commune Romanorum, videtur prouidere ſub illa generalitate: quia tantum operatur diſpoſitio generalis, quantum ſpecialis, l. ſi duo. ff. de adminiſtratione tutorum, l. ſi chorus. ff. de legatis tertio. & prouiſio eſt terminus generalis, vt notat. in capit. Abbatem, de reſcriptis. in capitul. cum in illis, de præben. in ſexto, & per gloſſam, in Clementina final. de electio. in verbo prouiſioni, cum ſimilibus. Et prædicta concluſio à fortiori procederet, ſi illa reformatio præcederet, in qua dicitur, quòd recurratur ad ſtatuta Ciuitatis Florentiæ, quia alia, quæ eſſet poſterior, quòd recurratur ad ius commune Romanorum, multò magis præualeret, in hoc tamen non eſt vis, quia ſiue præcedat, ſiue ſequatur, idem eſſet, cum ſit magis, ſpecialis per ſupradicta: Et ideò de ſucceſsionibus, quomodocunque fiendis, à quacunque perſona, ſiue ſimpliciter, ſiue cum beneficio legis, & inuentarij, ſtatutum Fiuizani loquitur, & non eſt recurrendum in hoc ad ſtatuta Ciuitatis Florentiæ, per ſupradicta, & de ſubſcriptione requiſitus, quod ſupra concluſum fuit, arbitror eſſe de iure. Ego Philippus Decius V. I. D. Piſis iura ciuilia legens, & in fidem manu propria me ſubſcripſi, & ſigillum paruum appoſui.

Et in maioribus 25. annis, non habentibus patrem & auum, ſtatutum præallegatum à contrario ſenſu expreſſè diſponit, quòd poſsint ſe obligare, & aliquid facere, prout iura diſponunt, quia prohibendo maiores 25. annis poſſe ſe obligare, & facere aliquid ſine patris conſenſu & aui, ſi ſint in eorum poteſtate, videtur à contrario diſponere, quòd ſi non ſint in poteſtate patris, aut aui, quòd poſſent obligare, & aliquid facere, & ſic hæreditatem adire, prout de iure permittitur, per latè ſupra adducta in iſta materia argumenti à contrario ſenſu, cùm de iure communi hoc facere nō ſit prohibitum, dictis maioribus. Quod eſt notandum, pro hæredibus non ſubiectis ſtatutis Ciuitatis Florentiæ, qui debent multum animaduertere: in primis ſi habent ſtatutum de adeunda hæreditate in ſpecie, & ſi non habent, an habeant ſtatutum loquens de modo ſe obligandi, vel ſtatutum, quòd in defectum ſtatutorum loci, recurratur ad ius commune Romanorum, quia his caſibus non habebit locum ſtatutum Florentinum, etiam quòd ſtatutum diceret, quòd recurratur ad ius commune: nam intelligeretur de iure communi Romanorum, & non ſtatuti ſuperioris, ſecundum magis communem opinionem, vt per Decium in conſilio 429. numero quinto, & ſequ. & conſilio 469. numero duodecimo, & dixi infra. capitul. 12. titul. de conſil. ſapient. & per Socinum conſilio 271. volumin. quarto, & ſi iſti de Riccobaldis, de Volaterris, diligenter conſideraſſent, & vidiſſent ſtatuta Volaterrana, fortaſſe inueniſſent aliquod ſtatutum de modo ſe obligandi, aut adeundæ hæreditatis, vel quòd recurratur ad ius cōmune Romanorum, & non fuiſſent declarati hæredes vigore ſtatuti Florentini. Et præcipuè ſtatutum de contractibus minorum 18. annorum, Rubrica 62. & Rubrica 65. quæ ſtatuta per ſuperius allegata, loquuntur etiam de adeunda hæreditate, tam in minori ætate, quàm in maiori.

Tertiò, intellige præallegatum ſtatutum Florentinum habere locum in maiore 25. annorum, nam in minore habet locum reſtitutio in integrum aduerſus retentionem & poſſeſsionem, etiam poſt decem & octo annos, cùm ſtatutum de reſtitutione in integrum, non faciat mentionem expreſſè, ideò non cenſetur ſublata, nec prohibita, aduerſus aditionem hæreditatis ſibi damnoſam, vt per Bald. in tractat. ſtat. in verbo, maior. Bero. quæſt. 115. numero primo. Petr. de Raue. ſingu. 286. minor. Roman. conſilio 90. numero tertio. Villalob. in ſuis commun. opinio. in verb. minor. numero 93. & numero 94. vbi dicit communem, & latè dixi infra titul. de pœnis tranſeuntium ad ſecundas nuptias, capit. vndecimo, quæ reſtitutio ab annis 18. infra poterit peti ex capite reſciſſorio, ab annis 18. ſupra, tanquam legitimè, & perfectè adita hæreditas in ætate perfecta ex capite læſio-

læſionis, adnotata per Bartolum, in l. ſi quidem. C. de præd. minor. & per ea quæ ſupra dixi, numero 77. & Marc. Mant. in tractat. de maior. 14. anno. verſiculo tertio, & vltimo, car. 79. & Roderic. Suarez. in l. poſt rem iudicatam, in ſecunda parte. §.
100 ſed pro euidentia. numero 46. ff. de re iudicat. car. 655. & vide Dec. conſilio 39. numero tertio. Quæ reſtitutio in integrum, nedum habet locum circa ſtatutum Florentinum, ſed etiam circa tempus elapſum à iure communi, adeundi hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, vt per Guidon. Papę, ſingul. 353. verſicul. tempus, Iacob. Machel. Patrocin. 19. numero decimo. Deci. conſilio 445. num. 56. verſic. non obſtat. Tyraquel. in tracta. de pœnis cauſſ. 44. nu. 23. & Franci. Balb. de præſcriptio. in 1. part. ſext. part. princ. in 23. caſu, nu. 40. verſic. 2. fallit.

Licèt Franci. Turzan. in ſuis commu opinio. quæſt. 125. præſcriptio. & Emanuel, Soarez in ſuis commun. opinio. in verbo, minores, numer. 174. dicant, huiuſmodi minorem iſto caſu non poſſe petere reſtitutionem in integrum, aduerſus lapſum temporis, ſed poſſe agere contra tutorem, & curatorem, ob eorum negligentiam, tanquam iudicialis præſcriptio, ſicut in tempore inſtantiæ, appellationis interponendæ, & proſequendæ, & habetur per Doct. in l. properandũ. §. fi. vbi Alexa. & Iaſ. in 2. not. C. de iudic.

Nam eorum dictum non eſt verum, quando minor amittit omne ius ſuum, propter lapſum tẽporis, & remedium irreparabile, vt eſt in caſu iſto, vbi teneretur minor iſte vltra vires hæreditarias, vt tenet Balb. de præſcriptio. in prima part. 6. par. principa. in 23. caſu. numero 39. 40. verſic. prædicta concluſio, car. mihi 204. vbi cæteros allegat. Et ſentit Cæſar Contard. in Repet. l. diffamari. numero 51. & ſequent. verſic. confirmatur item. C. de ingen. & manum.

Et etiam (dato quòd eorum dictum eſſet verum) procederet, quando tutores & curatores eſſent ſoluendo, quia tunc in ſubſidium datur reſtitutio, ne minor læſus remaneat, ita dicit Franciſ. Turzan. in d. q. 125. & allegat Paul. de Caſtr. in d. §. fina. d. l. properandum. hoc tenere, & Balb. de præſcriptio. in 1. part. 5. part. principa. numero 4. in 6. quæſt. & dixi infra titu. de procuratore, capitul. 3. Et ſolùm minor poteſt agere contra tutores, curatores, & adminiſtratores, & non petere reſtitutionem in integrum, quando veniret ex capite ignorantiæ, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſſa, & titulo de minoribus ſimul, vt dicit Ruin. conſilio 119. colum. penult. vol. 5. & pulchrè habetur per Roland. à Valle, conſilio 10. numero 18. & ſequ. verſic. verùm quia opinio, vol. 2. ſi autem veniret ex capite minoris ætatis, vel ſimpliciter ex iuſta cauſſa, tunc reſtituetur in integrum aduerſus præſcriptionem temporis, etiam quòd tutor & curator eſſent ſoluendo, vt per Aretinum in conſilio 161. & per Rolan. d. conſil. 10. ſub nume. 22. verſic. Nec obſtant: licèt pars aduerſa poſſit agere contra tutores & curatores ad expenſas & intereſſe, occaſione prædicta, vt per Alci. in l. pactum curatoris. in fine. C. de pact. & ſequitur Cæſar Contar. d. l. diffamari. in amplit. numero 74. cart. 29. quod intellige, ſi tutores & curatores ſint legitimè conſtituti, aliàs ſecus, cum aduerſarij ſint in dolo agẽdo contra tutores illegitimos per ea, quæ ſupra dixi. num. 27.

Et quando minor habet reſtitutionem in in-
101 tegrum aduerſus actum factum, ſeu omiſſum à tutore & curatore negligente, & etiam actionẽ contra tutorem & curatorem, poteſt ad eius electionẽ agere, contra quem ſibi à principio videbitur proficuum. Bart. in l. tutorem, nu. 4. ff. de his quibus, vt indig. & in l. fin. ſub numer. 5. C. in quibus cauſi. in integr. reſtitu. & colligitur ex ſupra traditis per Roland. d. conſil. 10. num. 18. & ſeque. & Franciſc. Balb. in d. 23. caſu, vbi ponit tres concluſiones, & generaliter in vltimis duabus concludit, reſtitutionem in integrum habere locum in fauorem minorum, aduerſus quoſcunque actores, ſeu reos, etiam quòd tutor & curator ſit ſoluendo, aduerſus autem conuentionem, præſcriptionem, inceptã, ſeu factam cum defuncto, minorem nullo modo poſſe reſtitui, in prima regula audacter affirmat, niſi ex capite veræ ignorantiæ. Et iſto caſu habet locum illud, quod ſupra dictum fuit, videlicet, nõ poſſe agere ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſſa, niſi contra tutorem aut curatorem negligentem, ſi ſit ſoluendo, cùm detur ex quadam æquitate, vt in l. prima. ff. de in integrum reſtitut. Et ideò dicunt, quòd ſi defunctus vẽdiderit cum pacto de retrouendendo infra tres annos, ſi tempus inchoatum cum maiore ſit finitum cum minore, non admittetur aliqua moræ purgatio, & minor non poterit venire ex capite reſtitutionis in integrum, vt etiam tenet Ruin. in conſi. 119. col. pen. vol. 5. & Rol. à Valle, conſi. 99. nu. 39. & ſeq. vol. 1.

102 Et in caſu, quo non detur reſtitutio in integrum, tutore aut curatore exiſtente ſoluendo, illud procedere intelligendum eſt, quando eſſet legitimè conſtitutus, & feciſſet ſolemnia, ſecus ſi nõ feciſſet, quia tunc minoribus dabitur reſtitutio in integrum, aduerſus inuentarium faciendum, hæreditatẽ repudiandam, vel actum perficiendum, aut annullandum, tanquam actus factus imperfectè, & ſine defenſionib. minori, attento, quòd tutor non legitimus non poteſt adire hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij, neq; authoritatem præſtare, ac aliquem actum facere in præiudicium minoris, adnotata per Boerium, deciſ. 53. nu. 5. Ruin. conſ. 29. nu. 10. vol. 5. Rol. à Valle, conſ. 76. nu. 4. vol. 1. & ſupra dixi, num. 23.

Et iſta reſtitutio debet fieri cum cognitione
103 cauſſæ, & cum citatione omnium legatariorum, & intereſſe prætendentium, Franc. Marc, deciſio. 449. in 1. par. & Rol. à Val. conſ. 29. nu. 19. vol. 2.

104 Benè verum eſt, quòd hoc tempus conficiendi inuentarium currit mulierib. & ruſticis, ſi poſſunt conſulere peritiores, cùm iſta ſit ignorantia iuris, quæ non excuſat ruſticos, neq; mulieres commorantes in locis, vbi facilè poteſt haberi copia peritorum, vt per Bart. in conſil. 154. maritus, vol. 1. faciunt tradita per Plot. in l. ſi quando, numero 440. & ſequ. verſicu. fallit ſecundo. C. vnde vi. per Syl. Nupt. lib. 2. numero 52. & ſequ. verſic. ſecundo eſt cautela, Fran. Marc. in deciſione 291. quæritur, an ſubueniatur. in prima part. vbi nu. 3. dicit. propter paupertatem & ignorantiam veram, & non craſſam eſſe ſubueniendos per beneficium reſti-

tutionis in integrum, ſecundum Alexandrum in leg. iuris. C. qui admitti. & Balb. de præſcriptio. in prima part. 6. par. princ. in 23. caſu, ſub numer. 33. cart. 203.

105 Et talis reſtitutio debet peti poſt maiorem ætatem infra menſem, ſecundum vnam opinionẽ. Et ſecundum aliam opinionem mihi veriorem infra tres menſes, & non infra quadriennium, & intra quadriennium, ſi perfectè adiuerit hæreditatem, adnotata per Tyraquel. de Retract. lignag. §. 35. gloſſ. 2. numero 12. verſicu. ſed quæſtionis eſt. Si autem imperfectè, & ſic ſine ſolemnitatib. adiuerit, poterit infra quinquennium petere reſtitutionem, iuxta l. fin. C. ſi maior. fact. aliena. decre. iud. fa. rat. habuer. & ita tenet Bartol. in l. fina. nu. 4. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit.

106 Quæ hæreditas quomodo ſit adeunda, & inuentarium faciendum perbellè not. Duran. de arte teſtan tit. de acquiren. vel repud. hæred. cautel. 8. ad ſoluendum, num. 2. & ſeq. & Corn. Benincaſ. in ſuo tractat. de paupertate. quæſtio. 9. ſpecial. 10. num. 15. & ſequ. verſicul. & quoniam hæc materia, car. mihi. 205. per text, in l. fina. § ſin autem. & §. & ſi præfatam. C. de iur. deliberan. & ibi Docto. Vbi concludunt, quòd in effectu de ſubſtantia, primò requiritur inchoatio inuentarij, infra tempus triginta dierũ à die aditæ hæreditatis. Secundò, perfectio illius inuentarij infra tres menſes, aut anni reſpectiuè. Tertiò, omnium bonorum hæreditatis deſcriptio. Quartò, quòd inuentarium ſcribatur manu publici Notarij. Quintò, quòd hæres inuentario ſe ſubſcribat, dicens, ſe omnia bona fide feciſſe, & ſi ſcribere neſcit, alter Notarius adhibeatur, qui pro hærede ſubſcribat. Sextò, quòd legatarij, fideicommiſſarij, & creditores certi citentur ad id nominatim, & aſsignetur eis certus locus, & tempus, & ſi ſunt incerti, citentur generaliter per proclama. Septimò, quòd adhibeantur duo teſtes, qui hæredem cognoſcant, & coram eis res omnes adhibeantur, & ſcribantur in inuentario, vt euidentius de bona fide hæredis appareat, & ſi legatarij, vel creditores ſint abſentes, tres alij teſtes adhibeantur bonæ conditionis, & famæ, & locupletes. Octauò, quòd in principio inuentarij manu hæredis ponatur venerandum ſignum Crucis. Nonò, quod hæres proteſtetur, ſe in inuẽtario ſcribere feciſſe omnes res, quas ſciuit eſſe defuncti, & ſi aliæ ad eius notitiam venerint, illas inuentario addendas curabit, & hæc omnia coram Iudice, aut de mandato Iudicis fiant, & tradit etiã Roland. à Valle, conſilio 73. volu. ſecundo, & Dec. conſil. 633. num. 6. & ſequ. & Aretin. §. extraneus. numero 2. verſic. in gloſſa præſtiterit. Inſtit. de hæredum qualit. & diffe. vbi numero tertio, & in fine dat etiam formam petendi creditum ſuum, ſi hæres eſt creditor teſtatoris, quod ſequitur Rolan. à Val. conſ. 75. vol. 2.

107 Et ſi aliquas res doloſe omiſerit hæres, non per hoc tenetur vltra vires hæreditatis, ſed illas cum altero tanto reſtituere debet, & non detrahet falcidiam de legatis, vt per Iaſo. in l. fin. §. licẽtia, ante finem. C. de iure deliberan. Angel. conſil. 168. ex iſto dubio, in ſecundo dubio. Pariſ. conſil. 37. num. 13. volum. 3. & Cornel. Benincaſ. d. tract. de paupert. q. 9. ſpecial. 10. num. 31. & numero 32.

Si autem inuentarium perfectè, & ſolemniter nõ fecerit, vltra vires hæreditarias tenetur hæres, vt latè conſuluit Rol. à Valle, conſilio 73. numero 28. & ſequen. volum. 2.

108 Nec iſto caſu iuuabit minori & tutori, inuentarium factum per tutorẽ, aut curatorẽ, cum in ſe differunt: Nam aliud eſt inuentarium hæreditatis adeundæ, aliud inuentarium fiendũ per tutores, ad legitimandã eorum perſonã, & negocia pupillorum peragenda, vt notatur in l. tut. qui Repertoriũ. ff. de adminiſt. tuto. & in l. fi. C. de iur. delib. & ideò neceſſe habet tutor aliud facere inuẽtariũ, quãdo vult adire hæreditatẽ cum beneficio legis, & inuentarij, ſed vtile erit, & cum minori diſpẽdio vnũ facere inuentariũ cum ſolẽnitatib. vtriuſq; inuentarij, ita ꝓ caut. tradit Cæpo. caut. 226. duplex eſt inuentariũ, vbi dicit ſe feciſſe ita practicare.

109 Et durante tempore perficiendi inuentariũ hæreditatis adeundæ, non poterit minor nec tutor conueniri regulariter, quia ante tempus non dicitur hæres obligatorius, ita tradunt Doct. in l. ſcimus. §. & ſi præfata. C. de iure delib. vbi Iaſ. in §. licentia. nu. 5. Petr. à Duẽna, regu. 273. Exequutio poteſt fieri in prima limitatio. car. mihi. 158. Iaco. Nouel. reg. 10. in verbo, heres. nu. 2. & doctiſsimus Roderic. Suarez. in repetit. l. poſt rem iudicatã, in prima extenſione, nu. 5. & ſeq. verſic. aduerte tamẽ ſingulariter. C. de re iudicat. vbi tradit nonnullas fallentias. Vnde dicit Cæpol. caute. 224. inſtitutus hæres, quòd ſit cautus hæres in faciendo tale inuentarium, videlicet, quòd illud incipiat infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & poſtea nõ perficiat, niſi infra tres menſes, aut annum reſpectiuè: Nam ſi prius confeciſſet, ſtatim eo confecto poſſet conueniri. Et latè tradit Roland. à Valle, conſilio 73. volumin. ſecundo, vbi etiam habetur, hoc tempus inchoari à die aditę hęreditatis, quod tenet etiam Dec. conſil. 633. num. 4. & ſupra attigi, numero 80.

110 Si autem minor aut tutor nollet adire hæreditatem, ſed potius eam repudiaret, cauſſa conſequendi ſuum creditum, & dotes maternas, aut bona iuellaria, vel fideicommiſſaria, aut feudalia nõ hæreditaria, dare curatorem hæreditati iacenti facere debet, & ad hoc vt valeat repudiatio & cura, plura requiruntur, Et primò requiritur (facta repudiatione) quòd detur curator ad inſtantiam creditorum, & quòd in hoc concurrat maior pars ipſorum, ideò ſit cautus hæres, & minor, aut tutor, quòd interpellet creditores certos nominatim iudicialiter, & incertos per proclama. Secundò, quòd citentur ij, quorum eſt prima cauſſa ſucceſsionis, nec ſufficit citatio generalis, cum ſint certi. Tertiò, quòd iſtis ſucceſſoribus citatis non ſtatuatur tempus ad deliberandum, minus cẽtum dierum, vel vnius anni. Quartò, quòd talis curator facere debeat inuentarium, & quòd ſatiſdet, ita refert, & ſequitur Capic. deciſ. 87. in cam. Magn. Baronis Serini, num. 1.

111 Tutor, aut curator, ſi nõ vult teneri de lite mota, & aditione hæreditatis, remedium eſt etiam de neglectis, & non exactis, ac malè adminiſtratis, & actitatis, quòd faciat, & requirat matrem, & attinentes pupilli, & ꝙ conſentiant illi actui: quia tunc ꝑpter huiuſmodi præſentiã & cõſenſum, dolus & culpa

culpa abeſſe præſumetur, ita dicit Cæpol.cautel.
24.ratione.Iaſ.in l.bonorum.nume. 4. C. qui ad-
mitti.& in l.polla.nume. 32. C. de his, quib. vt in-
dig.& in l.1.nume. 16.C.de tranſactio. Dec. in leg.
ſingularia.nume.16.ff.ſi certum peta. & pro ſingu
lari tradit Petr.Gherar.ſing.57.num. 1. & Hippo-
ly.ſing.417.præſentia.num.3.Bal. in l.2. in 3. op-
poſitione.C.de his quibus vt indig.Paul.de Caſtr.
in d.l.2. & Nicol. Aralat. in additione ad Alcia-
tum.in reg.1.præſumpt.21. Quod tamen intelligo
procedere, quoad tollendam coniecturam doli,
& culpæ tutori, aut adminiſtratori, & ſic, quoad
transferendum onus probandi contrarium in mi
norem aduerſus tutorem:vt per Alciat. dict. præ-
ſumpt.21.nume.2. & nume. 3. licèt videatur aliter
ſentire,tamen communis eſt contra eum, vt appa
ret ex præallegatis, vbi concluditur, quòd quili-
bet actus factus coram conſanguineis & propin-
112 quis,prǫſumitur factus ſine metu,fraude,& dolo,
niſi contrarium probetur: quia tunc præſumptio
cederet veritati,adnota.per Dec. conſi. 400. nu-
me.8. & Craue. conſilio trigeſimo quinto. nume.
6.& Roland.à Valle,conſilio 99.nume.10.& ſequ.
volum.1.

113 Tenetur etiam tutor & curator pecunias pu
pilli dare ad cambium, & honeſtam partem lucri,
& non illas tenere in abſcondito, maximè in lo-
cis,vbi mercatura exercetur, vt eſt Florentiæ, Lu-
cæ,Ianuæ,& Lugduni, aliàs tenetur de ſuo redde-
re tantundem, vt per Barto. in d.l. tutor, qui Re-
pertorium.§.ſi poſt.& ſeq.ff. de adminiſtrat. tuto.
Roma. ſingu.179. iure hodierno. & ibi adden.
Pariſ.conſil.96.nume.35.& nume. 36. volum. 1. &
Rolan. à Valle, conſil. 49. nume. 34. 35. volum.1.
& ſentit Alexander conſil. 108. viſo. numero 6.
volum.1.

114 Et ſi caſu fortuito perdantur pecunię, & mer
ces,vt putà, quòd nauis ſubmergeretur, aut Ban-
cherius ſit decoctus, tunc periculum erit pupilli,
& non tutoris,vt per Petr.de Vbal.in tract.de du-
obus fratrib.in 8.parte.in 3.quæſtio.num.4. cart.
mihi 86. etiam ſi tutor prius ſaluaſſet ſuas quàm
illas pupilli:vt per Bart.in l. tutor. §. non eſt. ff. de
adminiſtrat. tuto. niſi fuiſſet negligens iſte tutor
in exigendo, & recuperando dictas pecunias: vt
per Plotum, qui alios citat in leg. ſi quando. nu-
me. 216.& ſeq.verſic. negligentia tutoris. C. vnde
vi. vbi dicit, quòd iſta negligentia eſt peccatum
mortale.& num.248.verſic. & minus excuſantur.
Dicit procedere etiã, quòd ſi iſte tutor, aut cura-
tor conſtituiſſet factorem, vel actorem negligen-
tem:& ſentit Iacob. Menoch.in ſuo tractatu de re-
cuperan.poſſeſsio.remedio 7.nu.18. & ſeq.in q.5.
cart.mihi.57.& Egid.Boſſ.pract.crimina.titu.De-
bitor.an delinq.ſol.poſſ.num.3.verſic.aduerte ta-
men.cart.304.

In alijs autem locis, in quibus mercatura
115 non exercetur, tenetur tutor dictas pecunias,
& res mobiles infructuoſas conuertere in em-
ptionem prædiorum, aliàs tenetur ad fructus,
& intereſſe, vt per Roman. ſingu. 179. & Rolan-
dum à Valle, conſilio trgeſimo quinto, nume. 17.
conſilio quadrageſimo nono. nume. 34. volum.
primo. & hoc quando talia prædia eſſent vena-
lia, & emere potuiſſet, aliàs ſecus. vt per Rolan-
dum à Valle, de luc. dot. quæſtione ſexageſima
quarta.numero 20. Franc.Marci.deciſio.167.nu-
me. 9. in ſecunda part. & Plotum in dict. leg. ſi
quando.nume.217. & ſequen. vbi dicit, non pro-
cedere, ſi in teſtamento fuiſſet ſibi relicta libera-
tio, & omne illud, quod eum condemnare con-
tingeret: quia tunc de neglectis & omiſsis non
tenetur, nec poteſt contra eum iurari in litem,
ſecus de non factis, & per Deci.conſil.192.ſub nu.
4.& 5.in fin.

Si autem tutor & adminiſtrator in eius vſum
116 & vtilitatem bona minoris conuerterit, tenebi-
tur ipſo iure in duplum, & ad damna, expenſas,
& intereſſe dict. pupillo. per text. in dict. leg. tu-
tor,qui repertorium.§. ſi quas vſuras. ff. de admi-
ſtra.tuto.Plot.dict.leg.ſi quando.nume.209.ver-
ſic. poterit etiam in litem. & nume. 533. procura-
tor. C. vnde vi. & ſequitur in additio. ad Matheſi-
la.ſing. 44. nume. 11. & Crauet. conſilio 286.co-
lum.ſecunda.Moder. Pariſienſis, in tract. de vſur.
quæſtio.76.nume.598.& quæſtio.77. nume. 599.
& Hotoman.in tracta.de vſur.lib. primo. cap.no-
no.cart.mihi 24.vbi dicunt,teneri tutorem & ad-
miniſtratorẽ hoc caſu ad vſuras vſurarum, quod
eſt ſpeciale, vt per Deci. in cap. cum venerabilis.
colum.5.de exceptio.& poſſet etiam puniri à prę-
ſide tanquam bonorum vſurpator, & prædo, vt
dicit Crauet. dict. conſil. 286. colum. ſecunda. &
Barto.in Authent. vt hi qui oblig. §. quoniam au-
tem. nu. 6. Deci.d.conſil.192.in fin. & Roland. à
Valle, conſilio 49. nume. 26. volum. primo. &
in adminiſtratore vniuerſitatis, & reipublicæ lo-
quitur Bello. conſil.32.nume.13. & 14. & vide Ari.
Pinel.leg.2.3.par.cap.primo.nume.29. & ſequen.
Cod. de reſcinden. vendit. & Deci. conſilio 373.
quæritur.

Et in venditione fructuum, & reditus dict.
117 pupilli, debet tutor expectare tempus congru-
um,& vendere iuſto pretio, & in loco fori, & ad v-
tilitatem minoris,& non ad beneplacitum, & ſe-
cundum ſuum caput, aliter ad intereſſe erit obli-
gatus, vt per Barto. in leg. omnia. in fin. Cod. de
condit. in pub. horre. lib. 10. Afflict. deciſio. 316.
nume.8.Deci.conſil.274.viſo decreto. ſub nume.
6.& Pariſi.conſil.88.numero 6.& numero 7.& ſe-
quen.volum.1. niſi cum iuſſu & æſtimatione Iudi-
cis hoc faceret, vt per Roma. ſing. 80. excuſatur.
& faciunt adducta per Egid. Boſſ. pract. crimina.
d.tit.debitor.an delinq. ſol. poſſ. & Iaco. Machel.
patroci.5.num.2.& 3.

Similiter pecuniam, & credita à debitoribus
118 in tempore exigere, & in vtilitatem minoris con-
uertere tenetur, aliàs ſi erunt præſcripta, vel debi-
tores falliti remaneant, & non habeant ſoluendo,
tenebitur de neglectis, & ſic de ſuo proprio ſol-
uere, vt ſupra dixi paulò ante, nume.114. & Plot.in
dict.leg. ſi quando. nume.216. Negligentia tuto-
ris.& nume.ſequen. Alexan. conſi. 108.viſo.num.
6.vol.1.Cagn.in l.contractus.nume.82. verſic. ſe-
cundus caſus eſt. ff. de reg. iur. quod corrobora-
tur per ea, quæ tradit Bernar. Diaz. in regu. 219.in
verbo,Eccleſia.in 14. ſimili. & Corſet. in ſingu. in
verbo,præſcriptio.il 4.qui dicunt, quòd ſi præla-
119 tus paſſus eſt rem Eccleſiæ præſcribi, quod ip-
ſe, & eius hæredes tenentur damnum reſarcire.

Quod etiam procedit, nedum in tutore, ſed in quolibet factore, & adminiſtratore, ac etiam locio adminiſtrationem habente, vt in macellatore locutus eſt Hippoly. ſingu. 281. ſocius tenetur, & Plot. in d. l. ſi quando. d. nu. 248. & nu. 216. quia iſti tenentur de dolo, lata culpa, & leu. Dec. in l. contractus. nu. 33. & 34. ff. de reg. iur. Bart. in d. l. tutor qui repertoriũ. §. ſi poſt depoſitionẽ. nu. 2. & in l. ſi. ff. de adminiſt. tutor. & in l. ꝙ nerua. nu. 33. ff. de pollicita. & in moroſo, cui propter bellũ, & tyranniã fuerunt extorta bona creditoris, loqtur Egid. Boſs. vbi ſupra nu. 3. verſ. aduerte tamen. car. 304.

120 Imò quando tutor & adminiſtrator promittit, tenere bonum computum, & reddere rationẽ adminiſtrationis benè & diligenter, tenetur etiã de leuiſsima culpa, vt conſuluit Dec. conſil. 274. viſo decreto. nume. 5. Rui. conſil. 89. num. 8. vol. 5. & conſi. 108. vol. 1. & Crauet. conſi. 18. num. 15. lib. 1. vbi dicunt, procedere etiam in tutore non legitimo, qui non debet eſſe melioris conditionis, cùm contra eum omnia iura exclamant, vt ſupra demonſtraui, & maximè, cùm hoc ſit in fauorem pupillorum, pro quibus eſt fienda interpretatio ad tradita per Dec. conſil. 232. in fin. nume. 6. vnde ſi debita minoris ad tempus non ſoluerit, ipſe & non minor erit conſtitutus in mora, vt per Iaſo. leg. qui Romæ. §. cohæredes. nume. 14. ff. de verbo. obligat. Plot. leg. ſi quando. nume. 223. & 227. Cod. vnde vi. quæ negligentia quomodo ſit articulanda & probanda, tangit Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſs. in 7. remed. q. 5. verſic. quæro quintò, qualis eſſe debeat. nume. 18. & ſeq. cart. mihi 57.

121 Nec poteſt tutor, aut curator donare rem pupilli nomine dicti pupilli, etiam quòd haberet plenam adminiſtrationem cum libera, & ſi donat, tenetur de ſuo pecuniam reſtituere. Iaſ. in l. contra iuris. §. ſi filius. num. 3. ff. de nego. geſt. Pet. Duen. reg. 31. verbo, adminiſtratores. & Iacob. Nouel. reg. 91. in verbo, mandatum.

Quod primò fallit, in tutore Principis, aut virorum illuſtrium, vt per Lanfranc. de Oria. in ſin gu. 22. & Iaſ. in l. pactum curatoris. ſub num. 2. ver. hinc eſt. C. de pact. Rolan. à Valle, conſi. 18. nu. 56. 59. & num. 63. vol. 2.

Secundò fallit, in donatione facta pro ſeruitijs, & remunerationibus, quia non dicitur ſimplex donatio, ſed recompenſatoria, vt per Tyraquell. in leg. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus nume. 25. C. de reuocan. dona. Rolan. d. conſil. 18. num. 61. & ſequen. vbi dicit, etiam magiſtro pupilli poſſe donare.

122 In alienatione bonorum pupilli multùm debet animaduertere tutor, & etiam qui emit, ne rẽ, & pretium perdant propter emptionem inualidam, & præcipuè, quando pretium non eſt conuerſum in vtilitatem minoris, & de eo non eſſet factus locupletior, quia minores poterunt ex capite reſciſorio recuperare bona alienata abſq; pretij reſtitutione cum fructibus, vt per Plot. in d. leg. ſi quando. nu. 203, verſic. ſicuti poteſt. nu. 205. Vnũ perpetuò notabis. & nu. 438. verſi. & nõ ſolum. C. vnde vi. & Dec. conſi. 60. num. 2.

123 Et ideò debet tutor alienare, & vẽdere, ac expendere bona pupilli, ſecundum quod diſponitur per leges, conſtitutiones, & ſtatuta, & cum decreto Iudicis, & interuentu omnium tutorum, aliàs talis alienatio non valebit in præiudicium pupilli, & ipſe tenebitur emptori ad intereſſe, etiam quòd alienatio ſit facta in caſu neceſsitatis, & imminentis periculi, ſi emptor ignorabat inualiditatem alienationis, ſecus ſi ſciebat. leg. lex quæ tutores. C. de adminiſtrat. tutor. & l. & ſi is. C. de prædi. mino. & ibi Bald. Franc. Marc. deciſio. 99. nume. 5. in 2. par. & pulchrè tradit Crauet. de indemnit. mulier. nume. 13. 19. & ſequen. & Plot. d. l. ſi quando. num. 203. latè Ari. Pinel. l. 1. in 3. par. nu. 24. & ſequen. verſi. conſtat. C. de bon. mater. & vide infra nume. 172. verſic. an autem tutor & curator. vti venditio facta de re aliena, quæ inuito domino, & in eius præiudicium alienari non poteſt, per text. in l. rem alienam. ff. de pignor. actio. & in leg. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. vbi res aliena pignori dari non poteſt, vendi tamen poteſt, & valet venditio in fauorem emptoris contra venditorem, licèt non valeat contra dominum rei. Barto. in l. pater. C. de rei vendica. Afflict. deciſi. 369. nu. 2. & etiam latè tradit Ant. de Fan. de pignor. in 3. membro 2. par. nu. 52. verſi. 8. limitatur. & nu. 58. verſi. 2. quæritur. Vbi ſi nõ poteſt tradere poſſeſsionem, & dominium rei alienæ, tenetur ad intereſſe emptori. & Afflict. deciſ. 369. Et ꝙ talis alienatio, & inſoluti datio ſit nulla, ſequitur etiã Dec. conſ. 403. nu. 11. & ſeq. Alexan. in conſ. 53. viſis. col. 2. vol. 3. Cornel. conſi. 92. vol. 4. conſi. 71. quod non valet. vol. 3. Pet. Duen. reg. 186. in verb. decretum. in 2. & 4. ampliatio. & Rolan. à Valle. conſi. 33. num. 21. & ſeq. vol. 1. Quo caſu minor, & eius hæres nedum poteſt agere contra emptorẽ, ſed etiam contra quoſcunq; poſſeſſores vniuerſales & ſingulares, per tex. in l. magis puto. §. æs alienum. & §. maneat. ff. de rebus eorum, qui ſub tute. & Roma. in conſi. 321. in cauſſa propoſitæ conſultationis. & Pariſ. conſi. 100. vol. 1. & Paul. de Caſtr. in conſi. 105. nu. 2. in 2. par. vbi ponit remedium vtilius, & formam libelli contractum reſcindendi. & Dec. in conſi. 403. num. 19. & infra latius dicam, num. 151. dic vt ibi.

Et nedum contra tertios poſſeſſores poteſt minor agere, ſed etiam contra tutorem, & adminiſtratorem, ad ſibi reſtituendum bona alteri nõ legitimè alienata, per ſupradicta, & ſequitur Rolan. à Valle. conſil. 49. nume. 38. volum. 1. licet tex. in l. 1. & ibi Iaſo. in 3. notab. Cod. de pact. videatur ſentire, hoc procedere à principio, & non poſtquàm elegit eum, cum quo agere volebat, & ibi D D. & ſi per ſententiam, compromiſſum, aut inſolutum bona minorũ fuiſſent ſine ſolemnitatibus alteri conceſſa, & adiudicata, etiam quòd non fuerit appellatum, tamen ſemper per minores, aut eorum hæredes poterunt retractari, & recuperari (aliqua re iudicata non obſtante) cùm à principio talis ſententia, & conceſsio fuerit, & ſit nulla, quæ nunquàm tranſit in rem iudicatam, vt per Plot. d. l. ſi quando. num. 526. verſi. ſic. & inſolutum datio. Maran. ſpec. aur. in 6. par. num. 141. & num. 144. & num. 155. in primo actu, vltimę partis. cart. mihi 217. Alexand. conſil. 32. volum. 4. & Villalob. in ſuis commun. opin. in verbo, ſententia. num. 25. 124

Quod

125 Quod decretum Iudicis ne dum in bonis immobilibus debet interponi, verùm etiam in bonis mobilibus, iuribus, & actionibus. l. lex quę tutores. C. de adminiſtra. tuto. & ibi DD. Iaſ. l. ſingularia. nume. 14. ff. ſi cert. peta. & in leg. mandata. nume. 3. ff. de offic. eius. & in l. 1. §. fuit quæſitum. num. 28. & nume. 32. ff. ad Trebel. Alexand. in leg. reſtituta. §. pupillus. nume. 3. & 4. ff. eod. Roland. à Valle. tract. de lucro dot. quæſtio. 45. & Ari. Pinel. in Rubric. C. de bon. matern. in prima par. nume. 35. car. 28. vbi concludunt omnes, non procedere in bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt eſt pecunia deſtinata ad expendendum, vinum, oleum, poma, & frumentum, in quibus bonis poteſt ſe intromittere, & illa alienare in dotem, & extra ſine decreto Iudicis, vt etiam ſequitur Boer. deciſio. 209. nume. 4. & latè per Ari. Pinel. in repet. leg. 1. in 2 parte. nume. 42. verſic. ex proximis. & nume. ſequen. C. de bon. mater. car. 204. & Roderic. Suarez Hiſpan. in titul. de las arras. num. 61. & ſeq. verſi. ſed vtrum minor. car. mihi. 464. vbi dicit debere cum authoritate ſaltem curatoris hoc facere, aut tutoris. per text. in l. mulier. C. de iure dot.

126 Et nedum minor poteſt bona, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, alienare ſine decreto Iudicis, ſed etiam tutor, & curator ea bona poteſt alienare ante confectionem inuentarij, & ſatiſdationem præſtitam, vt dicit Alex. in l. procuratorem. num. 4. C. de procurat. Roman. conſi. 415. facit text. in l. pro hærede. §. 1. ff. de acquiren. hæred. quæ ſunt notanda ad limitationem earum, quas ſupra deduxi, num. 23.

127 Et non ſolùm requiritur huiuſmodi decretũ in alienatione rei minoris, ſed etiam in alio vendente rem communem cum pupillo, vt per Iaſ. in l. qui Romæ. §. cohærede. nume. 28. ff. de verbor. obliga.

128 Quod decretum debet per Iudicem interponi cum cognitione cauſſæ, & non velo leuato, aliàs non valet, & ideo non debet Iudex interponere decretum in eodem contractu rogato per Tabellionem eadem die, & hora, ſed in primis debet conſiderare, an emptio aut alienatio minoris, vel contractus, ſuper quo eſt interponendum Decretum, ſit vtilis ei, in fauorem cuius interponitur Decretum, videlicet minori, Eccleſiæ, hoſpitali, & mulieri, & ſic ante pronunciare Decretum interponendum, & non illud interponere eo temporis momento, quo fuit petitum, quia tunc Decretum eſt nullum, tanquam præcipitanter, & fraudulenter cognitum, quia ex breuitate tēporis præſumitur cauſſæ cognitionem non interueniſſe. leg. ſi finita. §. ſi forte. verſic. feſtinare non debes. ff. de damn. infect. cap. 1. de rebus Eccleſi. non alienan. lib. 6. & ita tradunt Petr. Duen. regu. 185. verſic. Decretum interpoſitum. vbi dicit, in terminis ita conſuluiſſe Ancharan. in conſil. 83. num. 3. & ideò animaduertunt Iudices, vt non interponant Decretum, quando partes cum Notario veniunt ad iudicium, & petunt Iudicem, vt interponat Decretum in inſtrumento de præſenti rogando & iam extenſo, quia damnarent animam, & teneretur ad reſtitutionem damnorum & expenſarum parti aduerſę, quia Decretum nullum redderetur vti fulminatum, & præcipitanter interpoſitum. Quod malè obſeruant iuniores aſſeſſores ob auaritiam, & auiditatem citò lucrandi præmium, nam ſibi ipſis videntur mille anni, quod lucrentur ſportulas decreti interpoſiti, & ideò ſtatim, & antequam Notarius finiat rogatum inſtrumentũ, reſpondent, ita facere, & interponere decretum, prout poſitum fuit, abſq; etiam cognitione cauſſæ in illo actu, quorum anima vexatur quotidie à Diabolo in inferno, & hac de cauſſa ſanctè fuit ordinatum per nouam conſtitutionē Florentinam de anno 1568. in fauorē obligationum mulierum, quòd ipſæ non poſsint contrahere ſine conſenſu, & decreto Magiſtratus, q Magiſtratus ante dictũ decretum debeat in primis per vnã diē antè videre minutã cõtractus ad hoc, vt omnia tranſeãt cũ cognitione cauſſæ, & ſic videre, an oēs ſolēnitates à iure requiſitæ interuenerunt in huiuſmodi contractu, aliàs tale decretum erit nullum, vt pulchrè docet Iacob. Menoch. tract. de recuperan. poſſeſs. in remedio 15. num. 140. & ſeq. & Rol. à Valle conſil. 33. num. 10. & ſeq. vol. 1.

129 Et ad hoc, vt alienatio bonorum minorum valeat, & ſit perfecta, nedum requiritur cõcurſus omnium tutorum propinquorum, & decretũ Iudicis, ſed neceſſe eſt etiam, quòd fiat cum vrgenti, & neceſſaria cauſſa alienandi, videlicet, quòd primò conſtet æs alienum pupilli, ſecundò, quòd apparent creditores debitum inſtanter petere: Tertiò, ꝙ primò capiantur nomina debitorũ, poſteà mobilia bona, quę ſeruando ſeruari poſſunt, vlterius bona immobilia minus damnoſa, & quæ cum minori diſpendio minoris alienari poſſunt, reſeruando minoribus immobilia vtiliora, & prius debet Iudex prædicta cum cognitione cauſſæ conſiderare, & interloqui, ꝙ non ſint alia bona minus dãnoſa, niſi ea, quæ vendi proponuntur, & ꝙ ſubeſt cauſſa neceſſaria alienandi, aut hoc precedenti inſtrumento declarare. Quartò, quòd pro paruo debito nõ vendatur res magna. Quintò, quòd prędicta alienatio (omnibus his prius viſis, & cõſideratis) ſequatur cum ſubhaſtatione locis publicis, & conſuetis fienda, cum notificatione, quod dabitur plus offerenti, ita hæc omnia vltra ſupra allegata refert, & ſequitur Roma. conſ. 321. in cauſſa prępoſitæ conſultationis. Alex. conſil. 74. in cauſſa, & lite inter hęredes Antonij, num. 3. & 4. vol. 7. Aret. §. actionum. ſub num. 36. verſic. 13. Inſtit. de actio. latè Pariſ. conſi. 100. vol. 1. Affl. deciſi. 249. Fuit. Plot. in l. ſi quando. num. 198. verſ. ſcias ergo. C. vnde vi. Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſsio. in 15. remedio. nu. 146. verſi. primò æs alienum. car. 146. & Rolan. à Valle d. conſil. 33. & conſil. 99. volumine primo.

13 Et omnes ſolemnitates requiruntur, quando tutor, aut curator alienat, quæ requiruntur in minore alienante, & ideò ſi ex forma ſtatuti requiritur Mundualdus, vel duorum propinquorum conſenſus, ita etiam erit in tutore, aut curatore per ſupradicta, & ſequitur latè Pariſ. in conſil. 98. & conſil. 99. vol. 1. & Plot. in d. l. ſi quando. nume. 198. ſcias ergo. & nu. ſeq. C. vnde vi. quod videtur procedere etiã in procuratore, ſeu actore legitime coſtituto, vt latiſsimè per Iaſ. in l. 1. §. itē acquirimus. num. 8. ff. de acqui. poſſeſs. & Hippoly. in Rubr. de

probat.num.342. verſic. moueor etiam. quamuis contrarium tenuerit Alexan. in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. num. 4. ff. quod quiſque iur. & in conſi. 189. vol. 7. vbi dicit, quòd ſufficit à principio procurare, & mandati ſolemnitates minorum interuenire, quod intellige (dato quòd eſſet verum) in mandato ſpecialiter facto ad vendendum rem particularem, & non in mandato generali ad generaliter vendendum, quia cùm ſit generale, non poteſt iudex, neque Mondualdus, aut propinquior eſſe certus de qualitate rei vendendæ, de cauſſa, & de alijs ſupra narratis, & etiã quia in qualibet venditione reqruntur oẽs ſupradictę ſolẽnitates. Et ideò poſſunt iſtæ opiniones ita cõcordari.

Et quando propinquorum conſenſus requi-
131 ritur, debet interuenire tempore contractus, & non poſt contractum, & debet eſſe expreſſus, & non tacitus, quia quando fit mentio de conſenſu, intelligitur de expreſſo, vt per Aretin. in l. 2. §. voluntatem. col. 1. verſic. aduerte, quod licet. ff. ſolu. matri. & adden. ad Matheſila. ſing. 12. ſub num. 9. incip. nota quòd illa regula. & Iaſ. in l. quæ dotis. nu. 101. & ſeq. ff. eod. titu. & Hippoly. in ſua pract. crimina. §. diligenter. nu. 184. & ſeq. & Ari. Pinel. in l. 1. in 2. par. num. 65. & ſeq. C. de bon. matern. & intelligitur de propinquioribus habilibus ad conſentiendum. Alexan. conſi. 62. volu. 2. Iaſ. in l. cum hi. §. transfactionem. ff. de tranſactio. Dec. in l. aliud eſt. num. 4. ff. de reg. iur Hippol. ſing. 678. ſunt paſsim, qui dicunt, quòd debent eſſe proximiores in gradu, quia tale ſtatutum intelligitur gradatim de proximioribus, vt etiam ſequitur Iaſ. in l. ſuggeſtioni. num. 7. ff. de verbor. ſignifi. & debent eſſe præſentes ad conſentiendũ, vt conſuluit Paul. de Caſt. in conſi. 124. nume. 1. & 2. volu. 1. vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd minor non poſsit contrahere ſine cõſenſu proximiorum, ſi aliquis vult allegare contractum inualidum, & ſe fundare in ſtatuto, debet probare, quòd ille erat minor, & quòd habebat proximiorẽ maiorem 25. annorũ præſentẽ, ita ꝙ poterat de facili illum adhibere, & eum ſeqtur Cor. cõſ. 241. lit. D. in 2. par. & in conſi. 242. lite. C. D. & E. vol. 4. Craue. conſ. 80. nu. 13. & 14. vol. 1. Alexan. in l. cum antiquitas. num. 6. C. de teſtamen. & Plot. in l. ſi quando. nume. 354. verſic. perpetuò notabis. & nu. ſeq. C. vnde vi. Et poteſt probari hoc etiam in cauſſa appellationis, ſi non fuerit probatum in cauſſa principali, vt dicit Pau. de Caſtr. in d. conſi. 124. nume. 2. & in l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcend. Qui conſenſus eſt de ſubſtantia, quia traditur pro forma à ſtatuto, vt per Ruin. conſi. 159. num. 4. vol. 5. Blanc. de compromiſ. q. 1. ſub num. 28. verſi. quæro an in duos. car. mihi 48. & Pariſ. conſi. 61. num. 13. & ſeq. vol. 3. qui dicit, debere ad vnguem obſeruari, aliter eſt ipſo iure nullus huiuſmodi contractus. & ſequitur Deci. conſi. 110. num. 5. & ſeq. & in conſi. 455.

Nec omiſsio talis formæ excuſat ruſticos,
132 mulieres, milites, & minores. Bal. Salyc. & alij, in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Tyraquell. de Retract. conuentio. §. 4. gloſſ. 7. num. 15. Hippoly. in conſi. 131. num. 16. & Octauia. Pedemonta. deciſi. 86. nu. 4. & ſeq. nec etiam excuſat alios numeratos à Ploto in d. l. ſi quando. nume. 24. verſic. & vbi probaretur. & nume. 100. & ſeq. verſi. & ſi poteſt. C. vnde vi. & ratio adducitur per Alexan. in conſi. 165. num. 6. vol. 6. vbi quilibet tenetur ſcire iura, leges, & ſtatuta patrię ſuę, & ob id non reſtituitur in integrum, vt etiam ſequitur Plot. in d. l. ſi quando. num. 259. & ſeq. verſi. primò quotieſcunque. & ita aliàs conſului ſuper prædictis in cauſſa Perſiliæ de Cecirarano Fiuizani, primo anno mei Doctoratus, & obtinui annullãdo teſtamentum cuiuſdam Dominæ Claræ.

133 Quibus vnum notatu dignum animaduertendum eſſe duxi, videlicet, ſi proximiores ad cõſentiendum ſint inhabiles, an alij deinde gradatim eos ſequentes in gradu proximiori, habiles debeant vocari, & interuenire in contractibus minorum ſecundum ſtatutum, aliàs contractus ſit nullus ipſo iure? Et videbatur dicendum, quòd minores poſsint contrahere abſque conſenſu aliorum propinquorum, poſtquam ſtatutum vocat proximiores, & illi ſint minores, aut inhabiles, & ſufficiat hoc probare tempore cõtractus per Pau. de Caſt. d. conſi. 124. vol. 1. Tamen videtur tenendum, requiri debere conſenſum aliorum propinquorum maiorum, & habilium ad conſentiendũ, propter rationẽ ſtatuentium, quæ fuit, quòd proximiores debeant eſſe præſentes, & conſentire, vt magis dilecti, & affectionati, & procurantes vtilitatem, & beneficium minorum, propter fragilitatem ſexus, & debilitatem intellectus, adnotata per Alexan. conſi. 189. viſo ſtatuto. num. 2. volu. 7. Deci. conſil. 612. Afflict. deciſio. 240. & Anchara. conſi. 14. videretur. Et certum eſt, quòd ſi ſtatuentes de hoc fuiſſent interrogati, quòd ita reſpondiſſent, cùm maior ratio in vno, quàm in alio dari non poteſt, ob vtilitatem minorum, & ne eorum facilitate decipiantur, quod ſufficit, adnotata per Alexan. conſi. 79. num. 9. & in conſil. 89. nume. 7.
134 vol. 6. Et per Pet. Gherar. ſing. 7. quando Rubrica num. 6. & ratio generalis, & eadem quando reperitur in pluribus caſibus, tunc omnes illos decidit, & non per extenſionem, ſed vt genus comprehendit omnes ſuas ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium, vt ſingulariter dicit Bal. in l. de quibus. ff. de legib. & Georg. Natta. tracta. de ſtat. exclu. fœm. in 3. q. principa. num. 64. verſic. Sed tu dic contrarium. car. 136. &
135 Craue. conſi. 83. num. 3. facit, quod tradit Tyraq. de retrac. lignag. §. 26. glo. 1. nu. 32. & gloſſ. 2. & §. 1. glo. 10. nu. 120. & Aſili. de iur. prothomis. in prin. conſtit. num. 43. & ſeq. verſi. decimò nota. vbi concludunt, quòd ſi conſanguineus proximior noluerit retrahere, vel renunciauerit retractui, aut alteri ius retractus ceſſerit, quòd non intelligetur in prȩiudicium alterius conſanguinei, & ſic conſanguineus remotior infra tempus ſtatuti poterit retrahere, & videtur tex. in l. 4. ff. de acquir. hæredit. & in l. ſi plures. ff. de iur. deliberan. vbi aſsignandũ eſt tẽpus ijs, qui in priori ſunt gradu, vt deliberẽt, an admitti velint antequam cœteri admittantur, quod confirmari poteſt ex traditis per Bart. Bald.
136 Imol. & alios, in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. & l. hæredes mei. §. vltimo. ff. ad Trebell. vbi habetur quòd quando plures perſonæ ſunt vocatæ ſub termino generali, vel indefinito, aut collectiuo, puta familię, conſanguineorum, poſterorum, & deſcendentium, intelliguntur ordine ſucceſsi-

ſucceſsiuo, vt ſcilicet, proximior primo loco ad-
mittatur. Et ipſo deficiente, vel ceſſante, is qui eũ
proximè ſequitur, & cæteri deinceps ordine ſuc-
ceſsiuo, & Villalob. commu. opinio. verbo, fidei-
137 commiſſum. num. 42. quod ſequitur Tyraquel. de
Retract. lignag. §. 11. gloſſ. 4. num. 2. verſic. & quia
etiam: & proximior dicitur ille, quem nemo præ-
cedit. l. 2. §. hæreditas. & §. legitima. ff. de ſuis, & le-
git. hæredi. & l. 1. §. proximus. ff. vnde cogna. & i-
deò ſi agnati excluſis cognatis à ſtatuto ſunt vo-
cati, dicuntur proximiores in gradu agnatis, &
prius ad tutelam, & ad conſentiendum ſunt vocã-
di, quàm cognati. Deci. conſil. 16. & in leg. fœmi-
næ. num. 18. & l. quo tutela. ff. de reg. iur. & Duran.
de art. teſtan. titu. de tut. & curat. cautel. 1. & quòd
alij propinquiores remotiores vocari debeant, ſi
proximiores in gradu ſunt inhabiles, videtur poſ-
ſe colligi ex adductis per Dec. in. l. aliud eſt. nu. 4.
ff. de reg. iur. & Hippoly. ſing. 678. fuit. vbi dicunt,
huiuſmodi ſtatutum intelligi debere de propin-
quioribus habilibus ad conſentiendum, vti pro-
138 pria mens contrahentium, ad hoc, vt contractus
ſit magis circũſpectus, & alienus ab omni fraude,
& facilitate. Vnde retenta hac opinione, patet re-
ſponſio ad allegata per Pau. de Caſt. in d. conſ. 124.
quæ intelligi debent, ſi fuerit probatum, non ex-
tare tempore contractus aliquos propinquiores,
habiles ad conſentiendum, & ſic non debere re-
ſtringi ad proximos primos in gradu tantummo-
dò, ſed etiam ad vlteriores ordine ſucceſsiuo. Et
ita reſpondendum eſt ad tradita per Deci. in leg. 1.
num. 86. in 2. lect. C. qui admit. & ibi Iaſ. nu. 20. &
per Plot. d. l. ſi quando. nu. 352. verſi. & quod plus
eſt. C. vnde vi. vbi habetur, quòd ſi propinquiores
noluerint conſentire, & eſſe præſentes, quòd po-
terit minor ſine illorum conſenſu cõtrahere cum
ſolo Iudicis decreto, quòd hoc erit intelligen-
dum, ſi propinquiores omnes habiles ad conſen-
tiendum erunt vocati & citati, licèt remotiores v-
no gradu ſint alijs inhabilibus, quia reſpectu ha-
bilitatis dicuntur proximiores in gradu, & ita tã-
git Duran. de arte teſtan. tit. de his, qui non ha-
bent factionem teſtamenti. cautel. 2. num. 3. verſi.
ſecundum remedium eſt, qui citat Bald. in leg. vi-
139 duæ. Cod. de nupti. Nec poteſt dici, fieri extenſio
iſto caſu de perſona ad perſonam, quæ in ſtatutis
eſt prohibita, etiam quòd eadem, ſeu maior ratio
reperiretur, vt latè conſuluit Pariſ. conſil. 49. nu-
me. 50. & ſeq. & conſil. 50. num. 54. & ſeq. vol. 3. &
Corne. conſil. 308. col. 1. volum. 4. vbi oſtendunt,
communem, quia in caſu noſtro ſtatutum nõ ex-
primit certam perſonam, ſed indefinitè, & colle-
ctiuè de perſonis loquitur, quorum appellatione
veniunt tàm proximiores in ſecundo, & tertio
gradu, quàm in primo, altero deficiente, & locum
non habente, & ſic hoc venit ex proprietate ſer-
monis dict. leg. cùm ita. §. in fideicommiſſo. &
ibi D D. ff. de leg. 2. Villalob. in communibus opi-
nionibus. verbo, fideicommiſſum. nume. 42. &
ideò nota, & cogita, an ſit nimis magna interpre-
tatio, quia eſt multùm æqua propter facilitatem
minorum.

140 Facta verò alienatione bonorum minorum,
ſecundum ſupra allegata, cùm contractus ſit per-
fectus & validus, ſi minoris facilitate vel dolo ve-
ro, & nõ præſumpto, aduerſarij læſio interuenerit
vltra ſextam partem, quę dicetur enormis lęſio, vt
per Lanfr. in c. quoniam contra. de probati. tit. de
interloqu. & appella. c. 10. nu. 74. & ſeq. verſ. & e-
normis læſio. car. mihi 179. Bar. in l. ſi ſocietatem.
§. 1. col. 7. ff. pro ſocio. & Boer. in addit. ad Dyn. re-
gu. ſcienti. col. 2. & per Rol. à Valle. conſ. 96. nu. 4.
5. vol. 2. & habetur per Aret. §. pretium autem. ſub
nu. 6. & ſeq. inſti. de emp. & vend. poterit minor,
& Eccleſia reſtitui in integrum aduerſus contra-
ctum. Si autem læſio fuerit modica, & non enor-
mis, dubium eſt, an ſit reſtituendus in integrum,
tamen communiter tradunt D D. hoc eſſe arbitra
rium, & Iudicis arbitrio iſtam læſionem perpendi
debere, ita tradunt D D. in l. ſcio. ff. de in integ. re-
ſtit. Alex. conſ. 67. nu. 2. lib. 5. & conſ. 92. nu. 4. & 5.
conſ. 222. nu. 11. vol. 2. Rodeti. Soare. allegat. 21. nu.
3. & latè tradit diligentiſsimus Didac. variar. reſo-
lut. lib. 1. c. 3. nu. 11 car. 77.

141 Si autem minor effectus maior annorum 25.
ratificet facto vel verbis contractum, non poterit
amplius reſtitui aduerſus hanc lęſionẽ, niſi eſſet lę
ſio vltra dimidiã, quia tunc poterit venire ex cap.
l. 2. C. de reſcind. vend. vt dicit Didac. c. 3. nu. 10. &
ſeq. & Iac. Menoch. de recupe. poſſ. remed. 15. nu.
184. & per Rolan. à Valle d. conſ. 69. nu. 31. ſeq. vol.
2. Craue. conſil. 7. nu. 2. quod beneficium durat p
annos 30. ſecundum veram & receptam opinio-
nem, & non per quadriennium, vt per D D. in d. l.
2. vbi Ari. Pinel. Balb. de præſcript. in 4. par. 4. par.
princip. q. 26. & Didac. variar. reſolut. lib. 2. capit.
3. nu. 10. verſ. quoties verò venditor. car. mihi 433.
Etiam quòd iuramentum interpoſitum fuiſſet,
quando eſt enormiſsima læſio in magna quanti-
tate vltra dimidiã, aut renunciatum beneficio di-
ctæ l. quia tunc iſta læſio dolo æquiparatur. l. ſup-
ſtit. C. de dolo. Dec. conſ. 45. & conſ. 180. & Pau. de
Caſt. conſ. 174. lib. 1. Pariſ. conſi. 75. num. 16. & ſeq.
vol. 3. & Crauet. conſi. 142. & conſ. 192. ſub num. 2.
vol. 1. vbi loquitur etiam, an habeat locum in mu-
liere, & ruſtico, & Franc. Turzan. commu. opinio.
conſ. 159. incip. ſi minor. & Capici. deciſ. 159. num.
23. & ſeq. & Didac. variar. reſolut. lib. 2. cap. 4. nu.
5. Si autem non ratificauerit venditionem, effecto
142 maiore, poterit infra quadriennium à die ſcien-
tiæ, & perfectæ ætatis reſtitui in integrum, vt poſt
gloſſ. in leg. verum. §. ſciendum. ff. de minorib. tra
dunt Iaſ. in leg. nam & poſtea. §. ſi minor. nume. 5.
ff. de iureiurand. & Alciat. regula 1. præſumpt. 42.
num. 3. & ſeq. & Bernar. Diaz. regula 219. Eccleſia.
& pulchrè per Iac. Menoch. de recuper. poſſeſ. re-
medio 15. nume. 106. & nume. 114. & ſeq. car. mihi
144. per tex. in l. fin. C. de tempo. in integ. reſtit. pe
ten. quod tempus eſſe vtile, & non continuum à
principio, ſcribit Ruin. conſil. 35 nume. 34. volu. 1.
Franc. Balb. de præſcriptio. in 1. par. 6. par. princi.
22. caſu. in fine. Socin. Iun. conſil. 70. num. 27. vol.
1. & Menoc. vbi ſupra num. 115. & ideò non eſt mi-
rum, ſi non incipiat currere, niſi à die ſcientiæ ve-
ræ, & præſumptæ, vt dicunt ſupra allegati D D.
Adeò, quòd ſi iſte minor effectus maior ſtet ſtet p
centum annos, quòd ignoraſſet, aut ignorare po-
tuiſſet huiuſmodi læſionem, adhuc poſſet infra
quadriennium à die ſcientiæ reſtitui in integrum,
vt per Iacob. Menoch. dict. 15. remedio. conſil. 15.

D num.

num.115.& per Benintend.in deci.69. Agebat Cæſar. & deciſ.71. dubium erat in certa cauſſa. latè Tyraquel.de Retract.lignag.§.35.num.21.& ſequ. vbi dicit cõmunem, licèt Ari. Pinel. in Auth. Niſi tricenale.nume. 58.& ſeq. C. de bon. mater. cart. mihi 662.teneat, non reſtitui vltra quadrageſimũ annum ex capite ignorantię, vbi diſtinctè per bellè procedit, & loquitur etiam, quid circa minores, & Eccleſiam ignorantes, vide Balb. de præſcriptio.in 4.par.princi. conſ.29.& in 1.par.5.par. princ.q.2.& ſeq.& in princ.d.5.p

Quæ reſtitutio iſto caſu non conceditur, niſi
143 appareat de minori ætate, de læſione, & de facilitate minoris, ac dolo vero aduerſarij. Alcia.regula 1. præſumpt.42.nu.6.& ibi addentes.& Bello.conſi. 18.nu.18.& ſequen.verſi. & de minore.& aduerte, quòd reſtitutio non cõpetit minori ſuccedẽti maiori ex facto defuncti. Rol.à Valle conſi.99.nu.39. & ſeq.vol.1.& tetigi ſup.num.101.

144 An autẽ reſtituatur ad rem, aut ad pretij ſupplementum ob læſionem hanc, doctiſsimus Roderic.Soarez.in dicta allegatio.21.nume.5.tenuit in propoſito, minorem læſum ſolùm in valore rei alienatæ, & non in re, nec in ſolemnitatibus præallegatis, reſtitui debere ad ſupplementum pretij, & non ad reſcindendum contractum, & ita ſupra tetigi num.77.in fi.& ſentit Roland.à Valle, conſ. 59.nume.7.volum.1.Bart.in leg.ſi res.§. ſi mulier. nume.1.ff.de iur.doti. Sed Didac.variar.reſolutio. d.cap.3.ſub nume.11.verſic.tertiò hinc deducitur, tenet præciſè, emptorem teneri ad rem reſtituendam, & allegat rationem diuerſitatis inter reſtitutionem in integrum, aduerſus læſionem rei minoris à minore intentatam, & inter læſionem vltra dimidium iuſti pretij. quam etiam ſequuntur Pantaleo.in Repet.leg.2.extenſione 12.colu. 17.Cod.de reſcind.vendi.& ibi etiam Vincen.Paleot.nume.13.& num.14.& Ari. Pinel. ibi in 3.par. cap.1.nume.20.ac Menoch.de recuper. poſſeſsio. remedio 15.quæſt.15.nume.138.ſeq.& Crauet. conſil.7.num.12.verſic.ſi dicas.volum.1. vbi ponit etiam modum formandi libellum. Nam primo caſu competit ſpeciali priuilegio, ſecundo caſu via ordinaria. Tamen mihi videtur magis æquum fore, in iudicando tenere primam opinionem, cùm à principio contractus fuerit ex cauſſa neceſſaria, & ſolemniter celebratus, & ſic emptor vti bonæfidei poſſeſſor iuſtè emit & poſſedit, adhibendo omnes ſolemnitates iuris, quo caſu non debet pati hanc pœnam reſtitutionis, nam quod fit lege permittente, legitimè dicitur fieri, & pœnam non meretur, nec aliquod damnum. leg. Gracchus. Cod.de adulter. Aliàs ſequeretur, quòd nullus ferè contractus, quantumque perfectus, cum minore celebratus, robur & firmitatem haberet, & ad beneplacitum minoris poſſet corroborari, & reſcindi, & ſic emptor magna cum difficultate poſſet ad vnguem valorem rei ſoluere, & ideo cum læſio ſolùm reperiatur in pretio & contractus de per ſe ſit validus, & perfectus, iuſtum videtur, quòd illud quod eſt læſum, reſtituatur, ſed pretium reperitur læſum, ideo in pretio debet fieri reſtitutio, vt dicit Barto. in dict. leg. ſi quidem. Cod. de præd. minor. & Abba. in c. conſtitutus. col. fin. de in integ. reſtit. nam reſtitutio ſolùm reddit illud quod abſtulit læſio.l.1.& l.quòd ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minori. & ſentit Tyraq. in l. ſi vnquam.ver.reuertatur.num.456.& ſequ.C.de reuoc.donatio.& videtur tex.in l.in cauſſę cognitione etiam hoc verſabitur.ff. de minor. & Rol.d. conſi.59.num.7.vol.1.

An autem pro rata pretij reſtituendi debeat
145 emptor reſtituere fructus perceptos ex re empta, videtur dicendum, quòd ſic, cùm emptor poſsidens rem emptam teneatur fructus reſtituere, aut eorum æſtimationem pro rata pretij non ſoluti, vt per Corn.conſi.130.col.2. vol. 4. & Pet.Benint. in Rota Bonon.deciſ.29.in cauſſa Ioan. Andr. ſub nu.3.& nu.6.& Didac.variar.reſolu.lib.3.c.4. nu. 1.2. verſ. ſi curabit inquiunt Cæſares. & quòd fructus pro rata pretij iuſti non ſoluti, debeat reſtitui per emptorem eligentem velle, rem & non pretiũ reſtituere tenet, & dicit iure veriorem, Didac.varia.reſolu.lib.2.cap.3.nu.9.verſ. ſi. eſt & aliud hoc in tractatu diſputatione dignum, qui cęteros allegat. Contrarium autẽ dicit, & ſequitur in foro fori Cæpol.de ſimula. contract. in primo caſu principali, ſub nu.7.verſi. ſi verò contractus eſt tantũmodò illicitus, & cõmunem eſſe opinionem. & in praxi receptam tradit Ari.Pinel.in repet.l.2.lib.2. in 2.part.cap.vlt.num.1.& ſequitur de reſcin.vendit. quem refert & ſequitur Emanuel Soarez. in commu.opin.in verb.fructus.num.353.& allegat optimam rationem, quæ eſt, quòd contractus à principio eſt validus, & tenet, & emptor ſolùm detecta iſta læſione tenetur, vel reſcindere contractum, vel iuſtum pretium ſupplere, & cùm tenuerit ipſo iure venditio, & ſic emptor perceperit fructus rei ſuæ, eos reſtituere non tenetur, quam opinionem communem intelligo veram, emptore ignorante valorem rei emptæ, & ſic venditorem eſſe læſum vltra dimidium iuſti pretij, quia tunc vti bonæfidei poſſeſſor, & emptor facit fructus ſuos conſumptos, non autem extantes, nec ſi de eis factus eſt locupletior, ſecus eſt, ſi ſciuerit pretium, & æſtimationem rei emptæ, vt ſi eſſet æſtimator, & agri menſor, aut aliàs petias terrarum in dicto loco emiſſet eiuſdem bonitatis maiori pretio, quia tunc vti malæfidei poſſeſſor, & emptor teneretur minori de iure Canonico ad reſtitutionem fructuum pro rata pretij iuſti non ſoluti, ſicut tenetur eos reſtituere eadem ratione à die pretij oblati per venditorem, vel à die litis motæ, ſeu conteſtatæ, vt ſentit Didac. dict. cap. 3. nume. 9.& lib. 1. cap. 3.& D. Bero. quæſtione 98. quamuis in maiore læſo vltra dimidium iuſti pretij etiam emptore ſciente non procederent prædicta, quia licitum eſt inter ſe decipere in pretio, vt dicit Roland. dict.conſil.96.num.36.ſequ. vol.2.& in caſu contingenti vltra præallegata vide DD.in c. ad noſtram. & in cap.cum dilecti.vbi Imol.& D.Bero.de emptio.& venditio. Iaſ. in §.fuerat.num.86.& ſeq.inſtit.de actio.& in conſi.134. in 4.vol.Boer.deciſi.44.num.23.& ſeq. & DD. in dict.leg. 2. Cod. de reſcinden. vendit. vbi latè per Ari.Pinel.in ſecunda par.cap. 4.& tertia parte.ca. 1.num.20.

Si autem alienatio non fuerit perfecta, & ſo-
146 lemniter, nec à legitimo tutore facta, & titulo lucratiuo alienata fuerit, ſi minor effectus maior

ta cue-

tacuerit per decem annos inter pręſentes, & viginti inter abſentes, non poterit amplius contrauenire, & ratificaſſe alienationem cenſebitur, per lapſum dicti temporis. l. fin. C. ſi maior. fact. aliena. ſine decret. rat. habuer. vbi gloſſ. Bart. Bald. & Saly. Bero. quæſt. 44. num. 5. Iac. Menoch. de recuper. poſſeſs. remedio 15. nu. 158. verſi. ſecundus eſt caſus. Deci. conſ. 232. nu. 5. & Crauet. conſ. 102. nu. 7. lib. 1. At ſi res minoris alienata fuerit titulo oneroſo, & tacuerit per quinquennium poſt ætatem perfectam, ratificaſſe dictam alienationem ipſo iure à lege pręſumetur, adeò quòd maior non poterit amplius aliquam petere reſtitutionem in integrum, aduerſus alienationem factam tempore minoris ætatis, per tex. clarum. in d. l. fin. C. ſi maior factus aliena. ſine decre. rat. hab. Alexan. conſ. 117. num. 2. volum. 5. & Dec. conſ. 232 num. 4. quæ lex finalis habet locum, quando contractus eſt factus ab ipſo minore ſine conſenſu curatoris, aut ab ipſo tutore, & curatore nomine pupilli abſque præſentia minoris, & Iudicis decreto, vel ab ipſo minore curatorem non habente, & non impetrata venia alienandi, vel abſq; conſenſu propinquorum, vt affirmat gloſſ. Bar. & Salyc. in d. l. fi. C. ſi minor fact. Capici. deciſ. 13. num. 1. 2. & Rui. conſi. 63. num. 21. in fi. vol. 1. & Iac. Menoch. d. remedio 15. conſ. 15. nu. 140. & ſeq. verſ. ſecundum caput quæſtionis. licèt aliqui voluerint, dict. le. fi. C. ſi minor fact. non habere locum, quando tutor non feciſſet inuentarium, non ſatis dediſſet, & non fuiſſet factum prius inſtrumentum, quòd non aderant nomina debitorum, bona mobilia, & minus damnoſa, & ſic cum cognitione cauſſæ, & ei adminiſtratio à iudice non fuiſſet decreta, vt conſuluit Corn. conſilio 207. colum. prima, verſic. eſt Regula. numero 7. & ſequ. volum. 3. Pariſ. conſ. 100. volum. 1. ſentit Cyn. in d. l. ſi quando. C. ſi maior fact. vt refert Roderic. Soarez. titu. de Las Arras. ſub nume. 67. car. mihi. 467. & ita iudicatum vidi per Excell. Iureconſultum D. Lelium Taurellū Sereniſs. Magni Ducis Florentiæ Auditorem primarium, licet D. Carolus pater meus in dicta cauſſa contrarium conſuluerit, & quidem melius per textum in l. ſecunda. C. ſi maior factus alien. ſine decre. rat. habuer. vbi expreſſam ratihabitionem tacitæ æquiparat. At per expreſſam verbis, aut facto inductā, omne nullitatis vitium, ex quouis capite eo in caſu tollitur, idem ergo ex tacita, vt æquiparatorum eadem ſit virtus. ita dicit D. Bero. quæſtio. 43. quidam in contractu diuiſionis, numer. 4. & 5. & perbellè, ac doctè declarat, & ſequitur delicatus D. Iacob. Menoch. d. conſ. 15. num. 140. & ſequ. verſi. ſecundum caput quæſtionis, vbi ſub nu. 148. in fin. dicit, ſatis factum fuiſſe leui argumentationi Cor. in d. conſ. 207. & quod idem Corn. in conſ. 36. nu. 22. li. 2. tenuit contrariū, & quòd idem conſuluit Pariſ. conſ. 49. nu. 58. vol. 1. Et ſic habes, ꝙ alienatio facta de re minoris ſine cognitione cauſſæ, & ſolemnitatibus iuris non obſeruatis, & ſic ex quouis capite nullitatis per ratihabitionē expreſſam verbis, & facto inductam, & etiam per tacitā, hoc eſt, per lapſum quinquennij in titulo oneroſo, & per annos decem, & viginti in lucratiuo confirmatur, niſi in contractu adeſſet dolus verus, & non præſumptus, aut contractus eſſet pignoratitius, vel ſimulatus, quia tunc tacitè, nec expreſſè inducitur ſimplex ratificatio: nec etiam d. l. fi. C. ſi minor fact. habet locum, ſi minor non fuerit præſens alienationi, & ignorauit contractum, quia ignorans non dicitur ratificare, ita hæc omnia notat Iac. Menoch. vbi ſupra num. 177. & ſeque. & Pariſ. conſil. 49. vol. 1. & ſentit Alcia. in Regul. prim. pręſumpti. 42. num. 7. verſ. pro quo facit: dummodo non ſit craſſa, & ſupina ignorantia, vt per Iac. Menoch. vbi ſupra num. 115. & nu. 116. & Tyraq. de retract. ligna §. 35. gl. 4. nu. 34. & ſeq. & Beninte. rot. Bono. deciſ. 69. Agebat. nu. 2.

147 Quæ ratificatio, tribus modis, vt dixi, inducitur, duobus modis ab homine, & tertio modo à lege. Ab homine fit primo, verbis expreſsis poſt perfectam ætatem, ſecundo modo, facto, vt ſi ſoluit, vel ſolutionem recipiat rei alienatæ, vel reditus, penſiones, aut fructus percipiat, aut eos reſtituat, vel dilationem faciat, aut petat ad ſoluendū, vt per Alexand. conſil. 117. num. 2. lib. 5. Brun. conſ. 15. num. 4. Dec. conſil. 232. nume. 4. Bero. d. quæſt. 43. numero 4. Crauet. conſil. 226. nume. 6. volum. 2. Grat. conſ. 47. numer. 22. lib. 1. Crauet. conſ. 159. nume. 5. Bello. conſ. 18. nu. 17. & Iac. Menoch. d. 15. remedio, quæſt. 15. nu. 118. verſ. tertia eſt ratihabitionis ſpecies. & iſta ratificatio procedit etiam in hærede minoris ſtatim mortuo minore, & adita hæreditate, & ſciente alienationem, Tyraq. de iur. conſtit. 3. part. 30. lim. numer. 12. Tertio modo inducitur ratificatio ob curſum temporis quinque vel decem, aut viginti annorum, poſt ætatem perfectam, & iſta dicitur tacita ratificatio inducta à lege, vt eſt text. in d. l. fi. C. ſi maior. fact. alie. ſine de-

148 cret. rat. habue. Et eſt valdè notandum, quòd ratificatio inducta ab homine, nō retro trahitur à die contractus, ſed ratificatio à lege inducta, benè retrotrahitur à principio celebrati cōtractus, etiā quòd contractus ſit ipſo iure nullus à principio, ex cauſsis ſupradictis, vt doctè tradit Aret. conſil. 128. nu. 5. & ſequitur pulchrè, ac diſtinctè Iac. Menoch. vbi ſupra nu. 149. & ſeq. verſ. in hoc ergo ſecundo capite, quò fit, quod declaratur illa cōmunis ſententia, quę eſt, quod ratihabitio confirmat actum, ipſo iure nullum, vt ex nunc, non vt ex tūc, vt dicit Rom. ſing. 778. iudex. Dec. in l. quod initio. ſub num. 12. & nume. 13. & in l. ſemper qui non prohibet, vbi etiā Cagn. ff. de reg. iur. & Pet. Duen. regula 31. in 4. fallentia, quod non procedit in ratihabitione tacita, inducta à lege, ſed in illa indu-

149 cta ab homine, vt dicit Iacob. Menoch. d. nu. 149. & num. 156. & 157. Nec mala fides impediret hanc ratificationem, ſicut impedit præſcriptionē, quia iſta ratificatio eſt ipſo iure curſu temporis inducta à lege, & tantò magis, ſi iuſtum pretium ſoluiſſet emptor, vt latè declarat Iac. Menoch. d. remedio 15. num. 187. & ſeq. verſic. Declaratur ſextò, & faciunt quæ dixi infra num. 158.

150 Et agitur iſto caſu ad reſciſsionem contractus, ſeu ad declarationem nullitatis contractus, & non ad læſionem pretij, adimplendam iure dominij, vel quaſi poſſeſsionis, vel quaſi, vt dicit Iacob. Menoch. dict. Remedio 15. numero 119. verſicul. praxis, quæ in primo vt experiatur minor: vbi dicit, quòd poterit minor, ſeu alter ſuo nomine agere Remedio reintegrand. 3. q. 1. ad rem recuperan-

dam, ſed mihi magis placet praxis tradita à Paul.
de Caſt.in conſi.105. ſi non interueniſſet iuramen
tum.col.fin.verſ.ſuper ſecundo.num.2. volu.2.&
relata, ac ſequuta à Ploto, in l. ſi quando.num.205.
verſ.vnum perpetuò notabis.C.vnde vi. qui con-
cludunt, quòd tutiùs eſt, quòd actor formet ſuam
petitionem narrando contractum nullum, & ini-
quum minùs ritè, & minùs rectè factum fuiſſe, nar
rando cauſſas nullitatis, & iniquitatis ſimul, vel
diuiſim, prout erit in pacto, & implorabit officiū
Iudicis petendo declarari: Aſſertum contractum
nullum, & ipſum non teneri ad illius obſeruantiā,
requirendo etiam ſucceſsiuè, eadem ſententia cō-
demnari illum, qui contraxit, ſeu acquiſiuit nulli-
ter, ad ipſa bona reſtituendum, & ipſorum bono-
rum poſſeſsionem relaxandum ſibi, & ita peten-
do non poterit ille, qui contraxit, vel acquiſiuit
contra agentem, referre quæſtionem dominij vel
poſſeſsionis, ex quo ab eo, vel ab alijs ſuo nomine
cauſſam habuit, & eſt ratio, quia agens non fun-
dat ſe ſuper dominio vel poſſeſsione, nec ſuper a-
liqua actione, ſed ſuper cauſſa prædicta ſolum, &
ſufficit, quòd cauſſa ſit talis qualem proponit ad
obtinendum, vt ibi dicit Plot.d.num.205. qui cæ-
teros allegat, nam ipſo iure annullatur cōtractus
cauſſa probata. l. in cauſſæ cognitione hoc verſa-
bitur.§.item relatum.ff.de minor.& hoc eſt intel-
ligendum, ſi minor prius pro ſua parte adimpleue
rit reſtituendo pretium receptum, vt per Crauet.
conſi.7.num.14.vol.1.& Rolan.à Valle, conſil.59.
nu.7.vol.1.& Grammat.deciſ.66.nu.22.ſeq.& nu.
61.Ari.Pinei.l.2.par.3.cap.1.nu.64.& ſeq.C.de re-
151 ſcind.vendi. Aliàs ſi remedium poſſeſſorium rein-
tegrandæ intentaret, poſſet fortaſſe emptor obij-
cere cōtra venditorē exceptionē dominij, vel qua
ſi, cū cōtractus ſit inualidus, & nō legitimè factus,
adnotata per Bart.in l.ſi quis conductionis, in fin.
verſ.vltimò oppono.C.locati.& per Iac.Menoch.
de recuper.poſſeſſ.remedio 11.nu.38.ver.declara-
tur primò, non procedere, vbi legitur, quòd licèt
conductor non poſsit contra locatorem refrica-
re quæſtionem dominij, tamen ſi locatio non fue-
rit legitimè facta, poterit conductor refricare
quæſtionem dominij, quod tamen non puto ve-
rum in poſſeſſorio recuperandæ, & reintegrandę,
vt per Ia.Machel.patro.13. Et ſic hæc remedia po-
terunt intentari cōtra tertios poſſeſſores, & quoſ-
cunq; habētes cauſſas à primis emptorib. & ab a-
lijs, cū alienatio à principio fuerit ipſo iure nulla,
& læſio facta in re, & in ſolēnitatib. & nō in pretio,
& ſic perinde habetur dicta alienatio, ac ſi nō fuiſ-
ſet facta, vnde vti res aliena nonquam exiuit vir-
tualiter ex oſsibus venditoris, nec dominium in
emptorem fuit tranſlatum, quia ex inutili con-
152 tractu non trāsfertur poſſeſsio, nec dominium,
nam ſi contractus non valet, nec eius quoque ac-
ceſſorium, quod ſui principalis naturam ſequitur,
vt eſt poſſeſsio, & dominium. ita refert Tyraquel.
de iur.conſtit.in 3.part.6. limit. nume. 16. & ſequ.
verſ.nec tunc longè diſtat.& num.50.verſic.deni-
que.quia ſupra tractauimus per text.in l.3.§. ſi ſti-
pulanti.ibi.non fieri eius appareat. ff. de donatio.
inter virum & vxorem. & dixit Bart. in leg. Aemi-
lius. verſicu. item reſtitutio. ff de minori. quòd
reſtitutio in integrum operatur contra quem-
cunque poſſeſſorem, & ſentit Iacob. Menoch. d.
remed. 15. nume. 191. verſic. praxis quæ. vbi dicit,
tali caſu cōpetere remedium reintegrandæ, quod.
competit etiam contra tertium poſſeſſorem iuſto
titulo, & bona fide poſsidentem. vt per Plot.leg.
ſi quando.num.65.verſi. remedium. C. vnde vi.&
Roland.à Valle, conſi.50.num.11.vol.2. & Benint.
in Rota, Bonon.deciſ.33. & quod non transferre-
153 tur dominium, & poſſeſsio, dicit Rolan. conſil.33.
nume.22.volum.1. Et fortificatur, quia oritur of-
ficium Iudicis, ſeu actio in rem, & ad rem, & non
actio perſonalis, quæ non datur contra tertium
poſſeſſorem, niſi in ſubſidium, vt annotârunt in
remedio leg. 2.Cod. de reſcinden. vendi. & in pa-
cto de retrouendendo.D D.in dict.leg.2. & Dida.
variar.reſolut.lib.2.cap.3.nume.10. verſi. ſupereſt
ad eiuſdem conſtitutionis.& Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres.
ff.ad Trebel. Alex.conſ. 10. videtur fortaſſe. vol.1.
Deci.conſ.187.& in leg.certi conditio.§.depoſiti.
num.6.ff.ſi cert.peta.& per patrem meum D. Ca-
rolum in reſpō.14. Domina Diameta. in 3. dubio.
& in reſponſo, 308. Ioannes Antonius de Luſig-
nano, lib. 1. per text. in leg. precibus. Cod. de rer.
permutat.& quòd oriatur officium Iudicis, aut a-
ctio realis ob rem alienatam ſine ſolemnitatibus,
vel à perſonis non legitimis, tradit Plot. in dict.le.
ſi quando. dicto numero 205. Cod. vnde vi. & vi-
detur text.in leg.in cauſſæ cognitione verſabitur.
§.interdum autem. & ibi gloſſ. in verb. prætoria.
ff. de mino. cùm ſit tutus ipſo iure iſte minor, &
ideo non competit reſtitutio in integrum. vt per
textum in leg. in cauſſæ cognitione etiam hoc. in
princip. & ibi gloſſ.ff. eo. Tyraqu. in l. ſi vnquam.
in verbo, reuertatur. nume. 456. & ſequen. Cod.
de reuocan. donat. at actio realis datur contra
quemcunque poſſeſſorem. leg. fin. ff. de ope. no.
nun. vbi Barto. & Crauet. conſil.298.ſub num. 7.
volum.2.& eſt tex.in leg.omnium.inſtit. de actio.
& in propoſito tradit Egid. Boſſ. in pract. crimi.
tit. de bonorum publica. nu. 77. Ergo & reſciſsio
& annullatio contractus inualidi, reſpectu rei re-
ſtituendæ, vt ſentit etiam Tyraquel. de retract.
154 lignag.§.8.gloſſ.5.nume.6.& ſeq.verſi. porro Cę-
polla bis, vbi dicit, actionem ex leg. aut ſtatuto eſ-
ſe in rem ſcriptam, & dari contra quemcunque
poſſeſſorem. Doctiſsimus verò Roderic.in præal-
legata allegatio.21.nume.7.verſi.plus dico, tenet,
reſtitutionem in integrum ex capite læſionis, &
etiam ex capite reſciſſorio, non dari contra ter-
tium bonæfidei poſſeſſorem, per text. ſingula-
rem, in leg. cauſſæ.la.2.§. Pomponius. cum leg. ſe-
quenti. ff. de minor. niſi in ſubſidium primo em-
ptore non eſſe ſoluendo, vt ibi dicit textus, & ideo
ſi ſecundus emptor ignorabat, venditionem fa-
ctam à minore, vel de re minoris, aut ignorare
poterat, tunc contra tertium poſſeſſorem, primo
emptore exiſtente ſoluendo, non datur reſtitu-
tio, aut poſſeſſorium reintegrandæ, ſi autem ſcie-
bat alienationem, tenetur ad rem reſtituendam
vnà cum fructibus, & ipſe poterit contra vendi-
torem agere, & redire, ita hæc probantur per tex-
tum in dicto §.Pomponius.& leg.planè. & leg.ſed
vbi.& leg.quod ſi minor.§.reſtitutio. ff.de minor.
& leg.minor.in principio.ff.de euict.qui tex. ſunt
multùm clari, & aperti, licèt §.interdum. dict. leg.
in cauſſæ.

in cauſſæ. videatur de directo aduerſari §. Pomponius, immediate ſubſequēti, nam. §. interdum. vult indiſtinctè, ꝙ minor poſsit agere contra ſecundum emptorē actione prætoria, vel actione in rem. Et §. Pompo. vult, quòd contra ſecundū emptorē poſsit agere minor, ſi ſecundus emptor ſciuit alienationem, ſi autem ignorauit, ꝙ non detur actio contra ſecundū emptorē, ſi primus emptor eſt ſoluendo, tamen ſecundum glo. in verb. emiſt. & in verb. vend. videtur, §. interdum. loqui de alienatione facta ſine ſolemnitatib. & §. Pomponius. de alienatione facta cū decreto iudicis, & ſic cum ſolēnitatib. & in caſu iſto loquitur Crauet. conſ. 7. nu. 15. libr. 1. & gloſ. in d. §. Pompon. in verb. ſciendum. & in d. leg. planè. in verb. in eum, intelligunt hoc procedere, niſi minori interſit rem propriam habere, & dicitur intereſſe ſibi, ſi grande damnum ſit minoris. l. ſi ex cauſſa. in princ. ff. de mino. quod grande damnum iſto caſu intelligo arbitrio iudicis perpend i debere, per latè tradita per Didac. Varia. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 11. & per Doctor. in l. ſcio. ff. de in integr. reſtit. & in terminis ita conſuluiſſe reperi patrem veritatis D. Alexa. in conſ. 67. videretur. numer. 2. & ſequen. volumin. 5. Vnde ex his poteris colligere, an & quando poſsit minor
155 agere contra ſecundum emptorem. Cui ſubijcio, quòd quando à tutore, vel curatore falſo, & non legitimo, qui non fecit fienda, alienatio ſequatur minore abſente, licèt pretium eſſet conuerſum in vtilitatem minoris, tamen hoc caſu minor poterit agere ad rem, contra quoſcunque poſſeſſores, & ad fructus, vti res vendita ab eo, qui non habuit authoritatem alienandi, licèt de rato promiſiſſet, vt per Roland. à Valle, conſilio 76. numero tertio. volum. primo, & per ea, quæ ſupra dixi numer. 32. & ſequent. & faciunt adnotata per Ruin. conſilio 168. num. 23. volum. 1. & Petr. Beninten. Rota Bonon. deciſio. 38. quidam emerat, vbi concludunt, rem alienatam per fratrem, aut procuratorem no mine domini, pro quo de rato promiſſum ſit domino non ratificante, non afficere verum dominum, nec eum impedire ad agendum contra quēcunque poſſeſſorem ad rem, & ad fructus, quia nō potuit in præiudicium domini, dominium & poſſeſsionem transferre bona fide & titulo in emptorem, adnotata per Doctor. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. Bart. l. mater. C. de rei vendic. & Afflict. deciſio. 369. numero 2. Circa vero fructus intellige contra emptorem, & vniuerſalem ſucceſſorem, non autem contra ſingularem bonæ fidei ſucceſſorem, adnotata per Iaco. Menoch. de recuperan. poſſ. remedio. 15. quæſtio. 40. Et o-
156 mnia prædicta procedunt, etiam in minore conuerſo, & religioſo, vt per Paul. de Caſtr. conſil. 452. volum. 1. Duran. de arte teſtan. titul. de ijs, qui non habent teſtamenti factionem, cautel. 2. Alexand. conſilio 143. nume. 4. volumi. 7. licet in conſil. 212. ponderatis. volu. 2. teneat contrarium in religioſo. & Maran. in ſuis diſput. quæſt. 8. num. 15. qui loquuntur in religioſo non conuerſo, & in ſacris cōſtituto, & in conuerſo, non profeſſo loquitur Bar. in Auth. ingreſsi. num. 56. verſic. quæro quid ſi ingreſſus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. qui dicit, idem tenere Cyn. ibi colum. 7. in fin. nam ante profeſsionem quis nō dicitur ingreſſus, vt per Bar. in Auth. ſi qua mulier. colum. fin. C. eodem. Dec. conſ. 33. cā num. 4. Marc. Anton. Bard. in tract. de tempo. vtil. & contin. cap. 3. ſub num. 10. & latè diſputat Phan. in tractatu de lucr. dot. glo. 5. nu. 24. & faciunt adducta per Abba. in ca. non dubium, de ſentent. excom. vbi habetur, quòd diſpoſitio odioſa loquens de monacho, non habet locum in conuerſis, & ſequitur Egid. Boſsi. in pract. crimin. tit. de coitu dānato. in fin. & Guid. Papę. deciſ. 563. in fine, vbi dicit, quòd non ſunt religioſi, & poſſunt contrahere matrimonium, & habere proprium, & Marcus Anton. Bar. d. cap. 3. ſub num. 7. car. mihi. 31. dicit, quòd debet ſtare continuò in religione per annum, ad hoc, vt dicatur profeſſus, vel profeſſa, & in donatione loquitur Ancha. conſ. 69. incip. cōtra donationem, & Crauet. conſilio 325. colum. 2.
157 & Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 28. Et ſic patet, quòd conſenſus propinquorum à ſtatuto requiſitus, & quælibet alia ſolemnitas ſtatutaria & legalis, haberet locum in conuerſo religioſo non profeſſo, aliàs alienatio per eum facta, vti nulla ipſo iure, remanebit penes monaſterium, ſecundum Iacob. Petr. & Cyn. in d. Authentic. ingreſsi, quos ſequitur Iacob. Nouell. regul. 27. in verbo, ingrediens, & ideò non gaudeant parentes ſecundum iſtos Doctores, de filiabus eorum monialibus minoribus, & non profeſsis decedentibus, quia dotes earum non poterunt repetere, ſed monaſterio remanebunt, & præcipuè cum ſint veſtitæ habitu moniali, & cum ſolemnitatibus monialium receptæ, & ſub obedientia collocatæ, quia tunc habētur pro religioſis, & ac ſi profeſsionem feciſſent, vt dicit Archidiac. in capit. nunc autem. 19. quæſt. 3. quem refert, & ſequitur feſtiuè Roderic. Suarez in ſua allegat. 20. numero vigeſimonono, verſicul. quartò, & hoc eſt notandum. Et iſte minor nedū non poteſt bona ſtabilia, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, alienare ſine ſolemnitatibus, & cauſsis ſupradictis pro indigentia ſua, ſed etiam non poteſt pro dotibus reſtituendis, nec pro dote ſoluenda ſorori ſuæ ſine decreto, & ſolemnitatibus alijs alienare, nec tacitam inducere obligationem, vt per text. in l. lex quod tutores. C. de adminiſtr. tutorum. & ibi notat Bartol. & Bald. in l. nulla. in fin. C. de iur. doti. & in conſilio 108. volum. 1. Dec. conſilio 302. in cauſſa, quæ Ferrariæ agitatur, Anto. de Fan. de Pignor. in ſecunda part. 4. mem. 6. numero 74. & ſequent. verſicu. ſed dubium eſt, quid in muliere, & in 8. part. prim. membr. numero 26. verſicul. inſuper Bartol. in l. prima. in fin. C. ſi aduer. dot. & ſentit Tyraquel. de retract. lignag. §. primo. gloſſ. 14. numero 91. & ſequent. Roland. à Valle, de lucr. dot. quæſt. 45. quid iuris. & Phanu. d. tractat. de lucro. dot. gloſſ. 10. nu. 17. verſ. 3. da-
158 bitur. & nu. ſeq. vbi concludunt, etiam non habere locum ſtatutū de lucro dotis, niſi ſtatutū ipſum dotem cōſtitueret, quia tunc vti conſtituta à lege præter hominis voluntatem, non indigeret ſolēnitate aliqua ſtatutaria, aut legali, vt conſuluit etiā Ruin. conſil. 61. vol. 3. quod videtur durum, circa lucrum dotis non conſequendum, cum maritus ita ſupportat onera matrimonij, & multo plus in ætate adulta, & in pubertate, ſicut quando ſunt
159 in ætate perfecta, & matura, vt experientia docet, & ſtatutum de lucro dotis ita habet locum in

muliere viri potente minore, ſicut in maiore 25. annis, vt latè per Roland. d. tract. de luc. dot. quæſ. 44. cadit quoque alia dubitatio. Et tale lucrum principaliter conſtituitur propter huiuſmodi onera matrimonialia, & ſic ex cauſſa oneroſa, & nó lucratiua, ſecundum Adden. ad Mattheſila. ſing. 73. nota quod ſtatutum numero ſecundo, & ſing. 72. vbi dicunt communem, & Roland. de luc. dot. quæſt. 4. quoniam in ſtatuto, ſub nume. 9. & ſequ. vbi dicit, quòd eſt communis opinio, & quòd ab ea nullo modo in iudicando eſt recedēdum, & ita ſentit Phannuc. de luc. dot gloſſa 8. num 1. & ſequ. & numero 11. vbi dicit, quòd reſpectu mariti eſt lucrum, ſed datur propter onera matrimonij, & ita poſſunt concordari alij Doctores, tenentes, quòd huiuſmodi lucrum ſtatutarium ſit, & proueniat à cauſſa lucratiua, & non oneroſa, vt voluit Boerius deciſio. 185. ſub numero 10. verſiculo, Sed ſi donatio. aſſerens, eſſe magis communem opinionē: nam procedit reſpectu mariti, ſed reſpectu oneris matrimonij eſt oneroſum, & procedit à cauſſa oneroſa. Circa verò reſtitutionem dotis, aut lucri conſequendi, de dictis bonis immobilibus, benè videntur determinare Doctores, per textum. in d. l. lex quæ tutores. C. de adminiſtra. tutorum, quòd conſtitutio dotis bonorum immobilium debeat fieri cum authoritate tutoris, & decreto iudicis, aliàs non valeat, videlicet ad hoc, quòd faciat emptionem, maximè in præiudicium minoris, & ſic quòd maritus de dictis bonis aliquid non poſsit lucrari, & illa reſtituere teneatur, & non æſtimationem, ſed quòd non debeat ſaltem lucrum dotis conuentæ conſequi, poſtquam eſt conſtituta dos, hoc non dicit Roland. de lucr. dot. d. quæſtio. 45. Nec bona ipſius minoris ſunt tacitè obligata pro dotibus, vt per Bart. l. ſi conſtante, numer. 74. ff. ſolut. matrim. tamen communis eſt in contrarium, vt per Ant. de Fan. de pign. in ſecunda part. 4. memb. num. 73. & 74. vbi loquitur etiam in vxo

160 re minore. car. 101. Et prædicta extende etiam ad augmentum dotis bonorum ſtabilium, aut mobilium, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, adnotata per Roland. dicto tractatu de lucr. dot. quæſtio. 100. nunquid ſtatutum de lucro dotis. Iaſo. Rubric. ff. ſolut. matrim. num. 39. & ſequen. Pariſ. conſil. 126. volum. 1. & Cagnol. in l. cum principalis. ſub num. 3. ff. de regul. iur. vbi dicit, quòd augmentum dotis efficitur ipſa dos ſubſtantialiter, cùm dos ſit vniuerſale quoddam, quod reſpicit diminutionē, & incrementum. Cornel. conſilio 302. numero 13. & ſeque. & conſil. 240. num. 4. volum. 3. & faciunt tradita per Boer. deciſio. 50. numer. 19. & ſequent. Et licèt dos æſtimata data à minore marito in bo-

161 nis immobilibus, & mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt abſque ſolemnitate legali & ſtatutaria, non faceret emptionem, & eſſet nulliter in dictis bonis conſtituta, tamen ſi dos ſemel fuiſſet cum ſolemnitatibus facta alienabilis, & conſtituta primo marito, poſſet poſtea ſecundo, & tertio viro conſtitui abſque alia ſolemnitate, vt per Rui. conſilio 61. volum. tertio, & Phannuc. vbi ſupra d. gloſſ. 10. numero 27. & ſequen. car. mihi. 435. quod videtur procedere reſpectu prioris obligationis, quo caſu minor non tenetur etiam extra dotem adhibere ſolemnitatem ſtatutariam, cùm ſit facta ſemel alienabilis cum omnib. ſolemnitatibus, vt per Paul. de Caſt. conſ. 183. nu. 6. in 1. par. Dec. & alij in l. ſi tibi. nu. 5. ff. ſi cert. pet. Tyraq. de leg. connubi. in gl. vi. ſub nu. 181. & ſeq. vbi extendunt etiã ad Eccleſiam, alienantem in emphyteuſim cum ſo-

162 lemnitatibus, & poſtea ſine ſolemnitatib. Nec poterit iſte minor repelli à limine iudicij per aduerſarium, ex eo, quia venit contra factum propriũ, vel eius defuncti. Quo caſu non deberet audiri etiam, quòd alienatio ſit inutilis, & prohibita, adnotata per text. in l. ſi vſusfructus. ff. de iure. doti. & l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. vbi quis non poteſt venire contra ceſsionem à ſe factam, licèt ea per ſe non teneat, & adſentit text. in l. quidam. §. primo. ff. de donat. vbi ſi quis rem donauerit eius, cui ſucceſſurus eſt, licet donatio non valeat, tamen ei etiam poſtea illi ſuccedenti denegandæ ſunt in totum actiones hæreditariæ, & dicit text. in l. quod meo. §. ſi furioſo ff. de acqu. poſſeſ. quòd ille, qui rem tradit furioſo, poſſeſsionem perdit, licèt in furioſum non transferat, & alia ſimilia adducit Tyraquel. de Retract. lignag. §. primo. gloſſ. ſecund. num. 7. & ſequ. & §. 26. gloſ. 2. nume. 7. 8. vbi dicit Bart. poſt Antiquiores Vltramontanos in l. non dubium. colu. 3. verſ. oppono quod ſecundum. C. de legib. tenere, quòd contractus factus contra legē, aut ſtatutum, licet ſit nullus, quantum ad commodum eorum, qui ita contrahunt, valet tamen quantum ad eorum incommodum: Nam illud procedit, quando ſtatutum, aut lex ſimpliciter ꝓhibet fieri contractũ, & ſic in pœnam transfertur ad proximiores, non autem quando ſtatuit fieri contractum cum ſolemnitatibus, & decreto iudicis, vt eſt in alienatione bonorum minoris, Eccleſiæ, pij loci, & vniuerſitatis, quia iſto caſu contractus eſt ipſo iure nullus, & poteſt ab ipſo contrahente annullari, & retractari. Tyraq. de retract. ligna. §. 26. gl. 2. numero 11. verſi. quæ autem dicta ſunt. Quia quando actus eſt ipſo iure nullus, tunc poteſt quis venire contra factum proprium, aut defuncti. l. poſt mortem. & ibi not. Bartol. ff. de adopt. Abbas in capitul. noſti. de electioni. latè per Bertachi. in tracta. de Epiſcop. in 4. parte 4. membro. ſub numero 79. Alexand. conſi. 66. numero 5. volum. 6. & in conſilio 123. nume. 5. vol. 1. Sebaſt. Vant. de nullit. ſentent. quot. & intra quod tempus. num. 51. Dec. conſ. 187. colum. fina. verſic. ſecundò reſpondetur. & latè per Tyraquel. de retract. §. 1. gloſ. 11. numer. 13. Boer. deciſio. 102. in fin. & Pariſ. conſil. 53. numero 15. & num. 16. volum. 1. & ideo agens ad reſcindendum cõtractum ſimulatum, poteſt venire contra factum propriũ. vt per Bartol. in l. filios. C. de reuocand. ijs, quæ in fraud. & in l. poſt contractum. col. 3. verſicu. ſed an venditor ipſe. numer. 6. ff. de donatio. & maximè quando ipſe venditor, aut eius hæres vult dicere contractum fictitium, & ſimulatum. vt ibi per eũ. & idem dicit in conſ. 565. Petr. Nicol. Paul. de Caſt. in l. cum legem. verſ. ex hoc ſic infertur. ff. de legi. & Dec. in conſil. 13. ad fin. & in minore, & Eccleſia alienante ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, & à iure requiſitis habet. per text. in l. in cauſſæ cognitione verſabitur. §. interdum. & §. Pomponius. ff. de mino. Iaſ. in l. ſi don. nu. 7. C. de collat. Tyraq. in l. ſi vnquam. nu. 406. & nu. 420. C. de reuoc. don. & in tract.

in tract. de retract. ligna. d. §. 26. gl. 2. num. 5. & ſeq. verſic. ſed dubitari poſſet, vbi pulchrè, & diſtinctè
163 loquitur, & pro ſingulari tradit Cremenſ. ſing. 113. ſtatuto cauetur, vbi dicit, ꝙ ſi minor, aut mulier, aut Eccleſia alienat bona liuellaria abſq; ſolemnitatib. ꝙ per hoc non cadit à iure ſuo ob contractũ nullum, & ibi addentes extendunt, ad retractũ reſpectu propinquioris, & vicini, ſequitur Ioan. Trigo. ſing. 38. bene ſcis. Tyraq. d. §. 1. gloſ. 2. & §. 26. d. glo. 2. & Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 13. verſ. item quæro. quia dicunt, ſtatutum, & quamlibet aliam diſpoſitionem, intelligere de actu valido, & non de inualido. Afflict. deciſ. 21. num. 13. deciſ. 283. nu. 1. & latè conſuluit Pater meus in conſ. mihi primo incipiente, agitur de nullitate inſtruméti. volum. 2. & in reſponſ. 309. Petrus olim S. Matthei. in primo dubio, libro primo, vbi dicit, hoc maximè procedere, ſi iſta alienatio fienda cum ſolemnitatibus fuerit facta reſpectu, & in fauorem minoris, mulieris & Eccleſiæ, vt hoc caſu dicitur ordinata ob minorem ætatem, fragilitatem ſexus, & ne decipiantur, & circumſcribantur eorum facilitate, vt per Iaſo. in l. ſciend. num. 11. ff. de leg. 1. Alexa. conſil. 189. viſo ſtatuto. num. 2. volum. 7. & Dec. conſi. 612. & Craue. de indemnit. mulier. nu. 8. quo caſu poſſet dici, prædicta non habere locum in alienatione facta à minore Doctore effecto, & in ſcholare, quia ceſſant prædicta, vt per Ioan. Fab. §. item Seruiana. ſub num. 7. inſtit. de actio. Curt. Iun. in l. item quia. nu. 49. ff. de pact. Bart. in l. ſed & reproba. num. 3. ff. de excuſa. tut. & Chriſtophorus Por. in §. fin. ſub num. 6. inſti. de leg. par. tut. Aluiſ. ſing. 87. Doctor, & Petr. de Rauenna ſingu. 284. minor. & Paul. Leo de ſubſtit. compendioſa. numero 135. cart. 273.

164 Quæ autem ſolemnitates requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, latè tradit conſulendo Doctiſs. Roderic. Suarez in ſua allegat. 21. in cauſſa iſta. num. 1. vbi allegat text. in ca. tua nuper. de ijs, quę fiunt à Prælat. vbi requiritur, authoritas & conſenſus prælati, aut capituli, vel conuentus, cum confirmatione Pontificis, & melioratione permutationis, aut alienationis bonorum Eccleſiaſticorum. & Arnol. ſing. 66. & ſingul. 72. & Beninten. Rota Bonon. deciſ. 13. vbi loquuntur de Paulina Põtificis. & Petr. Anchar. Regienſ.
165 quæſt. 52. & ſeque. in 2. part. Nec poteſt emptor, & poſſeſſor bonorum minoris, mulieris, aut Eccleſiæ retinere dicta bona, pro melioramentis factis, per eum in dictis bonis, nec pro expenſis neceſſarijs, quia cùm bona ad eum peruenerint cum vitio, aut delicto, non poterit ea retinere ope exceptionis, ſed neceſſe habebit illa reſtituere. c. final. de ord. cogn. Iaſ. in l. 1. nume. 10. C. de ſer. fugi. Capici. deciſ. 119. Iac. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remedio. 11. num. 21. verſi. declaratur nunc non procedere. licèt poſſit ea conſequi officio iudicis, vt per text. in l. domum. in fi. vbi omnes. C. de rei vendicat. & pulchrè, & diſtinctè loquitur Iac. Menoc. de recuperanda poſſeſſ. remedio. 15. numero 514. verſicul. ſecundus eſt caſus, & numero 537. verſic. quintus eſt caſus, vbi ſub quæſti. 39. numero 499. & ſeq. latiſſimè declarat, quando bonæfidei poſſeſſor, & quando malæfidei poſſeſſor repetunt melioramenta, & expenſas neceſſarias, vtiles, & voluptuarias, & infra latius dicam titulo de re furata, vel non reſtituenda. cap. 6. vbi colligitur etiam, quæ ſint melioramenta, & aliæ expenſę neceſſarię, vtiles, & voluptuariæ, & quomodo æſtimantur, & habetur etiã per Paul. de Caſt. conſ. 377. vol. 1. cóſ. 170. vol. 2. Bero. q. 96. & Boer. deciſ. 44. & deciſ. 84. nu. 12. & Neguſa. de pign. in 5. part. memb. 4. nu. 9.
166 & ſequ. Et in cauſſa reſtitutionis prædictæ malæfidei poſſeſſor tenebitur fructus perceptos cõpenſare cum melioramentis, & expẽſis neceſſarijs, attento, ꝙ fructus tunc temporis non ſpectabant, nec pertinebant ad ipſum malæfidei poſſeſſorem, ſed ad ipſum minorem, cùm ſit facta alienatio ſine ſolemnitatibus à iure & ſtatuto requiſitis, vt ſuprà demonſtraui, nu. 32. & eſt text. in l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. & ibi gloſ. ff. de minor. cum ſit in malæ fide iſte, qui emit ſine ſolemnitatibus iuris, & ſta-
167 tuti, vt dicit Iacob. Menoch. d. remedio 15. numer. 177. & ſequ. verſi. declarantur duo relati caſus. Et quando fructus ad ipſum percipientem non ſpectant tempore perceptionis, ſemper compenſantur cum melioramentis & expenſis neceſſarijs, etiam quod percepiſſet domino ſciente, & tacente, vt tradit pulchrè Ant. de Fan. de pign. nu. 12. & ſeq. verſ. 5. concluſ. in 5. par. 4. memb. & Bero. q. 22. maritus. vbi loquitur in marito percipiente fructus bonorum, tacitè paraphernalium eius vxoris, in quib. fecit melioramenta, & determinat, ꝙ maritus cõpenſat fructus tacitè perceptos cum melioramentis, ex eo, quia eos ipſe nõ faciebat ſuos muliere nolente. & Afflict. deciſ. 87. nu. 6. & ſeq. & ſic clarè habes determinatum, quomodo bona minorum debeant alienari, & per quas perſonas, & quæ requirũtur in huiuſmodi alienatione, & quomodo ſit agendum ad annullandum contractum, & ad rem recuperandã, & ſi ſubtiliùs, ac copioſiùs cupis intelligere, vide pulchrè per Iaco. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remedio. 15. q. 15. vſq; ad q. 16. vbi ad ſaturitatem.

168 Quæ autem procedunt in contractu & alienatione non iurata, ſecus autem in alienatione iurata à maiore infante, quia tunc videtur huiuſmodi alienatio, vti facta à maiore valere, cùm iuramẽtum faciat minoré eſſe maioré. c. ſi verò. & c. ſi debitores. ex. de iureiur. & ita ſentit plura adducendo Crauet. conſ. 102. Ioan. conſ. 7. nu. 4. li. 1. & Pariſ. conſ. 97. nu. 1. vol. 1. niſi in die feſto iuratũ fuiſſet, vt perferat cautel. 3. cõmuniter & Plot. l. ſi quãdo. nu. 755. C. vnde vi. tamen contrariũ tenuit Bar. in l. 2. col. 2. verſ. quæro quid ſi minor. & ibi DD. C. de reſcind. vend. & Petrus Anchar. Regienſ. q. 20. cum quidam. in prima parte, attento, quòd lex, & ſtatutum prohibet, minorem & mulierem contrahere ſine quibuſdam ſolẽnitatibus, quo caſu contrafaciens, dicitur peccare mortaliter. & ideo cõtra peccatum non poteſt operari iuramentum, quia magis peccaret, vt dicit Bart. in l. ſi quis pro eo. in 3. colum. verſ. tertio dicit. ibi, aduerte tamẽ. ff. de fideiuſſo: vbi dicit, quòd vbi lex non ſolùm prohibet contractum, vel alienationem tantùm, ſed etiam præceptum dirigitur ad perſonam prohibitiuè, puta quòd mulier, aut minor nõ alienet, vel non emat, & ſic de ſimilibus, tunc talis contractus non poteſt iuramento firmari eo, quia pręceptum legis factæ ab habente poteſtatem ligat, & con-

& contraueniens peccat mortaliter, cùm ſcriptũ ſit: qui non obedierit principi, morte moriatur. cap.ſecundo, de maio. & obedi. Sed iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis eſt nullum, cum ita demum debeat obſeruari, ſi non vergit in diſpendium ſalutis æternæ. Et ideo hoc volo te notare multum, propter ſtatuta diuerſa, quæ fiunt per mundum, vt ſemper inſpicias, an ſtatutum prohibeat perſonas contrahere, puta vt nullus contrahere audeat cum muliere, vel vt mulier non contrahat, niſi certo modo, quia ſi contrahat, contractus non firmatur iuramento, & idem dicit in 5.colum.in fin.5.quæſtio.ibi dicit, quòd ſi prohibitio fiat ex parte debitoris, puta vt nullus minor, vel nulla mulier poſsit aliquem contractum facere, ſine certa ſolemnitate, ſi contrahat, non firmabitur contractus iuramento, propter peccatum mortale inde reſultans, quod iterum commẽdat propter multa ſtatuta terrarum, & pulchrè, & diſtinctè ſequitur doctiſsimus Roderic.Suarez, in titulo de Las Arras.nu.23.& ſequ. verſic.quæro tertio.car.mihi.427.vbi dicit ſub numero 25.opinionem hanc Barto. communiorem, & melius fundatam, & eam fuiſſe ſequutam Alex. in conſil.59.viſo inſtrumento. ſub num.3. colum. 2.verſ.ſed ſi loquatur.volum.1. & ab iſta opinione non eſſe recedendum, dicit Rota Bonon. deciſio. 47.& ita fuiſſe iudicatum dicit Grammat.deciſio. 12.& ita practicari, dicit Appoſtilla. ad Dec.conſi. 45.quod ſupra maturè.num.2.vbi aſſerit, inanem videri Authen. ſacramenta puberum. C.ſi aduerſ. vend.& non eſſe Authen. ſed fragmentum extrauagantis Frederici Barbaroſſæ, & in regno ſuo nũquam fuiſſe receptam, & quia latiſsimè de materia integra iuramenti ſuper contractu nullo interpoſito, ſum loquutus infra titulo, De dote marito conſtituenda, cap.7.verſicul. Nec etiam procedit tale ſtatutum, ideo vlterius non inſiſtam, vide ibi,
169 & Ari.Pinel.in l.2.in ſecunda part.cap.primo, numero 9.& ſequent.verſic.ſecunda inſpectio. C. de reſcind. vendit. Retenta tamen præallegata opinione, & petita ad cautelam à ſolutione à iuramẽto ad effectum agendi, aut excipiendi, quæ multum operatur.vt per Afflict.deciſio. 263. nume. 4. & deciſ.322.num.12.Pariſ.conſ.75.volu.3. & Rota Bonon.deciſ.14.quidam fuit, & dixi d.ca. 7. & per Crauet.conſi.7.num.6.& ſequen.volum.1.& prædicta omnia procedunt etiam inter emptores, & venditores minores, quia iſto caſu vtitur priuilegiatus beneficio ſuo contra priuilegiatum, vt per Bar.in Auth.quas actiones.nu.3.C.de ſac.ſan.& in l.verum.§.fi.ff. de minoribus.

170 Intellige autem alienationem ſine ſolemnitatibus factam non valere in præiudicium minoris, in eius fauorem benè quidem, ipſo minore volente, & non aliter, vt per Bart.in l.ſi is.ff.de eo, qui pro tutor.vel curator.in l.prima.ff.quod cum falſ. tut.& in leg.2.& ibi gloſſ.C. qui legit.perſon.hab. ſtand.in iudic.& l.non ideo minus.C. de procura. vbi Doct.& hoc re integra, hoc eſt, antequam pars aduerſa opponat de nullitate cõtractus, licet Bal. in d.l.non ideo minus, dicat, quòd ſi aduerſarius minori aſſerit acta non valere, & reuocari petat, tanquam facta pro minore à curatore, vel procuratore ſuo non legitimo & minor contradicat, quia fauorem ſuum contineant, illa non ſunt reuocanda, ſed valent, & latè habetur per Anton. de Tremol.in Appoſt.ad Vbert. de Bonacurſ. in ſua pract.ciu.de imped.execu.lit.D.num.14.quia cõtrarium voluit Iaſ.in d.l. non ideo minus. nume.1. verſic.limita.C.de procura.& eſt gloſſ.in l. cauſſæ cognitione etiam hoc, in verb.nec inter. ff. de minoribus, & latè conſuluit Roland.à Valle, conſilio 99.num.33.& ſequen.volu.1. & tradit ſubtilis Ari. Pinel.in l.1.in 3.par.num.32.& ſequent.verſic.hæc tamen intelligit.C.de bon.mate. vbi ſub num. 36. dicit, quòd minor, quando approbat contractum in eius fauorem factum ſine ſolemnitatibus, debet declarare cum ſolemnitatibus, & facta declaratione ſi reperitur læſus, quòd poterit variare, etiam ſi renũciauerit reſtitutioni in integrum, per text. in l. & ſi ſine §. reſtitutus. ff. de minori. facit Capici.deciſio.110.in cauſſa Nicolai.num.2.quod
171 notabis perpetuo. An autẽ teneatur minor prius agere contra tutores alienantes, quàm contra emptores, vide Guid.Pap.ſingul.dec.ſi fuerit. Alciat. in l.pactum curatoris.in fin. C. de pact. & Plot. in d.l.ſi quando.num.203.verſicu.& ſicuti poteſt.C. vnde vi.vbi videtur, eſſe in electione ipſius minoris. Quod corroboratur per ea, quæ ſupradicta ſunt, de ſecundo emptore, an minor poſsit agere contra ſecundum emptorem, vt dixi ſupra nume. 151.& tradit Bartol.in l.tutorem.nume.4.ff.de his quibus, vt indig.ſentit Roland.à Valle, conſili. 10. numero 18.& ſequent.volum. 2. & vide quæ ſupra dixi num.100.

172 An autem tutor, & curator teneatur de euictione emptori, propter huiuſmodi alienationẽ diſtinguendum duxi. Aut loquimur de tutore legitimo, qui ſolemnia fecerit, aut de illegitimo, qui non fecerit ſolemnia, ſi de legitimo, & iuridico tutore intelligis, & in alienatione non fuerunt ſolemnia adhibita, ſi minor vendicat bona alienata, vel tertius contradictor, & ſe & bona non obligauerit tutor, tunc de euictione non tenebitur, vt per Doct.in l.1.C.cred.euict.vbi Bartol.dicit, millies allegaſſe tutorem in ſui ſpecie non teneri pro venditione facta nomine pupilli, & ſequitur Iaco. Nouel. regula 230.in verbo, venditor.in prima fallentia, & eſt text.in l.illicitè.ff.de rebus eorum. ſecundum Bartolum, in l.cum vir.ff.de vſuca.& ſentit Crauet.de indemnit.mulier.num. 14. & ſeque. verſicul.tertio fundatur.car.mihi. 241. Secus ſi ſe, & bona ſua obligaſſet, quia teneretur de euictione propter pactum, & conuentionem, cum alias emptor non emiſſet dicta bona minoris. l. & ſi. 15. C.de præd.minor.& ibi Bald.& Docto.Boeri. deciſio. 80.in prima par.& deciſ.273. in ſecunda par. latè, & pulchrè Socin.conſil.2. volum. 2. Salic.l. & qui. colum.fin.C.quod cum eo.& Crauet. vbi ſupra num.14.& ſequent.in tertio, quarto, & octauo fundamento.& num. 39. vbi loquuntur etiam de procuratore, & alio adminiſtratore, nedum neceſſario, ſed etiam voluntario, de quibus etiam latè dixi, infra titulo de procuratore.capit. 3. verſic. & in contractibus venditionum. Si autem loquimur de tutore illegitimo, & falſo, qui non erat tutor, aut non fecerat inuentarium, vel ſolemnia ad tutelam. Ioan. And. in addi. ad ſpec. titulo de ſent. prola. §. quoniam, verſic. quid ſi procurator.

& Soc.

& Soc.d.conſ.2.num.8.verſi.tertius caſus.& Cornel.conſil.263.his tamen.volumi. 4. & Beneuent. Strac.in tract.de aſſecuratio.in præfati. num. 74. tenent, procuratorem falſum teneri ad intereſſe, & ſic de euictione etiam, quod pretium ſit verſum in vtilitatem domini: mihi tamen in propoſito caſu videtur tenendum, tutorem illegitimū, & quēcunque alium vendentem nomine alieno, non teneri de euictione emptori, ſi ſe, aut bona ſua non obligauerit, cùm nomine officij ſui hoc fecerit, vt per Bart.in d.l.cum vir.ff.de vſucapio. Crauet.vbi ſupra num.18.& 20.& in octauo fundamento, nu. 28.verſic.ruſus illa ratio.& per Docto.ſupra allegatos, cùm emptor ſciuerit bona vendere voluiſſe tutorio nomine, & ſic nomine alieno. Ideò debebat pſcrutari, an erat tutor legitimus, & an poterat alienare dicto nomine, & ſi non poterat, debebat facere ſibi obligare ſe, & eius bona, aliàs dicitur in dolo, & non poteſt contra venditorem agere ad intereſſe, adnotata pulchrè per Lanfranc. in ac.quoniam contra, de probatio. titul. de expenſis.num.4.verſic.notate ſingulariter.vbi inter alia dicit, quòd debet emptor ante emptionē cōſiderare omnia, quæ eum impediunt agere, & ſic videre: an venditor ſit talis, qualem ſe facit. & faciunt adducta ſupra, num.30. verſicu. quia debet actor.& ſentit Franc.Marc.in deciſio.99. nume.5. in ſecunda part.& deciditur per text.in l. final. C. communia de legat. & Areti. in l. ſi aliquam rem. nume.5.ff.de acquiren. poſſ.vbi emptor, qui ſcienter emit rem alienam, à non domino, non poteſt agere de euictione contra venditorem, ſed ſolùm ad pretij reſtitutionem, vt ſequitur etiam latè Didac.Variar.reſolut.lib.3.cap.17. numero 1. & ſeq. & ſcire, aut ſcire debere æquiparantur. Nam non excuſatur prætextu ignorantiæ, qui ſcire potuit quod ignorat.l.Regula.ff.de iur.& fact. ignorant. Guido Pap.ſingu.227.non excuſatur.& Rota Bononienſ.deciſio.69.agebat.numero 2. & ſequ.faciunt adducta per Tyraquellum de retract. ligna. §.35.gloſſa quarta.numer. triceſimo quarto. quod intelligo, etiam ſi iſte venditor pretium non conuertiſſet in vtilitatē domini, ſed in vſum propriū, poſtquam emptor ab eo emit vti tutore, vel adminiſtratore, & ſic ei vti alienæ perſonæ, adhibēdo ei fidem, ſoluit pretium, de cuius exitu ſcire haud ſpectat emptori, poſtquam rei emptę accepit poſſeſſionem, & quoad eum liberas habeat ædes vēditor. Aret.§.retinendæ.num. 6. inſtit. de interdi. & faciunt notata per Barto.in Auth. hoc ius por-
71 rectum.num.17. C. de ſacro. ſanct. Eccleſ. & Dec. conſ.330.concluſio. num. 3. vbi ſolutio facta procuratori ex vna cauſſa apta ad recipiendum pretium, liberat ſoluentem, & valet, licèt cauſſa allegata non ſortiatur eius effectum, & ita videtur dicere Bart.l.Lucius.§.tutel.ff. de adminiſtr. tuto.& vide pulchrè per Beneuen.tract.de adiecto.nu.27. & ſeq.verſ.vndecimo relata regul. car. 202. & Ari. Pinel.in l.2.in ſecunda part.capit.primo. numero 29.& ſeque.C.de reſcind. vendit. benè verum eſt, quòd tenetur venditor ad reſtitutionem pretij, & non ad intereſſe, quia res euincitur non propter pretium vero domino non ſolutum, ſed propter ſolemnitatem non obſeruatam, & actum imperfectum, ac ratihabitionem non ſequutam, vel obligationem anteriorem. Quod ſecus eſſet, ſi ſolum propter conuerſum pretium in eius vſum res imperfectè alienata euicta fuiſſet à vero domino, quia tunc ad intereſſe, ad damna, & ad expenſas teneretur, & contra eum poſſet iurari in litem, adnotata per Crauet.conſil.286.colum.2.& Plot.d.leg.ſi quando. numero 209. verſicul. poterit etiam in litem. C. vnde vi. Bartol.in l.tutor, qui repertoriū. §.ſi quas vſuras.ff.de adminiſtrat.tut.& in l. quod ſeruus.ff.depoſi.& ita eſt intelligendus Bartol. in l.ſi in rem.C.quæ res pignor. obliga. poſſ. nam ibi tutor ſine præſentia minoris imperfectè vendidit.

174 Nec habent locum adducta per text.in l. rem alienam.ff. de contrah.emptio. & per Anton. de Fan. de pignor.in 6.part.membr.1. numero quarto, & ſequen.verſicul.quinto, quæritur. cart. mihi. 431. vbi vendens rem alienam & debitoris, tenetur de euictione, quia ibi emptor eſt in bona fide, cùm venditor præſumitur dominus, & creditor rei alienatæ, vt per Afflict. deciſio.373. fuit. & Crauet.
175 conſil.111.num.18.& Calca.conſil.100.ſub nume. 8.& ſentit Plot.l.ſi quando.numero 204. fallit. C. vnde vi. Fac vt ſcias tamen, quòd licèt minor, aut mulier poſsit contrauenire alienationi factæ per tutorem, aut adminiſtratorem non legitimum, non tamen poterit tutor, & quilibet alius venditor nomine pupilli aut filij contrauenire, & petere annullationem contractus ex capite reſciſſorio, mortuo minore, aut filio, & ei ſuccedente, propter cōſenſum, & factum ſuum: Nam licèt ex parte minoris non valuerit alienatio, tamen ex parte alienātis etiā nomine alieno valuit alienatio, adeò ꝙ talis alienans factus dominus rei alienæ, nō poterit cōtrauenire, cū ex facto ſuo valuerit acceſſoriè alienatio, vnde ne alleget eius turpitudinem, exceptione remoueretur ab impetitione huiuſmodi, iuxta tex.in l.quidam.§. primo. ff. de dona. & ita dicit Bart.in d.l.cum vir. ff. de vſucapio.Bal. in l.ſi is.C.de præd.minor.& pulchrè, ac latè ſequitur Crauet.de indemnit.mulier.in quarto fundamento.num.21.verſic.quartò reſpondeo.& num. 14.& ſequent.quod eſt notandum perpetuò, quia millies euenire poterit in facto, attento, quòd à principio quilibet diceret contrarium, cum viuo minore, poſſet tutorio nomine venire contra factum proprium, ſicut ipſe minor poterat.Tyraqu. de retract.§.26.gloſ.2.numer.11. & in l. ſi vnquam. num.406.& num.420.C. de reuoc. donatio. ſentit Ari.Pinel.in l.1.in tertia part.num.73. verſicul. circa eandem.C.de bon.mater.cart. 493. & videtur text. in l.tutorem. ff.de his quibus.vt indig.vnde ſicut minori permiſſum erat, ita etiā eius hæredi, conceſſum dicendum eſſet. leg. hæredi. ff. de regulis iuris. & per Crauetta. conſilio 200. libro
176 2. quib.contrarijs reſpondet idem Crauet. d.tractat.de indemnit.mulier.num.10.& ſequen. verſi. ſed præmiſsis non obſtantib. Et plura etiam notatu digna de conſenſu præſtito alicui actui accumulat doctiſsimus Roderi.Suarez, in l. quoniam. in prioribus, in 5.limit.num.13.& ſequen. C de inoffic.teſtam. car. 328. Facta vero alienatione bonorum ſine læſione ſolemniter, ſecundum ſupra deducta, emptor erit tutus, etiamſi in contractu conſtaret de ſolutione pretij per confeſsionem, & non per veram numerationem, & lucrabitur fru-

ctus tanquam bonæ fidei poſſeſſor. ſecundum Iaſ. in l.2.§.credit.nu.10.ff.ſi cer.pet.Egid.Boſsi.prac. crimi.tit.debit.an delinq.nu.10.cart.mihi.307. de qua cõfeſsione dicam latiùs infra nu.274.verſ.
177 an autem tutor legitimè conſtitutus. Et ſi fuerint poſita ad incãtum dicta bona, ſeruatis de iure ſeruandis,& nullus obtulerit pretium, vel licitauerit dicta bona,aut emptor pretium non ſoluerit, tũc iuſtè abſq; alia ſolemnitate poterit tutor vel curator pretium iuſtum ſoluere, & ponere in vtilitatẽ minoris,aut æs alienum ſoluere,&bona pro ſe retinere,& valebit venditio & alienatio,poſtquã dicta bona ſemel fuerunt facta alienabilia,& pro ſingulari tradit Petr.de Raue.ſing.760.tutor poteſt licitè.vbi dicit,eſſe caſum ſingularem in l.tuto.rerum.ff.de adminiſtr.tut.Petr.Gerar.ſing.57.qualiter tutores.nu.3.Iaſ.in l.filiusfam.§.Diui.nu.28. in 2.lect.ff.de leg.1.& Phanu.de luc.dot.gl.10.nu.
178 27.car.mihi.435. Quamuis non poſsit regulariter tutor emere bona pupilli,nec eius filij,aut alia perſona ei ſubiecta, nec per interpoſitam perſonam, vt per Iaſ.in l.ſi mihi,& tibi.§.regul.nu.5.ff.de leg. 1.Petr.Duen.regu.31.in verbo,adminiſtratores.& in 2.concluſione,&eſt tex.in l.pupillus.§.ſed ſi per interpoſitam.ff.de auctor.tutor.vbi Bart.& Doct. & ita conſuluit Bald.in conſil.347.in quarta part. Rip.reſponſo 15.numero 11.in 3.lib. & ſequitur D. Pater meus in reſponſo 192.Ser.Hierony.Raphaelis de Bagnono.libro 2.Sed quia bona fide palam, iuſto pretio, & cum ſubhaſtatione, ſeruatis prius de iure ſeruandis,emit,valet emptio per ſupradicta,& etiam procederet, ſi iſte tutor dicto modo
179 ſibi ſolueret,quod pupillus ſibi debebat.Nam tutor hoc caſu poteſt ſibi authori ſecundum communem opinionem,vt dicit Iaſ.in l.1.§.fuit quæſitum.numero ſeptimo,& numero 16.& ſeque.ff.ad Trebel.Bald.ſing.50.quæro tutor non poteſt.Bar. in l.quoties.§.ſi temporalis.numero 1.ff.de adminiſtrat.tut.& in l.ſi procurator.num.11.& ſeque.ff. de condi.indeb.& Petr.Duen.regula 31. in verbo, adminiſtratores, in ſecunda concluſione,& in 3. fallentia,& ſic habes, quòd tutor creditor poteſt durante tutela ſibi ſoluere & ſatisfacere,vt dicit etiam Aret.§.actionum.num.46.& num.47.inſtit. de actio. Niſi pecunia, in qua vult ſatis fieri, eſſet deſtinata ad emptionem prædiorum, quia in illa non poteſt ſibi ſoluere,niſi in ſubſidiũ. vt per Roma.ſing.104.tu habes,quòd pecunia.

Et tunc debet tutor adhibere ſolemnitatem
180 ſtatutariam,authoritatem contutoris, & iudicis, & alias ſupra allegatas ſolemnitates, per ſupradicta,& ſentit Afflict.deciſio.13.numero 14.maximè in bonis immobilibus,& mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt.adnotata ſupra,numero 125. & ſub numero 157.& ſi non adeſt cõtutor, debet dari à iudice,vel curator ad litem, ne pupillus indefenſus remaneat,iuxta tradita per Matheſila.ſing. 135.Nota practicam,& ibi per addentes, & per ea,
181 quæ dicam num.191. Quamuis videntur ſupradictis obſtare ea,quæ latè tradit Afflict.d.deciſio.13. nume.16.ex doctrina Angel.in l.ſed ſi damnum. §. peculium.verſic.nam eleganter.ff.de pecu.vbi tutor vel adminiſtrator bonorum præſumitur ſibi ſatisfactus de credito ſuo, quod extendit ad mulieres adminiſtrantes bona pupillorum, circa repetitionem ſuarum dotium, vt dicit etiam Alexa. in l.venditores.ff.de verborum obligation.Ioan. Neuiza.conſilio 57.numero 11.& Crauet.conſilio 129.numero 5,libr.1. Sed prædicta procedunt in dubio,non autem in claris,videlicet, quando iſte tutor,creditor, aut adminiſtrator probaret contrarium, ex rationibus adminiſtratis, & calculo facto,& fiendo, quòd de debito non fuit ſatisfactus,& ſic ſibi non ſoluit, & hoc modo probatur negatiua contraria præſumptioni iuris,niſi pupil-
182 lus probaret poſtea cõtrarium per ea, quæ tradit in propoſito,Franc.Herc.in ſuo tractat.De modo probandi negatiuam.numero 167.& ſequ.verſic. ſeptimus modus.& numer.176.verſic.nonus modus. quia tunc præſumptio cedit veritati, & plus non operatur quàm veritas,vt per Dec.conſ.400. num.8.conſ.464.num.22.Crauet.conſil.35.num. 6.& in conſil.146.num.7. & Afflict.deciſi.44.nu. 9.& ſequen.& Rolan.à Valle, conſil.99.nume.10. & ſeq.volum.1.& Tyraquel.de legib. connubi.gl. 5.nu.60. Et ideò fac, vt cordi ſemper habeas hanc limitationem, quia millies euenire poteſt, quòd tutor,aut adminiſtrator, nõ fecerit inuentarium, vel librum rationum, de qua re non poterit iuridicè reddere rationem adminiſtrationis, vt ſupra docui,nu.58.& infra num.202. Quo caſu non erit audiendus,ſi petierit creditum ſuum aliquod, tãquam ſatisfactus iuris præſumptione, per quæ videretur omninò tenendum, mulierem non poſſe agere ad dotes, donec per eam fuerit reddita ratio adminiſtrationis tutelæ, tanquam ſatisfactam iuris præſumptione,& ideò iuſtè cohortatur, pręſtare idoneam cautionem de compẽſando vel reſtituendo d. dotem reddita ratione adminiſtrationis,ſi reperiatur debitrix, vt dixi infra numero
183 219. Et licèt ita dicatur tutor legitimus auus maternus, ſicut paternus,& coniunctus ex latere fœminino,ſicut maſculino,& in pari gradu cõcurrere habeant, nulla data differentia agnationis, & cognationis:toto titulo in inſtitut. de legit. agnato. tute.& titulo de tute.tamen eſt aduertendum, quòd ſi ſtatutum in ſucceſsione præfert agnatos cognatis,ita etiam ad tutelam præferri debẽt cognatis excepta matre,& auia, quæ omnibus præferuntur,non obſtante huiuſmodi ſtatuto,niſi expreſſè de eis faciat mentionem,vt per Angel.Aret. in tract.de teſtament.in gloſſ.96.numero 2. Deci. conſil.16.& in l.fœminæ.numero 18. & ſequent.& in l.quo tutela.ff.de regul.iur. Socin. conſilio 163. in fin.libro 2. Gozadin.conſi.53.in hac cauſſa. Durant.de arte teſtan.titulo de tutor. & curato. cautela.1.Iacob.Machel.in ſuo Patroc.3.num.12.verſ. rurſus poſito,& Afflict.deciſio.281. vtrum, vbi etiam decidit,quis nam præferri debeat matri, vel auiæ,& Alexan.conſil.109.viſo ſtatuto,dicit,procedere etiam, quòd ſint debitrices, vel creditrices. volum.3.

Quæ mater,& auia nõ veniunt ad tutelã,ſi luxu-
184 rioſè viuerent,vel tranſirent,aut trãſire vellent ad ſecundas nuptias,vt per Rui.conſ.87.nu.11. vol.5. & Crau.cõſ.190.lib.1.& faciunt,quæ dicã infr. nu.
185 307.Nec etiam veniunt,ſi ipſę mulieres eſſent minores,vel indigerent conſilio, aut conſenſu propinquorum in eorum alienationib. vt dicit Alcia. regul.1. præſumpt.52.nume.7.& videtur ſentire Rode-

Roderic.Suarez.in l.13.titulo De Las Deudas.nu-
mero decimoſeptimo,verſicul. ſexto, poteſt hæc
lex.cart.mihi.497.præſuppoſito, quòd ibi filius-
186 familias non habeatur pro patrefamilias,licèt illa
ratio mihi non ſatisfaciat. Quia dato etiam,quòd
in his, quæ ſunt publici iuris, non curatur patria
poteſtas,&fingatur paterfamilias,non per hoc ſe-
quitur, quòd ſe poſsit obligare in perſonam re-
ſpectu bonorum,ſine ſolemnitate ſtatutaria, quia
ſtatutum poteſt etiam maiorem , & patremfami-
lias ligare ad non poſſe ſe obligare abſque certa
ſolemnitate,& valebit ſtatutum,cùm poſsit etiam
auferre in totum,liberam teſtandi, aut relinquen-
di facultatem.per Bald. in l. Archimedoram. co-
lumna fina.verſicul.ſed non quid.C. vt in poſſesſi.
legat. Deci. in l. nec ex prætorio.numero ſexto,&
ſequent.ff.de regul. iur. & ibi Cagnol. numero 6.
Dec.Socin.Moder.in l.pactum,quod dotali. C.de
pact.& Angel.conſilio 323. Dominus Blanchi. &
ita alias conſului circa ſtatutum Cecinari,& obti-
nui. Quamuis mihi videtur durum, & conſidera-
bile,quòd propter conſenſum à ſtatuto inductum
non poſsit mater,& auia maior eſſe tutrix filij mi-
noris,vti proximus,vt etiam conſiderat Roderic.
187 in loco præallegato,& Alciat.in d.præſump. 52.in
fin.Sed quia accipiendo tutelam ſe obligarent ta-
citè,& expreſſè,vt per Ruin.conſilio 97. circa pri-
mum,volum.quinto,& eſt text.in leg. pro officio.
C.de adminiſtrat.tut.& tenet latè Ant. de Fan. de
pignor.in ſecunda parte,in 4.membr. numero 6.
cart.mihi.75.& tacita oriretur à die tutelæ, & cu-
ræ acceptæ,& non à die bonorum adminiſtratio-
nis,vt ibi dicit Ant.de Fan.numero 12.verſicu. ſed
dubitatur,& dixi infra num.225. ideò concludũt,
cùm indigeat alieno conſilio, non poſſe alios gu-
bernare,& adminiſtrare tutorio nomine. Et nota
hanc limitationem,quia ferè per totam Italiã ſunt
ſtatuta,quòd mulieres non poſsint ſe obligare,ſi-
ne Mondualdo,& conſenſu propinquorum, & in
ſtatuto Florentino adeſt noua prouiſio,& cõſtitu-
tio circa obligationes mulierum. Quia qui non
188 poteſt contrahere ſine conſenſu alterius,non po-
teſt etiam alienationi conſentire.Deci. l. aliud eſt.
nume.4.ff.de reg.iur. Et in conſtitutione tutoris
non eſt neceſſe, quòd pupillus vadat ad iudicem,
ſed ipſo minore abſente poteſt ſibi dari tutor. vt
dicit Bart.in l.non eſt augendum.ff. de tutel. & vi-
de quæ dicam infra num.328.

189 Et ſi habet tutor legitimam cauſſam, poteſt
ſe infra quinquaginta dies à die conſtitutionis, &
ſcientiæ excuſare,aliàs confirmatus cẽſeretur,quę
cauſſa dicitur legitima,ſi tutor haberet annos ſe-
ptuaginta,filios quinque legitimos & naturales,
extra Romam Reipublicæ cauſſa abeſſet,magiſtra
tum exerceret,cum pupillo litigaret, tres tutelas
haberet,pauper & infirmus eſſet,inimicus patris,
aut pupilli,reperiretur,vt hæc omnia colliguntur
ex tit.inſtit.de excuſa.tutor.vbi ex glo. & Doctor.
habetur veritas omnium,& tangit Iaſ.in addit. ad
190 Chriſt.Porci.in §.dari autem.nu.6. inſtit. qui teſt.
tut.dar.poſ.Et ſe excuſando tutor teſtamentarius
non poteſt petere legatum, & ſolutum reſtituet.
Ruin.conſ.38.num.2.&3.& conſil. 49.num.1.vo-
lum.2.Dec.conſilio 192.&Emanuel Soarez.in ſuis
commun.opinio.in verbo, tutor.nu.323.vbi dicit
communem.& Tyraq.in tract. cauſſa ceſſante. in
1.part.nu.121.verſ.legati cauſſa.car. 41. qui videtur
intelligere,circa legatũ factũ cauſſa tuendi mino-
rem,& non firmat pedẽ.& in tract.de priuileg.pię
cauſſæ, in 71.priui.car.105.vbi dicit,non procede-
re,ſi tutor ſit obligatus,reſtituere legatũ piæ cauſ-
191 ſę.Modus autẽ ſe excuſandi omnib.non eſt cogni-
tus:ideò volens ſe excuſare, ſi non habet cõtuto-
res,debet facere dare tutorẽ, vel curatorem huic
liti pupillo, & cum illo curatore litigare cauſſam
excuſationis, & ſententia debet ferri diffinitiua,
aliàs ſententia excuſationis non prodeſſet ſibi, &
non valeret ipſo iure, tanquam lata contra pupil-
lum indefenſum, quod eſt memoriæ mãdandum
in practica,ad omnia, quæ facere volueris contra
pupillum.ita docet Mattheſi.ſing.138.&Aret.§.de
ſinunt.nu.1,inſt.quib.mod.tut. Et alium modum
ſe excuſandi ponit Cępol.cau.16. Ne quis inuitus,
qui dicit,quòd nemo pro eo fideiubeat, & tũc ex-
cuſabitur,quia ille, qui non reperit fideiuſſorem,
regulariter excuſatur à tutela,quod mihi non pla-
cet,ſi iſte tutor habet bona aliqua,nam ſtaret tan-
tùm detentus, quòd illum inueniret, ne pupillus
remaneret indefenſus, cùm quilibet fideiuſſor eſ-
ſet acceptãdus, ſi tutor tantum haberet in bonis,
quantum minor haberet, aliàs non eſſet idoneus
192 fideiuſſor.Nam ille dicitur idoneus fideiuſſor, qui
ipſe, vel eius principalis tantum habet in bonis,
quantum eſt debitum cum fructibus, ita egregiè
loquitur Roderic. Soarez titul. De los emplati-
mentos,numero 14.& ſequen.verſic. adde prædi-
ctis.cart.mihi.768.& Iaſon in l.ſi conſtante. num.
134.ff.ſolut.matri. & l.fideiuſſor. numero 2.& nu-
mero 5.& ſequ.ff.qui ſatisda.cogant. vbi declarat.
Et iſta excuſatio debet fieri à tutore,ante accepta-
193 tionem , & non poſt, quia ſi ſpontè acceptauerit,
non poterit poſtea infra quinquaginta dies ſe ex-
cuſare, per text.in c.quod ſemel.de reg.iur.in 6.&
in terminis ita dicit Iaco.Machel. in ſuo patroci.3.
numero 9.&numero 10.& Crauet. de indemnita.
194 mulier.ſub num.41.cart.mihi.248. Et fortificatur
per ea, quæ tradit Tyraq.in tractat. de retract. §,8.
gloſ.3.num.15.Maran.Spec.Aur.in 6. part. ſub nu.
332.cart.mihi 254.& Barto.in ſing.105.filius.vbi ſi
agnatus fecit citare emptorem, infra menſem ad
retrahendum, & poſtea citationi renunciauerit,
non poteſt amplius retrahere,& appellans ſi infra
10.dies ad appellandum renunciauerit appella-
tioni,non poterit poſtea etiam infra 10. dies ap-
pellare,& ſi filius dixerit, ſe nolle adire hæredita-
tem patris, poſtea pœnitentia ductus non pote-
rit adire.Bar.in c.ſi quis ſuus.ff.de iur.delib.& no-
tatur plenè per Bald.in l.qui ſe patris. C. vnde lib.
Iac.Machel.patro.60.nu.4.licèt idem Bar.in ſing.
105.filius.voluerit, filium poſſe adire hæreditatẽ,
& dato,quòd ſit verum, intellige infra triennium.
l.1.in.& ibi gl.Bar.& Doct.ff.de interrog.actio.Iac.
Mach.patro.60. num. 6.

195 Si autem ſpontè non acceptauerit,poſt tem-
pus quinquaginta dierum, tacitè acceptaſſe erit
dicendum,vt not.in l.ſcire. §. quinquaginta. ff. de
excuſa.tuto.vbi Doct.nam taciti, & expresſi idem
eſt iudicium, & eadem eſt virtus.l. cum quid. ff. ſi
cer.pet.Ant.de Fan.de pig.in 2.par. 4. mem. n.81.
vbi dicit,quòd qui cõtrarium dicit, habet proba-

re,& eſt text.in l.2.C. ſi maior. fact. alien. ſine de-
cret.rat.hab.vbi æquiparat expreſſam ratihabitio
196 nem tacitæ,& eſt tex.in l.ſcire oportet. §. multa.ff.
de excuſ.tuto.Et in reuocatione iſtius tutoris,aut
curatoris requiritur decretum, ſicut in conſtitu-
197 tione Petr.Duen.regula.187.nu.18. decretum. Et
ſi fuiſſet datus tutor aliquis,qui non eſſet de agna-
tis,vel de propinquis, & alter propinquior vellet
conſtitui tutor & curator, excluſo remotiore in
gradu,iuxta tradita per Corneum, conſil. 210.in
fin.volum.3.& Alexand. conſilio 141. ſuper primo
volum.2.& Bart. in l. ſi impuberi. numero 5. ff.de
tut.& cur.dan.ab his.debet talis agnatus propin-
quior infra quatuor mēſes à die ſcientię hoc ꝓpo-
nere Iudici,aliàs dicto tempore lapſo non audire-
tur talis propinquus agnatus, licèt videretur di-
cendum,prima fronte,ſolum infra quinquaginta
dies poſſe petere ſe dari in tutorem, & non vltra,
per textū.in l.1.§.ſi quis tutor.in verbo. cauſſa im-
198 munitatis. ff. quando appella. ſit, & ibi not. Imol.
& Angel.Aretin.vbi habetur, quod exemptus ſci-
ens ſe poni in libro debentium ſoluere Gabellas,
ſi non appellat infra decem dies, ſibi præiudicat,
& perdit priuilegium exemptionis,& ſequitur A-
lexand.in conſilio 101.colum.10.volum. 1. & Iaſo.
in l.falſo aſſeueratur,nume. 3.C.de diuer.reſcript.
vbi dicit, teneas fixum cordi. & eſt communis o-
pinio,vt per AEgidium Boſsium,in prac.crim.tit.
de princip.& priuileg.numero 166.& ſequ. Franc.
199 Balb.de præſcript.in quarta part.4. part. princip.
quæſ.30.num.2.car.mihi.124.& idem tenet D.Pa-
ter meus in reſponſo 152. quidam exemptus à ga-
bellis, libr.2.& etiam, quia tempus & dilationes
datæ actori aut reo, ita ſunt communes reo, ſicut
actori.l.petendæ,cum ibi notat.per gloſſa.Bartol.
Salicet.& Docto.C.de tempo.in integr.reſtit.Pet.
Aretin.§.ſi minus.ſub num.11.verſic.ſi quæro data
eſt dilatio.inſtit.de actio.Bart.de Capua.ſing.104.
pone.& notat Tyraquel. in ſuo tractat. de retract.
conuenti.§.primo.gloſſ.vnica. numero 66. & ſeq.
verſicu. & ſi hanc. quòd tempus retrahendi, & re-
tractandi rem alienatam,ita currit ſecundo,& ter-
tio agnato remotiori, ſicut ꝓximiori,adeò, quòd
omnes poſt tempus ſunt excluſi à retractu. Tyra-
200 quel.de retract. lignag.§. 11.glo.4.Tamen his non
obſtantibus agnatus proximior poſſet infra qua-
tuor menſes petere, ſe admitti in tutorem aut cu-
ratorem, vt in terminis dicit Bartol. & Salicet. in
Auth.presbyteros.la.2.C. de Epiſc. & cleri.& in l.
tutor ſi petitus.ff. de tutor. & curator. da. & idem
Bart. Angel.& Doct.in Auth.matri.& auiæ.nume.
18.C.quando mul.tut.offi.fungi. Ioan. de Annan.
conſ.100.viſa.& latè tradit Fernand.Hiſpan. in l.1.
§.primo.titu.qui teſtari non poſſunt.num.77.car.
19.Alex.conſ.140.ſuper teſtamento.num. 5.verſi.
aliud etiam videtur. volum. 1. & pulchrè in conſil.
161.ſuper primo. volum.5.& conſi.109. viſo ſtatu-
to.num.1.& ſeq.volum.3.& Dec. conſil.16.colum.
fi.nu.7.vbi dicit,non habere locum in matre,& a-
uia,quia poſſent etiam vltra quatuor menſes pe-
tere admitti,ſecundum Bal.in Auth.presby.C. de
Epiſcop.& cleric.quod non eſt tutum, per ſupra-
201 dicta.Et hoc officium tutoris, & curatoris eſt pu-
blicum,& neceſſarium,& poteſt inuitus quis à iu-
dice,& à lege conſtitui,& decerni. Alex.conſi.126.
num.7.volum.3.& Iaſ.in l.eum qui res.nume.7.C.
de proc.Alex.conſ.109.num.3.volum.3. conſ.161.
volum.5.etiam quòd abſens eſſet tutor,& ignora-
ret,vt per Aret.§.idem.num.4. inſtit. de excuſ.tut.
202 Et tenetur ipſe tutor,& curator,ac quilibet admi-
niſtrator & eius hæres,reddere rationē adminiſtra
tionis minori,aut eius hæredi petēti, vſque ad tri-
ginta annos,& debet exhibere inuentarium,ac li-
brum rationum, & pati quod copia omnium ex-
trahatur per partem ſibi contrariam, & ſimiliter
omnes actus ſuæ adminiſtrationis oſtendere,&
inſtrumenta,res,nomina debitorum,bona, & re-
liqua omnia reſtituere dicto minori,vel adulto,a-
liàs non dicitur reddita ratio,& dicitur talis tutor
& adminiſtrator eſſe in dolo,vt per Soc. conſi. 24.
viſis.colum.11.verſ.& ideo. volum.1. Iaco. Mache.
patroci.18.num.7.Rolan.à Valle,conſ.49.volum.
1.& Plot.in l.ſi quando.numero 194. verſ. item iu-
rati.num.233.verſ.tutor,aut curator.& num. 246.
& ſequen.C.vnde vi.vbi dicit, quòd poteſt contra
talem adminiſtratorem iurari in litem, per textū.
in l.alio iure.C.de in lit.iurand.vbi etiam Doctor.
Iaſon conſilio 100. volum.4. conſilio 219. volum.
2.Ruin.conſi.135.volum.1.vbi latè Corne.conſilio
63.quanquam.volum.4.Dec.conſilio 110.numer.
7.& ſeq.& Crauet.conſil.231.num. 14. & nume.15.
volum.2.
203 Et ſi fuiſſet facta quietatio adminiſtrationis
redditæ ab officialibus pupillorū, vel ab alijs per-
ſonis,aut à minoribus cum conſenſu propinquo-
rum & iuramento, & cum pacto de vlteriùs non
petendo,talis quietatio & liberatio, non nocebit
pupillo,quin etiam ipſe poſsit iterum dictum tu-
torem,& adminiſtratorem cogere, ad ei redden-
dam rationem ſuæ adminiſtrationis, Doct. de er-
rore rationis redditæ. vt per Ruin. dicto conſilio
136.numero 7.volum.1.Pariſ.conſil.96.nume.28.
& ſequen.volum.1.Hippol.ſing.646.num.4. Rol.
à Valle,conſil.49.num.49.volum.1. & Plot.in d.l.
ſi quando.num.247.verſic.minus etiam,& præci-
puè,ſi non fecerit ſolemnia talis tutor, aut nego-
tiorum geſtor,vt per Dec.d.conſ.110. nu.7. & ſeq.
Rolan.à Valle,d.conſ.49.num.39.& ſeq. & nume.
66.volu.1.vide pract.Pap.for.lib. quo agi. vt pact.
ſerue.in gloſſ.diſcuſsis.cart. mihi. 270. & ſi eſſet
tutor abſens,non teneretur venire ad reddendam
rationem ſuis expenſis,ſed expenſis pupilli,vt per
Petr. Anchar.Regienſ.q.62.in 2. part. quod intel-
ligo,ſi non erit in dolo, aliàs ſecus, quia quis non
debet fructum ſuæ malignitatis conſequi, adno-
tata per Cornel.conſil.62.in fin.volumin.4. & fa-
204 ciunt adducta infra num.286. Nec extendetur ta-
lis quietatio ad bona, quæ apud tutorem reperi-
rentur,vel in libro rationum non deſcripta eſſent,
vt not. præallegati Doct. & ſequitur Franc. Marci.
deciſ.608.in ſecunda part.Bald.l.cum aliter. C.de
fid.inſtrum.& in l.Aurelio.§.Gaius.ff.de lib.legat.
& Dec.d.conſi.110.num.7.& ſequ.& Roland.dict.
conſil.49.ſub num.54.& ſeq. verſic. vlterius quod
non. Nec excuſabitur prætextu ignorantiæ, aut
quòd inuentarium, vel librum amiſerit, vel lace-
rauerit, poſt redditam rationē adminiſtrationis,
vel quòd dimiſerit penes factorem, vel caſtaldum,
vt per Roland.à Valle,d.conſi. 49. num.32. & ſeq.
& Plot.in d.l.ſi quando.num.246.verſi. nec excu-
ſantur

ſantur tutores.& nu.ſeque.C. vnde vi. & licèt poſt
ſententiam latam circa adminiſtrationis ratione,
& tranſactam in rem iudicatam, fortaſſe prædicta
non procederent, ne lites immortales fierent, per
ea quæ latè tradit Cornel.d.conſi. 63. quanquam.
205 volum.4.& conſilio 43.lit.D.in prima part. vbi de
errori calculi ſemper, & quandocunque poteſt
cognoſci, vſque ad ſententiam, & non vltra. nota.
Bartol.in l.2.C.de iur.fiſci.libr.10.Docto.in l.1. v-
bi Dec.C.de error.calcul.Bal.in l.error.C. de iur.
& fact. ignor. Nec etiam tranſactione facta ſuper
calculo impugnato, vel ſuper lite incoacta ſuper
calculo, vt per Ruin.conſil.71.num.4. volumin.4.
Anchar.Regienſ.q.56.duo fratres. ſub nu. 14. niſi
calculum iniuſtum appareret, quia tunc etiam pa-
ctum, & tranſactio iurata non valeret. Roland. d.
conſ.49.num.65.& 66. volum.1.qui videtur loqui
de liberatione facta in vim pacti, & non de pacto,
& tranſactione facta ſuper calculo, & liberatione
iam facta.

Si autem teſtator remiſerit confectionem in
206 uentarij, non tamen intelligitur remiſiſſe librum
rationis, tanquam diuerſum ab inuentario, vt di-
cit Plot.d.l.ſi quando.numer.244. verſ.memoriæ
ſeruabis, & num.ſequ.C.vnde vi.vbi ſub num.243.
verſi.liber rationum.& Dec.d.conſ.110. num.7.&
nu.8. docent, quomodo debet fieri, & quòd de-
bet eſſe candidus, clarus, liquidus, & ſigillatim ac
diſtinctè confectus, & data, ac accepta ordinatim
continere adeò, quòd ex eo abſque alia probatio-
ne poſſit tutor, & adminiſtrator conueniri, aut li-
berari, vt idem Plot.in d.l.ſi quando. numer. 237.
207 verſic.inuentarium autem declarat. Sed ſi teſtator
remittit inuentarium, & rationem adminiſtratio-
nis, & ab ea eum liberaret cum legato, de omni eo
in quo eum condemnari contingeret, tunc ſi in-
uentarium tutor, & librum rationum non fecerit,
excuſabitur à dolo, & contra eum non poterit iu-
rari in litem, ob dolum commiſſum in omitten-
do, ſecus in committendo, & in eo in quo locuple-
tior factus reperiretur, quia in hoc non valet talis
liberatio, & legatum, ne detur materia delinquẽ-
di. Alexand.conſil.62.ſereniſsimus. volum.4. cõ-
ſilio 74. in cauſſa, & lite inter hæredes. numero 3.
& 4.& conſil.192.viſis.narratis. in fin. volumin.7.
Paul.de Caſtr.conſil.86.dubitatio.num.11.volum.
1.Iaſ.conſi.14.quod dicit tutores. volum.3. Pariſi.
conſ.21.num.55.& ſeq.volum.2.Ferrat. caute.51.ſi
quis. Alciat. regul.1.præſumptio.6.nu.3. Durant.
de arte teſtan.titu.de tutor.cautel.2.Dec.conſilio
192.Crauet.conſi.193.numero 9.volum. 1. & Plot.
in d.l.ſi quando.num.252.verſ.Tertio contra. nu-
mero ſequen.& numero 286. verſi. ſed redeundo.
C.vnde vi.& hoc eſt quod voluit dicere Aret. in §.
1.ſub num.4.inſtit.de vſufruct. vbi extendit etiam
ad vſufructuarium, de quo dixi infra titulo de vſu-
208 fructu.cap.9.Nec etiam talis liberatio, & legatum
valebit in fauorem hæredis tutoris condemnati,
ad reddendam rationem adminiſtrationis, cùm
verba remiſsionis & legati non ſint concepta etiã
in perſonam hæredis. aliàs ſecus, vt per Duran. de
arte teſtan. titul. de tutor. & exequuto. cautel. 2.
numero 4. per text. in l. qui Romæ. §. Augerius. &
ibi Iaſ.& Doct.ff.de verb.obliga. vbi admonet, tu-
torem facere ſcribere à teſtatore in eo, in quo ipſe
tutor, aut eius hæres condemnari cõtingat, quod
eſt notandum, quia pauci Notarij ad hoc aduer-
tunt, vti ignorantiæ patres, quòd corroboratur
per ea quæ conſuluit Paul.de Caſt. in conſilio 326.
in ſecunda part.& Corn.conſil.280. volumin.3.&
209 tradit Marc.Mant.ſing.625.numer. 1. vbi legatum
factum à creditore debitori de omni eo, in quo
facto calculo remanebit debitor, non habet lo-
cum, ſi debitor inuitus non fecerit calculum, fa-
ciunt adducta per Beneuent. Strach. in ſuo tract.
de adiecto.in 3.part.num.88.& ſeq.verſ.tranſgre-
diamur nunc.car.220.& Petr.Gerar.ſing.27.libe-
ro arbitrio.nu.4.

210 Et licèt teſtator poſſit remittere confectio-
nem inuentarij, & libri rationis tutori teſtamen-
tario, legitimo, & datiuo, iuxta gloſſ. in l. tutores.
C.de adminiſtr.tutor.Guliel.de Ludo.ſingu. 100.
gloſſa eſt, Duran.de arte teſtan.titu.de tutor. cau-
tel.3.tutor.numero 2. Bernard. Diaz. regul. 769.
tutor.Iul.Clar.§.teſtamentum.quæſtio.66. verſic.
quo ad tertium, vbi dicit communem in tutore, &
hærede, ſecus in vſufructuario. Tamen ſi eſt ſu-
ſpicio de ipſo tutore, ne ſupprimat, & dilapidet
res pupilli, poterit iudex ex officio, non obſtante
huiuſmodi remiſsione, eum cogere ad conficien-
dum inuentarium, & librum rationum pro vtili-
tate pupilli expenſis pupilli.Bartol.in l.penultim.
numero primo.ff.de confir.tutor. Bernar.Diaz.d.
regula 769.Iaſ.in l.nemo poteſt.in 1. lect. numero
45.& in 2.lect.numero 53.ff.de leg.1.Duran.de ar-
te teſtan.d.cautel.3.nu.4.Aretin.§.actionum. ſub
num.34.inſtit.de actio.Crauet.conſi.190. num.9.
& in conſ.193.num.9.volum.1.& Iul.Clar. d. §. te-
ſtamentũ.d.q.66.verſ.ſed quid ſi teſtator.vbi dicit
communem. Sicut habemus in ſimili, quòd hæres
grauatus reſtituere, & liberatus à confectione in-
uentarij à teſtatore, poterit à fideicõmiſſario, non
obſtante remiſsione, cogi ad conficiendum inuẽ-
211 tarium, pro ſuo intereſſe, expenſis ipſius fideicõ-
miſſarij, vt per Bart.in conſ.43.nume. 18. volum.2.
Deciſ.Tholoſa.q.314.& ibi Steph.Aufreri.Moder.
Pariſ.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.6.gl.6.ſub num.35.
& Plot.in l.ſi quando.num.598.verſ. vbi tamen.C.
vnde vi.vbi dicit communem, & ſeq. Pater meus in
reſpon.181.quidam grauatus. lib. 2. & ita eſt intel-
ligendus Octauia.Pedemontan.deciſio. 147. nu-
mero 7.

212 Aduerte, quòd liber rationum tutoris, & ad-
miniſtratoris viui aut mortui facit fidem in expẽ-
ſis, factis pro pupillo, & maximè, quando expen-
ſæ ſunt vero ſimiles, & maior pars earum verifica-
tur, vt per Bart.in l.1.§.officio.num.1.& ſequ. ff. de
tutor.& ratio diſtrah. Alc.reg.1.præſumptio.4.nu
mero 6.car. 94. etiam quod à tertio, fuiſſet ſcrip-
tus.Bart.d.l.1.§.de ſeruis.num.2.& Crauet. conſil.
275.num.4.volum.2.Petr.Ancha.Regien.q.55.in-
ter heredem, in 1.part.Craue.conſ.158.nu.6. lib.1.
Beneuen.Strac.de aſſecuratio.gl.11.nu.54. car.91.
Et hoc procedit in paruis ſummis, in magnis autẽ
ſecus eſſet abſq; alijs coniecturis, vt per Tyraqu. in
tract.de iud.in reb.exigen.verſi.ex hoc fit.car.mi-
hi.29.latè Aret.§.actionum autem.ſub numer. 36.
verſicul.13.inſtitut. de actio. Crauetta. de antiqu.
tempor. numero vigeſimo ſeptimo, & ſequent.
ſectio.quartò limitatur, in prima parte, verſicul.

ſecundò aduertendum eſt. cart. mihi 70. & Rota Bonon. deciſi. 43. in cauſſa mota. nu. 12. & Beneu. Strac. d. gl. 11. nu. 54. Et hoc procedit in lib. rationum ſolemniter confecto. vt per Plot. in d. l. ſi quã do. nu. 243. verſi. lib. rationũ. C. vnde vi. ſentit Ro. à Valle. conſi. 49. nu. 22. & ſeq. vol. 1. Quæ autem
213 dicatur ſumma magna & parua, conſideranda eſt perſona minoris, an ſit pauper, vel diues, an ruſticus, vel ciuis. adnotata per Matheſil. ſing. 1. & ibi Addent. nu. 16, & Pariſ. de ſyndica. c. ſententia iudex. col. 2. & ibi additio, & Guido Pap. deciſi. 564. vtrum iudex. & Bart. Authen. niſi breuiores. C. de ſent. ex pericu. recita. & Anchar. Regienſ. d. q. 55. num. 11. Nec poteſt tutor, aut curator, & admini-
214 ſtrator pro rebus claris, & liquidis expreſsis in inuentario, conueniri à minore, & domino ante red ditam adminiſtrationem, & ſic cogi ad illas via executiua reſtituendum, cùm poſſet eſſe, quòd minor, & dominus reddita adminiſtratione reſtaret debitor, & ſic ſolueret, quod habere deberet, vt conſuluit Alex. in conſi. 192. volu. 7. Iaſ. conſi. 100. vol. 4. Crauet. conſi. 231. nu. 16. & 17. & conſil. 275. num. 13. col. fin. vol. 2. & Ant. de Fan. de pignori. in quinta parte, memb. primo. nu. 37. verſi. præterea. car. mihi 269. Et etiam quia in inuentario, & inſtrumento tutelæ promittit bona inuentariata, & deſcribenda in libro rationum reſtituere, & reddere rationem adminiſtrationis, & ideo tanquam copulata debent cõcurrere, per ea quę tradit Plo. in leg. ſi quando. nume. 345. verſicu. & donatio. & & nume. 345. verſi. imo quod notandum eſt. C. vn de vi. & ita dicit Crauet. d. conſi. 231. & conſil. 275. lib. 1. Alexan. conſil. 192. viſis narratis. vol. 7. Mari. Frecci. in ſuo tract. de pręſenta. inſtrum. in ſeptima parte. quæſt. 12. Quod procedit etiam in hærede tutoris, vt per Paul. de Caſt. conſi. 370. iſte qui. num. 1. volum. 1. Deci. conſi. 110. nume. 7. & nume. 8. Quamuis Socin. in conſi. 42. colum. 11. volum. 1. teneat contrarium, videlicet, quòd bona clara, & liquida in inuentario deſcripta, ſunt reſtituenda minori & domino ante redditam rationem adminiſtrationis, quam opinionem dicit magis communiter receptam Benintend. in Rota Bononi. deciſi. 90. tutor, vel alius. in fin. nume. 3. Tamen magis mihi placet, & puto veriſsimum, quòd ſi iſte tutor rationem hanc poteſt infra tempus inſtantiæ executionis petitæ reddere, & ſic creditum ſuum liquidare, quòd poſsit hoc facere per ea quæ tradit Corne. conſil. 223. in ſecunda parte. & Alexan. conſil. 99. volum. 3. vbi habetur, quòd
215 liquidum non retardatur per illiquidum, niſi in breui ſit liquidandum, quia paria ſunt, inſtrumentum eſſe liquidum, vel de breui liquidandum. leg. ſi. cum ibi nota. C. de compenſatio. & ſequitur Capic. deciſi. 48. nu. 2. & Ant. Maſ. Galeſi. de inſtrum. ad form. cam. oblig. verſi. ſecunda conſideratio. nume. 10. & ſeq. cart. mihi 193. Franc. Viu. in ſuis commun. opinionib. verbo, ſtatutum diſponens, quod inſtrumentum. car. mihi 221. vbi dicit communem, quamuis Minſiger. centuria 2. obſeruatio. 6. incip. quando producitur inſtrumentum, videatur ſentire contrarium, ex eo, quia iſta ratio reddenda eſt à principio incerta, & continet ius incertum ſingulare, ſed Ant. Galeſ. ſentiens hanc difficultatem, vbi ſupra num. 11. tenet, quod poſ-

ſit, ſi eadem inſtantia iſtud ius incertum liquidari poſsit, & faciunt adducta per Dec. in l. ſi. C. de edi. diui. Adria. tol. in c. prudentiã. in 3. no. de offi. de leg. vbi dicitur incontinenti probari illud, quod
216 eadẽ inſtantia probatur. Et hoc teneo verum, niſi tutor promiſiſſet dicta bona reſtituere cum iuramento, quia tunc teneretur præſcisè ad reſtitutione ne dictorum bonorum, deſcriptorum in inuentario, & non haberet locum compenſatio crediti tutoris, nam iuramentum obligat præcisè quem ad factum, vt p Abb. in c. veniens, de iureiur. & ibi plenè Apoſtilla. & ideo neceſſe habet dictus tutor ſoluere dictas res, & poſtea creditũ ſuum petere. ita dicit Ant. de Fan. de pig. in 5. par. 5. memb. n. 15. verſ. adde etiam ꝙ veritas. car. 406. Affli. deci. 381. quædam Hippolita. Boer. conſ. 14. nu. 8. & ſequ. & Rol. à Valle, conſ. 6. num. 32. vol. 1. faciunt not. per Octauia. Pedemon. deci. 92, Fran. Varletus. Quod
217 procedit etiã contra hæredes, tùm qa contractus eſt ad hæredes tranſitorius, quia tenentur etiã ipſi reddere rationẽ adminiſtrationis, & eſt licitus & validus de per ſe ſine iuramento, cùm etiã quia eſt promiſſum reſtituere per ſe, & ſuos hæredes, & ita iuratum, vt per Ang. conſ. 326. Ex themate. col 1. Soci. in conſ. 38. in cauſſa dominorum. in prin. in lib. 3. Bauer. de virtu. iuram. verſi. 45. Capici. deciſ. 174. n. 11. & ſeq. Affli. deciſ. 381. n. 8. Deci. in l. ſemp in ſtipulationib. n. 4. ff. de reg. iur. & latè dixi infra tit. de dote marito conſtituenda. c. 7. Si autem tutor, aut eius hæres non poteſt rationem reddere, & liquidare ſuum creditum infra tempus executionis, ſufficit minori, aut eius hæredi & domino, deponere aliquid cum proteſtatione, quòd ſi apparebit in plus teneri, quod ſoluet, & debet incõtinenti dare fideiuſſorem de ſoluendo dictum reſiduum, vt per Ange. & alios, in l. 4. §. ait prætor. ff. de re. iudi. Iaſ. in l. 1. col. 1. verſ. nota tamen. ff. qui ſatiſda. cogant. & Rota Bono. in deciſ. 77. capta fuit tenuta. num. 2.

218 Sed ſi iſte tutor, aut adminiſtrator, non feciſſet inuentarium & librum rationum, & ſic ea quæ facere debebat, tunc non poſſet retardare executionem rerum minoris liquidatarum, ex quauis cauſſa debitarum, quia tunc non poterit tutor excipere, fuiſſe conuentum de reddẽda ratione adminiſtrationis, & de rebus poſtea reſtituendis, vt ſentiebat Crauet. dicto conſil. 231. & conſil. 275. imò vti bonorum vſurpator ſtatim erit cogendus via executiua ad reſtituendum omnia deſcripta in inuentario, ſeu earum æſtimationẽ, ſi non probauerit incontinenti fuiſſe conſumpta in vtilitatem minoris, ita ſentit Alex. conſi. 192. nu. 3. & per totum volum. 7. Deci. conſil. trecenteſimo quadrageſimo nono. nume. decimo. ſentit Crauet. dict. conſilio 231. numero ſexto. & numero nono. & ita iudicaui in ciuitate Pollitiana de menſe Martij. 1566. contra Magiſtrum Vincentium Laurencinum ad fauorem Benedicti Chriſtophori de Monte, qui fouebat ius nedum circa prædicta, ſed etiam circa merita cauſſæ, vt docui ex meis allegationibus. Et ratio poteſt etiam colligi ex eo, quia in dicto inſtrumento tutelæ promiſit inuentarium facere, & alia ſolemnia, & cùm in primis teneretur dicta ſolemnia facere, & ſic pro ſui parte adimplere, cùm non adimpleuerit, non

non potuit amplius executionem inſtrumẽti pe-
tere,ſed benè minor agere executiuè potuit con-
tra dictum tutorem, vt pro ſingulari tradit Mathe
ſil. ſingul. 50. magnum. & ibi addent. Plot. leg. ſi
quando.numero 543.actio.C.vnde vi.& Dec. cõ-
ſilio 442.numero 8.& ſequen.latè Roland. à Val-
219 le,conſilio 31.volum.2.Vnde ex ſupradictis patet,
quòd ſicut non poteſt tutor excipere de ratione
adminiſtrationis nondum reddita, ita etiam non
poterit minor opponere contra tutorem, credi-
torem ex alia cauſſa,quàm tutelæ,ſe non teneri ad
ſoluendum,niſi prius reddita ratione adminiſtra-
tionis,vt in propoſito tangit Anton.de Fan.de pi-
gnor.in quinta part.memb.1.numero 36.car. mi-
hi.267.vbi tenet,quòd mater agens via executiua
ad dotes mortuo marito, non poteſt impediri,
propter non redditam adminiſtrationem legiti-
mæ tutelę ſuorum filiorum,&etiam iudicauit Ro-
ta Florentina, de anno 1570. de menſe Augusti in
fauorem D. Lucretiæ de Piſtorio, quam opinio-
nem teneo veriſsimam ſicut Euangelium,ſequen-
ti etiam ratione à nemine quem viderim deguſta-
220 ta,credito minoris liquido non exiſtente: Nam
iſta mater, aut tutor creditor petijt ſuas dotes,&
ſuum creditum vti mater creditrix, ſeu vti Sem-
pronius creditor,& minor petit creditũ ſuum,ſeu
rationẽ adminiſtrationis à dicta matre vti tutrice,
& Sempronio vti tutore: vnde cũ vnus vno nomi-
ne ſit creditor, & alio nomine debitor,& non re-
præſentat eandem perſonam in debito, & credi-
to, tunc non habet locum compenſatio, nec retẽ-
tio. Et ideò ſi debeo tibi ex cauſſa ſocietatis cen-
tum, & tu debeas mihi centum ex cauſſa mutui,
petendo ego vt Borgninus, & non vt ſocius illa
centum mutuo data, tu non potes mihi obijcere
exceptionem compenſationis, quia vnum debe-
tur ex cauſſa ſocietatis, alterum ex cauſſa propria.
ita tenet Bald.in l.eius.numero tertio. C.de com-
penſat.quem refert,& ſequitur Petr. de Vbal. tra-
ctat.de duobus fratribus.in quinta part. num. 35.
quæſt.32.verſic.ſocij habent.car.mihi.60.practic.
Pap.for.lib.reſpon.rei. in gloſ.ſaluis alijs.num.15.
& numero 16. cart. 96. & faciunt multum in pro-
poſito adducta per Afflict.deciſ.19.quidã.& Boer.
conſi.14.viſo proceſſu.ſed ſi creditum minoris eſ-
ſet liquidum, & exequibile, ratione hypothecæ
daretur retentio,adnotata per Bald.in l. fi. C. cõ-
moda.& Hippoly.ſingul.321. credo te ſcire. num.
2.3.&tangam infra titulo de vſufruct.capit.nono.
verſicul.quia mulier. & numero ſequent. & ex his
patet,malè ſentire pract. Pap.in for.lib.quo. vxor.
agit.ad dot.in princip.numero 14.vbi dicit, puta-
re hæredem matris non poſſe priuilegium illud
opponere,cùm & ipſe eadẽ ratione poſsit ſe tue-
ri. Quod eſt menti tenendum,&digito ligandum,
& hoc didici dum ſcholaris eram à Patre meo Do-
mino Carolo,qui ita iudicauit, in cauſſa ad conſi-
221 lium ſapientis ſibi tranſmiſſa,per dominos Antia-
nos Petraſanctæ. Et ſic patet, habere locum in
fauorem matris,& eius hæredis, etiam quòd ipſa
tranſiret ad ſecundas nuptias, aut luxurioſè viue-
ret,licèt Bertran.in conſilio 158. volumi. 5. videa-
tur contrarium ſentire in luxurioſa, quia licèt a-
mittat tutelam, vt dixi infra nu. 307. non per hoc
perdit dotem ſuam, ſecũdum verum opinionem,
quam tenui infra tit.de dote mulieri reſtituenda,
capit.8.& ſequent.latè Roland.à Valle, conſil. 86.
volum.2.Petr.Duen.regul.12.verbo, actio.nume.
3.limit.3.& dicit Boer.deciſ.338.num.9.& numer.
ſeq.bis ſecundum hanc opinionem fuiſſe per Ar-
reſtum ſupremæ Curiæ Parlamenti iudicatum, ni-
ſi infra annum luctus adulterium committeret,
vbi dicunt Doct.& ſequitur Octauian.Pedemont.
222 deciſ.77.quæritur.Nec poterit tutor,aut eius hæ-
res, condemnatus ad reddendam rationem ad-
miniſtrationis, differre huiuſmodi rationem, vſq;
ad ſententiam confirmatoriam, ſi ſe appellauerit,
à ſententia iudicis à quo, quia licet poſsit appella-
ri à pronuntia de reddenda adminiſtratione, ta-
men non poteſt retardari executio, vt dicit Mara.
in ſexta part.in 2.actu princip.num.187.car.mihi.
239.verſic.decimooctauo limitat. vbi allegat, hoc
tenere Angel.in §.Iconomus.in fi.in Auth. de ſan.
Epiſ.nec etiam poterit peti, compromiſſum fieri
223 in reddenda d.adminiſtratione, vt per Hipp. ſing.
467.nu.8.Reddita verò ratione adminiſtrationis
per tutorem,aut adminiſtratorẽ, ſi iſte tutor, aut
adminiſtrator reperiatur factus diues, cùm ante
tutelam eſſet pauper, non præſumitur per hoc fa-
ctus locupletior, & diues de bonis pupilli, & do-
mini,niſi probationibus, & coniecturis manife-
ſtis hoc colligeretur,ſed de bonis ſuis proprijs, &
ſua induſtria hoc feciſſe præſumeretur,vt pro ſin-
gulari tradit Franc. Crem. ſingul. 6. tu ſcis quod
quicquid.in fin.Roma.conſilio 159. ſuper eo. col.
2.Frederic.de Senis conſi.57.videtur in tertio du-
bio.Franc.Curti.conſ.71.Princeps.colum.4. in 7.
concluſione.Alex.conſi.62.numer.13.volum.4.&
in conſ.51.volum.6.latè habetur per Crauet. conſ.
191.ſub num.8.& conſ.129.num.3.volu.1. vbi plu-
res coniecturas ponit.& Syl. Nupti.libr.4. nu. 20.
in fin.cart.269. vbi dicunt, quòd erit coniectura
contra eum, ſi non fecerit ſolemnia, & inuenta-
rium,&librum rationum,& ſi eius facultates non
ſufficerent ad victum,& veſtitum,totiuſque fami-
liæ cum eius exercitio,habita conſideratione ad
illius,& ſuorum filiorum vitam, & exercitium, &
pulchrè ſequitur Roland.à Valle,in conſil. 49.nu.
24.& ſeq.volum.1.Pariſ.conſil.80.nu.8. 12. ſeque.
volum.1.& faciunt adducta per doctiſsimum Ro-
deric.Soarez.tit.De Las Ganancias. numer. 30. &
ſeq.cart. 371. vbi in ſimili loquitur de confeſsione
dotis facta à marito mulieri, & de emptione bo-
norum facta à marito nomine vxoris de pecunijs
vxoris,vbi dicit, non prodeſſe talem confeſsionẽ
vxori,ſtantibus ſupradictis coniecturis in contra-
rium,ad quas admonet iudices multum aduerte-
re: quibus ceſſantibus tutor de ſuis bonis, & eius
induſtria factus diues erit præſumendus, attento,
quòd nemo locupletior factus ex re aliena, ſeu ex
224 fructibus alienis præſumitur, niſi probetur.Fely.
c. de quarta.colum.decima.verſiculo,ſecunda re-
ſtrictio de præſcript.Gomes.§.actiones, nume.21.
inſtit.de actio.latè tradit Rafred. in ſua pract. Ru-
brica,de officio Iudi.quo.pet.fruct. à poſſeſſ. nu-
mero tertio,verſicul.ſed quomodo.car. mihi 273.
& Iacob.Menoch.de recuperan.poſſ. remedio.15.
quæſt.40.nume.586.cart.171.Franc.Balb.de præ-
ſcript.in 4.part.princip.quæſt. 55. & Venerandus
Pater meus de præſumpt. in verbo, locupletior.
& vide

& vide ſemper dictum notabile Roderic. Suarez. allegati.26.num.3.car.277. vbi ponit, quando etiam quis dicatur factus locupletior indirectè, & Didac.c.peccatum.in 3.part.num.3.de reg.iur.in 6.& latè tradit Ari.Pinel.52.in 3.part.cap.1.nu.64. & ſeq.C.de reſcind.vend.

225 Et bona tutoris, & adminiſtratoris ſunt tacitè obligata pupillo pro adminiſtratione, vt per Iaſ.in l.ſi conſtante,num.222.ff.ſolut. matrimon. Dec.conſi.349.num.10.verſic.in tertio dubio.Pariſ.conſi.80.num.34.& ſequen.volum.1.& Barto. ſingu.72.in bonis, vbi dicit, quòd iuris priuilegia conſequitur.& ſeq.Anton.de Fan. de pigno.in ſecunda part.4.memb.num.6.& ſequ.& numer.98. car.117.vbi dicit,quòd præfertur cuilibet habenti poſteriorem expreſſam, etiam quòd eſſet fiſcus,& quòd iſta tacita hypotheca oritur à die datæ tutelæ,& adminiſtrationis, & poſt eum tradit Franc.Balb.tract.de pignoribus.car.672. & tetigi ſupra num.187.

226 Vnde poteſt dubitari, ſi tutor reddita adminiſtrationis ratione reperiatur debitor in aliqua quantitate grani,vini,olei,& fructuum,an teneatur,ſi illa ſint conſumpta,ædita,aut alienata, reddere æſtimationem quanti plurimi, à die perceptionis,vſquè ad petitionis tempus iuramento minoris,vel tantundem, ſolùm in genere ſit reddere obligatus. Et primò videretur dicendum,tutorem & quemlibet adminiſtratorem teneri ad dãdum frumentum,& fructus,ſi extant, cum æſtimatione quanti plurimi à die ſolutionis ſeu receptionis,nulla interpellatione interueniente, cùm re ipſa fuerit in mora conſtitutus,non conuertendo fructus in vtilitatem minoris,& pij loci,vt eſt glo. in l.cum quidam.§.fiſcus.verſic. inferunt. ff.de vſur.Alex.in l.quod te,ſub num.8.& in l.vinum.vbi Docto.ff.ſi cert.petat.vbi etiam habetur materia æſtimationis quanti plurimi,& Roma.ſingul.117. & Matheſila ſing.44.nume.4.Didac.Variar.reſol. lib.3.cap.17.colum.6.nu.4.cart.119.& tanto magis,ſi in eius vtilitatem tutor & adminiſtrator cõuerterit,quia dicitur eſſe in dolo,& vt prędo teneretur ad vſuras vſurarum,& contra eum poſſet iurari in litem, vt dicit Plot.d.l.ſi quando,num.209. verſic.poterit etiam iurari. C. vnde vi. & tetigi ſupra num.116. Tamen in hac facti ſpecie puto, multum eſſe conſiderãdum tàm circa minores, quàm maiores,an in obligatione, & reſtitutione veniãt fructus in genere,aut in ſpecie: ſi in ſpecie, aut fructus ſunt conſumpti,aut extant,vel præſumuntur extare: ſi extant,vel præſumuntur extare,vt quando ſunt recollecti intra triennium,& poma intra annum,tunc tenetur illos reſtituere debitor,aliàs teneretur ad æſtimationem quanti plurimi, niſi probaret, eſſe conſumptos abſque eius culpa: Si
227 verò non extant,& ſunt conſumpti ab adminiſtratore poſt triennium, vel præſumantur à lege conſumpti, cùm vltra triennium regulariter durare non præſumuntur,vt not.in l.1.& ibi gloſ.C.ſi aduerſ.vſucap.& in l.ſed ſi lege.§.ſcire. vbi Bart. ff.de petit.hæred.Cornel.conſ.104.nume.26.volum.2. conſi.183.quamuis.colum.1.volum.1.Ruin.conſi. 56.num.3. volum.2.Pariſ.conſ.25.num.75.volum. 2.& Anton.de Fan. de pigno.in quinta part. mem. 5.num.12.verſi.adde tamen pro declaratione.car. 404.tunc tutor,vel adminiſtrator non tenetur ad æſtimationẽ quanti plurimi,à triennio vltra, quia licuit tutori eos conſumere, & alienare quomodocunque,ne deuaſtarentur, corrumperentur,& in puluerem reuerterentur: ſi autem non cõſumpſit,nec alienauit,& dicat conſumptos fuiſſe præſumptione legis,tunc teneretur ſolùm ad æſtimationem illorum tempore perceptionis, aut con-
228 ſumptionis fiendum. Nam conſumptis fructibus ęſtimatio non creſcit,quia non recipiunt poſt eorum vitam amplius incrementum, neq; diminutionem,vt dicit Bart.in l.is.cui.§.qui legatorum. num.2.ff.vt in poſſeſſio.lega.& in l.eum,qui.& ibi Apoſtilla.ff.de his.quib.vt indign. Cùm non entis nullæ ſint qualitates.l.1.ff.de actio.empt.& granũ ſeu fructus mortui,& cõſumpti non dicuntur amplius fructus, nec retinent nomen fructuum.argum.notat.per Bald.in ſingu.86.Nota, quòd lex, vbi dicit, quòd homo mortuus non dicitur amplius homo,ſed cadauer.& dixit Marc. Mant. ſing. 330.hodie.quòd ſi teſtator legauit alicui centum, quæ depoſuerat ſuper ſacro monte pietatis,& ſi ea hæres non præſtitiſſet, eidem legauit domum, ſi hęres dicta centũ exegit,& expendit legatarius nõ amplius centũ,ſed domũ petere poteſt,quia dicta centum legata ſunt vt ſpecies, ita vt commutationem non recipiunt,vt per Barto.in l. talis ſcriptura,numer.3.ff.de legat.1.& ideo cùm illa ſpecies ſit conſumpta, impoſsibile eſt illam reuiuiſcere, & Tyraquel.in tract.de iudic.in reb.exigen.verſicul. 27.car.52.dicit,idem eſſe ſi nonaginta nouem dediſſet,quia non dicitur per hoc adimpleuiſſe mẽtem teſtatoris,& ſequitur Petr.Pech.in tractat.de teſtam.coniug.lib.5.capit.13.& faciunt etiam quæ habentur in l.ſi poſſeſſor.§.fin.ff. de peti. hæredit. vbi habetur, quòd licet iuratur in litem propter rem furatam,vel non reſtitutam,ſecundum Doct. in l.in actionib.& in Rubric.de iureiur. & de in litem iura.tamen dicit text.ibi, hoc intelligere debere, ſi res extitit, ſi autem non extitit, non iuratur,quia non recipit incrementum, & licet Boeri. deciſi.68.num.5.Marc.Mant.ſingul.296. multum laborant.& Plot.in l.ſi quando.num.182.verſicul. aduerte.C.vnde vi.& Roderic.Suarez. in leg. poſt rem iudicatam.in declaratione legis Regni. verſi. quæritur vlterius. ff. de re iudica. car. 273. velint, æſtimationem frumenti, vini, & olei, & fructuum attendi debere, tempore, quo petuntur fructus
229 vſque ad executionem: tamen eorum dicta ſunt intelligenda, ſi fructus extant, vel præſumuntur extare,& non ſi ſunt conſumpti facto hominis,vel legis præſumptione,vt eſt poſt trienniũ, niſi probetur minus durare,vt eſt Piſis,& Maſſæ Senarum, ac in terra Petræſanctæ, vbi per annum, & parum vltra durare dicuntur,& non plus,vt iudicauit excellentiſsimus D. Lelius Taurellus, vel probaretur,plus triennij durare, vt eſt in ciuitate, & territorio Montis Pollitiani,vbi frumentum durat per annos quinque,ſex,& vltra, reſpectu illius terreni,& etiam in Caſtro meo Fiuizani Lunenſis Diœceſis,vbi in ſcrineis ligneis durat per annos quatuor,& vltra,nam tunc præſumptio cedit veritati.l.in rebus.C.de iur.doti.& per Roland. à Valle
230 conſi.99.pro fundamento, numero decimo, verſic.vlterius dicitur,volum.1.Et quòd fructus conſumpti

ſumpti

ſumpti non recipiant incrementum, & æſtimatio
non creſcat, colligitur etiam per text. in l. 1. C. de
diſtra. pigno. & ibi per Docto. vbi fructus rei pig-
noratæ ipſo iure compenſantur in ſortem, quan-
do ſunt conſumpti, ratio eſt: quia non dicuntur
amplius fructus, ſed quantitas, & pars ſortis, quod
ſecus eſſet, ſi non eſſent conſumpti, vel non præ-
ſumerentur conſumpti, quia tunc non computa-
rētur in ſortem, nec eam extenuarent, quia repu-
tarentur, vt ſpecies certa, ſed de ſpecie ad quanti-
tatem non fit compenſatio. l. 3. C. in quib. cauſſ. pi-
gnus tacit. contrah. & ſequitur Bartol. in l. prim.
C. de pignor. actio. Antoni. Trigo. ſingul. 61. fru-
ctus, & pulchrè habetur per Anton. de Fan. de pi-
gnor. & Hyp. in quinta part. 5. membr. numero 11.
& numero 12. verſic. limitatur autem. cart. 404. &
Barto. in l. neque ſcriptura, numero 6. C. de com-
231 penſatio. Si igitur quando ſunt conſumpti, ipſo
iure compenſantur in ſortem, non poteſt dici, at-
tendi debere tempus petitionis, ſed conſumptio-
nis propter illa verba, ipſo iure, quæ ſunt præciſa,
& non recipiunt ſuſpenſionem, nec interuallum,
ſed ſtatim conſumptis fructibus fit quantitas, &
ſic æſtimatio, vt per Fel. in capitul. nulli. §. ſunt alij
num. 48. de reſcript. vbi dicit communem. Ergo
clariſsimè patet, quòd tutor poſt triennium, & fru-
232 ctus conſumptos, non tenetur ad æſtimationem
quanti plurimi, ſi reperiatur debitor de decem,
vel duodecim annorum fructibus, quia poſt con-
ſumptionem illorum non creſcit æſtimatio, vt di-
xi, & ſequitur in tutore, & adminiſtratore etiam
Bart. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. ſolut. matr.
Socin. in conſ. 82. numero 27. volum. 4. Boeri. de-
ciſ. 58. num. 2. & notabiliter tradit Aret. in §. ſi quis
à non domino. num. 4. inſtit. de rerum diuiſio. vbi
loquitur in malæfidei poſſeſſore: & Pariſ. conſilio
87. numero 18. verſicul. in alia cauſſa. volum. 4. Et
233 æſtimatio illorum fructuum debet attendi, quæ
fuerit tempore quo percepti fuerunt, vel conſum-
pti, & ſic à die moræ, vſque ad triennium incluſiuè
ſecundum Bald. in l. ſecunda, in fin. verſic. quæro
hæres percepit. C. de fructibus, & liti. expenſ. & ſe-
quit. Iacob. Menoch. in tracta. de recuper. poſſeſſ.
Remedio. 15. quæſt. 40. num. 598. & ſequ. verſicul.
declaratur quartò. car. 172. & videtur text. in d. l. 1.
C. de diſtra. pignor. & colligitur ex adductis per
Doct. in d. l. quod te, & d. l. vinum. ff. ſi cert. pet. vbi
volunt, æſtimationem quanti plurimi, incipere à
die moræ, vt ſentit etiam Alexan. conſ. 178. nume.
7. & ſeq. volum. 5. Afflict. deciſ. 316. in fi. & D. Boer.
d. deciſ. 68. nume. 6. vbi ponunt etiam, quomodo
probanda ſit iſta æſtimatio quanti plurimi. Nam
conſumpti fructus ante triennium mala fide, ha-
bentur, ac ſi conſumpti non fuiſſent vſque ad tri-
ennium. Bald. in l. 1. 2. verſic. & nota quod ad hoc.
C. de vſur. & fruct. legat. & Iacob. Menoch. vbi ſu-
pra numero 597. Nec habent obſtare, ſupra relata
in contrarium, quia procedunt, quando fructus
debentur in genere, & non in ſpecie, vt quando
quis eſt obligatus dare alicui frumentum, vinum,
oleum, & poma abſque aliqua demonſtratione, &
loci deſignatione, & non eſt obligatus dare ſpe-
ciem certam, vt vinum, vel oleum talis prædij, vel
quod habes in tali domo, vel quod eſt in area, vel
naui, & tunc non eſt mirũ, ſi à die moræ habet locũ
æſtimatio quanti plurimi: nam genus ſemper eſt
234 idem, & nunquam perit, & ſemper vſque ad tri-
ginta annos, & vltra recipit incrementum, & di-
minutionem, & ſtat firmum corpus principale in-
uiſibile, & de iſta ſpecie in genere loquitur text. in
d. l. quod te, & in l. vinum, & ibi Doct. ff. ſi cert. pe-
tat. quæ leges nõ habere locum in caſu noſtro ex-
preſſè dicit Aret. in d. §. ſi quis à non domino. dict.
numero 4.

235 Et etiam, quia licuit dicto tutori, & admini-
ſtratori conſumere, alienare, & comedere poſt tri-
ennium, ne reipſa corrumperentur, adnotata per
Alexand. in l. procuratorem. num. 4. C. de procu-
rator. & Roma. conſilio 415. vbi tutor poteſt ante
confectionem inuentarij conſumere, & alienare,
ſine decreto bona mobilia, quæ ſeruando ſeruari
non poſſunt, propter corruptionis ſuſpectum,
& ideò tutor, vel adminiſtrator vltra trienniũ non
tenetur ad æſtimationem regulariter quantiplu-
rimi, quia vita illorum fructuum vlterius non du-
rat, ſecus ſi duraret, quia vſque ad illorum vitam
duraturam, haberet locum æſtimatio quantiplu-
rimi, cùm attendi deberet aut initium fructuum
perceptorum, aut æſtimatio medij temporis, vel
tempus conſumptorum arbitrio minoris, & cre-
ditoris, propter moram debitoris, per ſupradicta,
236 & colligitur etiam ex adductis, per Plot. in leg. ſi
quando, numero 695. & ſequitur in verſi. homici-
da. C. vnde vi. vbi dicit, homicidam teneri hæredi-
bus occiſi, ad æſtimationem operarum occiſi, &
ad intereſſe pro tempore, quo veriſimiliter vixiſ-
ſet, ſecũdum diſtinctionem temporum. l. hæredi-
tatem. ff. ad legem Falcidiam. & non vltra. & con-
ſuluit Roland. à Valle, conſil. 39. numero 10. & ſeq.
volum. 2. ergo pro tempore quo non vixiſſet, no-
lunt teneri ad intereſſe, neque ad æſtimationem,
quia vltra illud tempus non recipit incrementum
vita hominis, tanquam cadauer effecta, quæ mora
quando, & quomodo committitur, & purgari po-
teſt, habetur per Docto. in d. l. quod te. & d. l. vinũ.
ff. ſi cert. petat. & per Plot. in d. l. ſi quando. numer.
237 182. verſic. aduerte. C. vnde vi. Octauia. Pedemon.
deciſio 49. cum pater. & ipſa non commiſſa non
habet locum æſtimatio quantiplurimi, nec inter-
eſſe aliquod. l. inſulam. §. vſuras. vbi Imol. numero
8. verſic. ſed iuſta, & alij Docto. ff. ſolut matrim. &
Plot. d. l. ſi quando. & d. numero 182. & nume. 451.
verſic. ſi verò maritus, & Boer. d. deciſ. 68. numero
3. Alexand. d. conſil. 178. numero 7. & ſequen. vo-
lum. 5. Craue. conſil. 87. num. 5. lib. 2. vbi etiam di-
cunt, quòd iuſta cauſſa litigandi excuſat quem à
mora, & ita ſunt intelligenda adducta per Didac.
c. peccatum. in 2. part. §. 6. nume. 2. de reg. iur. in 6.
vbi dicit, quòd fur tenetur ad rem reſtituendam
238 cum æſtimatione quantiplurimi, à die rei ablatæ.
Vnde ex prædictis patet, Ruin. in conſil. 204. nu-
mero 15. volum. 1. relatum à Iacob. Menoch. d. re-
medio. 15. quæſt. 40. numer. 589. verſic. declaratur
ſecundò, non rectè ſentire, & fruſtratoriè aſſere-
re, tutorẽ debere prius probare, ſe retinuiſſe fru-
ctus per 3. annos, antequam conſumpſerit, vel præ
ſumantur conſumpti, quia hoc nihil iuuat peten-
ti iudicio meo, cùm teneatur ad æſtimationem, &
non ad fructus in genere, ſi illos cõſumpſerit ante
triennium, quo caſu illa æſtimatio nõ poteſt creſ-

cere, niſi vſque ad vitam frumenti, vini, olei, & fructuum naturalem. Et cùm non petierit infra tempus vitæ naturalis illorum fructuum, non eſt curandum, an ante triennium, vel in triennio conſumpſerit, quia non tenetur illos tutor vltra triennium conſeruare ne corrumpentur: nam ſi non conſumpſiſſet, natura ipſa conſumpti fuiſſent, vt etiam ſentit Iaſ. in l. diuortio. §. interdum. num. 12. ff. ſolut. matrimon. & ideo tenetur de negligentia tutor illorum trium annorum, quia nõ vendidit, & pretium non cõuertit in vtilitatem minoris, & non poſt triennium, quia iſta etiam penes ipſum minorem, vel creditorem, corrumperentur, & cõſumerentur, quo caſu non tenetur debitor de eo, quod etiam eueniſſet apud dominum, & creditorem, vt in ſimili habetur per Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pign. acti. & D. Pile. Antiq. gloſſator, in q.
239 104. cum prouinciali, & per Pet. de Vbal. de duob. fratrib. in 8. par. q. 19. nu. 20. & in 5. par. q. 24. num. 27. verſ. ſecus ſi moriantur, vbi concludunt, conductorem animalium non teneri de morte naturali, quia eodem modo mortua fuiſſent apud locatorem. Vnde Iac. Menoc. d. nu. 589. putat dictũ
240 Rui in d. conſ. 204. non eſſe verum, & contrarium videtur velle Aret. in d. §. ſi quis à non domino. & Ant. de Fan. de pigno. in 5. part. 5. memb. num. 12. verſ. adde tamen. cart. 404. & patet ſenſui, quia ſi non probaret tenuiſſe per triennium dictos fructus in horreo, quod eſt difficile probare, ſequeretur, quòd vt genus teneretur ſemper ad fructus, & ad æſtimationem quantiplurimi, quod non eſt dicendum per text. in d. l. 1. C. de diſtra. pignor. & per Bar. in d. l. diuortio. d. §. ob donationes. ff. ſol. matrim. vbi fructibus conſumptis non debentur fructus, ſed æſtimatio, & etiam ſequitur Iaſ. in d. l. diuortio. §. quod in anno. numer. 6. dictum verò Rui. in d. quæſt. 204. puto veriſsimum circa pretij reſtitutionem, caſu quo tutor, vel cõmodatarius diceret, bona eſſe conſumpta præſumptione legis, & propter hoc vellet liberari etiam à præſtatione æſtimationis, tanquam corrupta abſque eius culpa: quia tunc ſaltem debet probare, per triennium retinuiſſe, & in eius vtilitatem non conuertiſſe, non autem, quoad æſtimationem quanti plurimi, vltra triennium. Quæ omnia nota, & perpetuò tene menti, quia de facili quis iuuenis diceret contrarium, & ita iudicaui de anno 1563. Volaterris, dum ibi eram Aſſeſſor, in fauorem Hieronymi de Incontris, contra quem fuit motum iudicium, & petebantur ſacci decem, & ſeptem grani ad rationem quãtiplurimi, à quodam maledicto, & auaro ruſtico, qui ſteterat per annos decem, & vltra, vſque ad tempus chareſtiæ, ad petendum dictum granum certum, & ſpecificatũ, & dixi, quòd ſolum teneretur ad æſtimationem frumenti, vſque ad tempus conſumptionis legalis, & non petitionis, & ſententia poſtea fuit confirmata, & propter hoc ego fui lucratus ab aduocato Hieronymi vnam mihi chariſsimam vxorẽ, à quo lucro liberat impatientes dominus. Et etiam nouiſsimè iudicaui contra incettatorem grani, virtute legis incettarum: licèt alij teneant æſtimationem grani, incettati debere attendi à die incettationis factæ, & non à die ſententiæ, & malè, & ſine legibus, per verba expreſſa dictæ legis ibi, Sotto pena della perdita di eſſo grano, & biade, & ſentit Aegid. Boſsi. pract. crimin. titulo de bonor. public. nume. 76. & ſeq. Anto. de Fan. de pignor. in 2. parte. 4. membr. numer. 15. & Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. §. cum ſtipulamur. num. 6. ff. de verbo. oblig. & Boer. deciſio. 68. numero 5. & 6. & per hæc media, ſi erat vltra triennium, poterat decidi quæſtio Michaelis de Bau. cum communitate Volaterrar. & procedit, ſiue reſtituere habens fructus ſit in bona vel mala fide, quia cùm iſta conſumptio ſit inducta à lege, & poſt eam non creſcat æſtimatio, non habetur in conſideratione mala fides, vt per Iacobum Menochium dicto remedio 15. quæſtio. 15. num. 187. & ſequen. verſic. declaratur ſextò. cart. 148. & per ea, quæ ſupra dixi, num. 149. & numero 158. & ſupra Doctores loquuntur etiam in malæfidei poſſeſſore, quia iſta ſpecies ſiue licitè, ſiue illicitè ſit recepta, non poteſt durare, niſi per triennium. d. gloſſ. in d. l. 1. C. ſi aduerſ. vſucapio. An autem prædicta habeant locum in alimentis, diſtinguẽdum duxi, an debeantur fructus in ſpecie, videlicet, talis prædij, aut in genere. Primo caſu concludendum eſt, vt ſupra, quòd vltra triennium non ha-
241 beat locum æſtimatio quãtiplurimi: ſecundo caſu ꝙ habeat locũ à die moræ citra, tanquã debitor eius, qui alimentari debet, & licèt alimenta præſtentur ſingulo quoquo anno, & pro quolibet anno debeant dari ad conſumendum, qua conſumptione facta non videatur habere locum æſtimatio quantiplurimi, vt per Decium, & Iaſo. in leg. vnum. & l. quod te. ff. ſi certum petatur. & per ſupradicta. & ita etiam tenuit Rota Florentina, in cauſſa cuiuſdam Piſtorienſis, ſub die decima, mẽſis Iunij 1565. allegando Aretin. in d. §. ſi quis à non domino, numer. 4. tamen contrarium omninò eſt tenendum, poſtquam illi fructus non ſunt ſoluti creditori. Nec video in hoc aliquam differentiam, inter fructus obligatos ex aliquo contractu, vel obligatione, vel pro alimentis, & annuis præſtationibus: Nam omni caſu eſt debitor fructuum in genere, & tanquam moroſus eſt condemnandus ad æſtimationem quantiplurimi, quando alimenta debentur ex diſpoſitione hominis, quia tunc debentur etiam pro temporibus præteritis, & ad hæredes creditoris tranſeunt iure actionis, ſecus ſi iure naturæ, & miſerationis cauſſa, & ſic officio iudicis deberentur, vt per Baldum in l. de alimentis. C. de tranſactio. Alexand. conſi. 7. viſis. num. 10. volum. 2. in conſ. 178. nu. 7. volu. 7. Corn. conſil. 183. volum. primo. Bald. conſi. 235. numer. 1. volum. 1. Dec. in Auth. præterea, ſub numer. 20. C. vnde vir, & vxor. Alciat. reg. 1. præſumpt. 32. nume. 8. Rolan. à Valle, conſ. 55. numer. 5. volum. 2. Rota Bononienſ. deciſio. 89. & Hierony. Giga. in tract. de penſioni. quæſtio. 52. numero 5. vbi dicunt cõmunem. Quod eſt notandum in ciuitate Piſtorij per cauſidicos, & procuratores, qui habent pro comperto, quòd vltra annum æſtimatio non creſcat in alimentis, & aliquando, vt dixi, obtinuerũt, & malè iudicio meo: quia ſi volumus conſiderare fructus in ſpecie, vſque ad triennium, etiam quòd ſint conſumpti ante triennium, æſtimatio creſcit, vt nota. Baldus, in leg. prima, ſecunda, verſicul. & nota quod ad hoc. C. de vſur. & Meno. de recup. poſſ. reme. 15. q. 40. n. 597. verſ. declaratur tertiò.

Si au-

Si autem eos volumus conſiderare in genere, vltra triennium, & vſque ad ſolutionem, æſtimatio creſcit, quia genus nunquam perit. d. l. quod te. ff. ſi cert. peta. & ſupra latè declaraui. Quod eſt notandum pro victuarijs, & conductoribus partiarijs, qui præſumuntur obligati, dare de fructibus illorum locorum conductorum, vt per Barto. in l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. per illum text. Petr. de Rauen. ſing. 22. Mayne. l. in cõdemnatione. §. verbum. ſub numero 16. ff. de reg. iur. & Gomes. §. item Seruiana. ſub nume. 8. inſtit.
242 de actioni. Et prædicta procedunt, quãdo fructus debentur iure actionis, ſecus ſi officio iudicis mora non commiſſa, quia ſi corrumperentur, non teneretur poſt triennium ad aliquam æſtimationẽ, vt per Doct. in d. l. quod te. vbi Iaſ. numero 2. & 12. ff. ſi cert. petat. & ſtaretur eius iuramento, ſi eſſet perſona fide digna, & omni exceptione maior. §. cum autem emptio. inſtit. de emptio. & vend. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero. ff. de edendo. Hyppol. ſing. 273. notiſsimum eſt. nume. 1. & Plot. in d. l. ſi quando. num. 792. & ſeq. verſicu. ſeptimò principaliter. C. vnde vi. Et quomodo in caſu iſto debet formari libellus, ponit perbellè Aret. d. §. ſi quis à non domino. nume. 3. & 4. inſtit. de rer. di-
243 uiſio. & Boeri. deciſ. 68. nu. 3. Et quando tutor aut curator emit ſimpliciter aliquam rem, aut aliquẽ actum facit, quod ſpectat ad pupillum, tunc præſumitur nomine pupilli, & vti tutor hoc feciſſe, & non nomine proprio. Tyraquel. de retract. ligna. §. 10. gloſ. vnica. numero 2. & ſequ. Bartol. in l. poſt mortem. §. tutor. numero 1. ff. quando ex fact. tut. vel curat. mino. ag. Iaſ. in l. ſi fundum, per fideicõmiſſum. num. 30. ff. de leg. primo. Bartol. in l. 3. §. ſed & ſi contutor. numer. 1. ff. de iudic. ſol. Cornel. conſil. 27. volumin. ſecundo. Alciat. regul. 2. præſumpt. 24. numero 3. & Bart. in l. 2. §. pupillus. nu. 4. ff. de accuſa. vbi dicunt, procedere, ſi contrahẽtes & agentes ſciebant illum eſſe tutorem, & etiã præſumitur emiſſe de pecunia pupilli, vt per Alex. conſilio 108. viſo Themate. num. 10. volum. prim. & latè per Crauet. conſilio 129. lib. 1. ſed ſi emptio, aut actus prædictus non ſpectaret principaliter ad pupillum, ſed ad ipſum tutorem etiam pertinere poſſet, eo caſu ſuo proprio nomine præſumeretur feciſſe, per iura ſupra allegata, & ſequitur Franciſc. Turtian. regula ſexta, Tyraqu. de retrac.
244 lignag. §. 10. gloſſ. vnica. numero 2. & ſeq. verſicul. Sed quęritur, an admittatur, niſi iſte tutor ſcripſiſſet in ſuo libro, ſe emiſſe tutorio nomine, vel nomine pupilli, quia tunc efficeretur ipſius pupilli, quod extenditur ad quemlibet adminiſtratorem, vt per ſubtilem, & veridicum Doctorem D. Franc. Procelli. in ſuo vtili tract. de duobus fratri. quæſt. prima, num. 72. & ſequenti, car. 42. vbi dicit, quod iudex faciat apportare libros mercatoris, & ſubitò apprehendat ex eis. & ſequitur Crauet. conſilio 286. colum. 1. numer. 1. lib. 2. & ſentit Alexan. conſilio 142. circa primam. in fi. volum. 2. & vide Ruin. conſilio 29. numero 10 volum. 5. & Hippo. ſingul. 459. & Bart. in conſi. 35. & prima facie. num. 4. vol. 1. & dixit Affli. deciſ. 360. num. 7. quòd frater poſſidens bona communia patris, præſumitur potius nomine proprio tenere, & poſsidere, quàm tutorio, vel adminiſtratorio nomine. Cornel. conſi. 213. volum. 3. niſi in libro ſuo aliud appareret, vel in æſtimo communi tanquam communia deſcribi fecerit, adnotata per Petr. de Vbal. tractat. de duob. fratri. in 3. part. ſub num. 34. & Alciat. reg. 3. præſumpt. 17. num. 4.

Quod intelligo, ſi ſeparatim, & diſiunctim
245 ſteterit à ſuis fratribus: ſi autem omnes in communione ad vnum panem, & vnum vinum ſteterint, tunc dico, fratrem maiorem tenuiſſe & poſſediſſe dicta bona communia nomine communi, & iure cõmunionis, ac familiaritatis, quoad portionem aliorum fratrum, & ſimiliter alij fratres vti hæredes poſſediſſe, vt per Alexand. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſeſſ. & plura cõgerit doctiſsimus Roderic. Suarez. titulo Delas. Herentias, in primo notab. num. 8. verſicu. hic in-
246 tellectus. & numero 9. cart. 890. vbi etiam declarat, quando quis dicatur poſsidere iure proprio, & quando iure familiaritatis. Et emendo tutorio nomine, ſi appoſuerit pactum de retrouendendo, Angel. voluit in l. ſi autem. ff. de pact. & ibi Paul. de Caſtr. num. 3. & idem Paul. de Caſtr. in conſil. 318. colum. fi. volum. 1. & Iaſ. in l. contra iuris. §. ſi filius. numero 11. ff. eod. & Tyraq. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 6. num. 28. in fin. & titu. ad finem tituli, nu. 2. & 3. cart. 336. quòd valeat tale pactum, & quòd minor tenetur retrouendere, & videtur communis opinio, ex relatis per ſubtilem Ari. Pinel. in l. 1. in 3. part. ſub num. 52. verſic. vides igitur. colum. 2. car. 390. C. de bon. mater. qui multum ingenioſè tenet, tutorem non poſſe apponere tale pactum reſolutiuum per text. quem dicit ſingularem, & à Doctoribus non delibatum in l. 1. §. fin. ff. de reb. eor. & vide Boer. deciſ. 182. nu. 3. Et ſi tutor in eodem inſtrumento nõ appoſuerit tale pactum, ſed poſt contractum, tunc tale pactum non valebit, cùm iam eſſet quæſitum ius minori poſt rogatum contractus, per tex. in l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de verbo. obl. & videtur text. in d. l. 1. d. §. fin. de reb. eor. quem text. Ari. Pinel. d. nume. 51. inducit, habere locum etiam in eodem contractu emptionis, & dicit, Doctores quàm plures fuiſſe immemores d. §. fin. & Tyraq. d. titu. ad fin. titul. numer. 13. verſicul. ſed non video. dicit dict. §. fin. de pacto reſolutiuo, ſeu pignoris, poſito in eodem contractu non putare loqui, & credere eſſe mancum ex mente Bald. conſilio 415. illa ſolemnitas. volum. 2. quia adducit d. §. fin. pro contraria parte, videlicet, quòd poſsit pignus valere. Tamen ego intelligo d. §. fin. hoc modo. Si minor vigintiquinque annis emerit prædia rogato contractu, & ſtatim iiſdem teſtibus, & notario ſit pactum appoſitum, vt donec pretium ſolueret, eſſent pignori obligata venditori, non puto pignus valere, nam vbi dominium quęſitum eſt minori, cœpit non poſſe obligari, quia ſi intelligere volueris tex. d. §. fin. loqui de pacto appoſito in eodem contractu & rogatu, non poterunt verificari illa verba: Nam ibi dominium quæſitum eſt minori, quia dominium non acquireretur, niſi cum dicta obligatione pignoris, cùm ita venditio fuerit ordinata, & contractus non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere, & ſic claudicare. leg. cum quæritur. ff. de adminiſtra. tutor. l. nam abſurdum. ff. de bonis liber. Tyraq. de retract. conuen. ad finem tituli, num. 4.

F 2 verſic.

verſ. huic quoque, & ideo ad hoc, vt dominium liberè dicatur acquiſitum, intelligendus eſt tex. d. §. fi. l. 1. ff. de reb. eorum. quòd loquatur de obligatione pignoris facta incontinenti poſt emptionẽ ab eodem notario, & iiſdem teſtibus, vt ſæpius fieri ſolet, vt notat Rota Bonon. deciſ. 29. numer. 1. quamuis & melius videatur, poſſe ſuſtineri, quod d. §. fin. loquatur de obligatione pignoris in eodẽ contractu interpoſita, putans, dictus venditor potuiſſe huiuſmodi pactum apponere conſentiente ipſo minore, vel tutore, & rogato contractu poſtea reperiatur non potuiſſe apponi, tanquam appoſitum ſine aliqua cauſſa neceſsitatis, & pronuncia iudicis, quod non eſt de melioribus bonis, vt ſuprà docui in alienatione bonorum minoris. nu. 129. & ſic ex lectura dicti contractus fuit tranſlatum dominium in minorem, vti contractus validus ex parte venditoris, obligatio autem pignoris annullata vti contractus inualidus, & imperfectus ex parte minoris, quod ſtare poteſt. glo. nota. in l. 1. C. de reſcind. vendi. & AEgid. Boſſ. pract. crimi. tit. de bono. publica. numero, 82. in fin. & ſentit. Soci. conſili. 53. volu. 4. & Phanuci. de luc. dot. gl. 8. ſub. num. 18. car. 322. & Franc. Sarment. tract. de reditibus, in prima par. cap. 2. numer. 18. & 19. nam à principio fuerunt concordes, putantes pro parte eorum contractum valere, & poſtea celebrato contractu diſpoſitione, l. ob æs. C. de præd. minor. & l. magis puto. §. non paſsim. ff. de reb. eorum. fuit repertum, huiuſmodi obligationem pignoris non valere, & ſic contra voluntatẽ primæuam cõtrahentium, & ex facto legis, & non hominis, l. in cauſſæ cognitione etiam verſabitur. ff. de minorib. ideo non eſt mirum, ſi dominium fuit tranſlatum & acquiſitum minori, & iſta opinio eſſet ſequenda, & non cõmunis opinio, quia illa eſt contra legem, vt dicit Syl. nuptial. lib. 5. n. 76. limit. 3. titu. quomo. iud. debet iudica. quia vbi eſt caſus legis, ibi non cadit quæſtio iuris. l. ancillæ. C. de furt. & ſentit Rol. à Valle conſ. 100. nu. 48. ſeq. vol. 2. Alex. conſ. 225. num. 13. vol. 6. Vnde colligitur ex d. tex. l. 1. d. §. fin. ff. de reb. eorum. quòd minor non poteſt apponere in contractu
247 pactum, conditionem, vel obligationem aliquam inordinatam aut ipſum lædentem, & ſi fuerunt appoſita, pro non adiecta iudicabit Iuriſc. Hinc eſt, quòd promittens non petere reſtitutionem in integrum, aut abſolutionem à iuramento, ſi erit læſus, pacto non obſtante, poterit petere, vt per Affl. deci. 220. num. 11. & ſeq. glo. in l. ſi iudex. vbi Bart. & dd. ff. de minorib. & Capici. deciſ. 110. in cauſſa Nicolai. num. 2. vbi dicit, non procedere in mulieribus, quæ poſſunt renunciare fauori ſuo, quo caſu non procederet in eorum fauorem, d. §. fin. & eſſent obſtrictæ pactum obſeruare propter æqualitatem contractus. Et ideo dixi Volaterris, D. Titan. vxorem Leonis de Riccobaldis teneri &
248 eſſe obligatam, accipere eius dotes ab hæredibus Leonis in tot bonis mariti, ſecundum diſpoſitionem ſtatuti Volaterræ, poſtquam approbauit cõuentionem, & inſtrumentum factum inter patrẽ d. D. Titæ, & eius maritum, in quo diſponebatur, dotem eſſe reſtituendam ſecundũ ſtatutum Volaterranum: Nam non poterat approbare pro ſui parte, & contra eam improbare, cum in dote ſe p- iudicare dicere non poterat, vt ſentit Alex. conſ. 69. ſuper primo, ſub nu. 3. & nu. 4. vol. 1. & Tyraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 14. nu. 107. verſ. quid etiam, & faciunt adnotata per eundem Tyraq. de
249 retract. conuenti. ad. fi. tit. num. 5. & 6. verſic. huc quoque. car. mihi, 336. & dixit Bald. in l. ſin autem. ff. de pact. quod is, cui ius quæritur ex contractu, debet illum acceptare cum omnibus ſuis pactis, & clauſulis in eo appoſitis, & ibi Alberi. ponit notabilem quæſtionem conſimilem, & ideo petendo eius dotes, ab hæredibus Leonis, vigore illius inſtrumenti approbati à Rota Florentina, cenſetur approbaſſe dictum inſtrumentum cum omnibus ſuis qualitatibus, vitijs, & dependentibus. l. à ſe toto. ff. de hæred. inſtit. Ioan. de Amic. conſ. 44. col. 2. Deci. conſ. 647. n. 2. Petr. Duen. regula 100. clerici. in 6. fallentia. Boeri. deciſ. 33. nu. 31. quia vtens aliquo inſtrumento aut ſtatuto pro ſe, cenſetur etiam illud approbare contra ſe, vt latè per Iaſ. conſ. 57. ſub nu. 3. vol. 1. Alex. conſ. 30. nu. 1. & ſeq. vol. 7. Iaco. Machel. patroci. 55. num. 16. in fi. Rui. conſ. 136. nu. 3. 4. vol. 4. conſ. 114. nu. 14. vol. 3. Boeri. deciſ. 252. nu. 4. & deciſ. 33. num. 31. Deci. conſi. 558. ſub num. 7. & latè Phanuci. de luc. dot. glo. 11. nu. 5. car. 495. & pulchrè per Roderic. Soarez. allega. 27. nu. 4. verſi. & vltra hoc probatur. car. 284. vbi dicit, procedere etiam, quòd pro parte producentis non valeret, & ideo miror, quòd iudices circa hoc dubitarent. Imò fuit malè in parte iudicatum contra dictos hæredes, iudicando d. D. Titan debere conſequi eius dotes, ſecundum ſtatutum in melioribus bonis dicti Leonis, ad eius electionem: tum quia ſtatutum hoc non dicit, ſtantibus creditoribus: cùm etiam, quia quando quis promittit ſoluere, de bonis ſuis, aut ſecundum ſtatutum, & ſtatutum dicat, dotes
250 ſoluendas de bonis defuncti, ſemper intelligitur de bonis mediocribus arbitrio iudicis, & non de melioribus, etiam quod fuiſſet dictum ad beneplacitum, & electionem creditoris, vt notat Bald. in Authen. hoc niſi debitor. ſub numero, 1. C. de ſolutio. Bart. in leg. ſi ex falſis. in fine. C. de tranſact. Alexan. conſili. 125. colum. fin. volu. 1. Iaſon, l. ſed & ſi quis. numero, 5. & numero, 6. C. communia de legat. Boeri. deciſ. 46. Bernar. Diaz. regu. 406. legatarius. & Bart. in leg. quoties. numero, 2. ff. de optio. lega. & Crauet. de antiqui. tempor. in quarta part. ſectione, materia iſta. ſub numero, 114. verſicul. duodecimo in contractu. car. 220. Ergo non erat ſententiandum de melioribus bonis mariti, quod nota tu Vo-
251 laterranus pro alia vice, vt ſcias oſtendere iudici deciſiones in terminis, quia ſunt ita pompoſi, quòd niſi videant textum, nolunt credere vni Doctori, & ita habebis plures, & erit coactus credere: nam in ore duorum vel trium ſtat omne verbũ. l. vbi numerus. ff. de teſtibus. Niſi in reſtitutione dotis pater, aut frater poſuiſſet onus, aut cõditionem aliquam, quia tunc mulier non teneretur eam ſequi, vti excluſa à ſtatuto, quæ ſuccedit loco legitimæ, vſq; ad legitimã, adnota. per Deci. conſilio, 106. & pro tenui. & Beneuent. Strac. tractat. de adiecto. tertia part. numero, 150. verſicul. nu. dos à patre. cart. 237. & Pariſius, conſil. trigeſimoſexto. ſtatutum. num. quinto, volum. tertio & Ro-

& Roderic. Soarez. l. quoniam in prioribus. in 6. quæſt. ſub numero 2. C. de inoffic. teſtam. car. 411. & conſidera, an diſpoſitio d.l.1.§.fin.ff. de reb. eorum, haberet locum, ſi in cōtractu fuiſſet dictum, quòd vendidit minori cum hac conditione retractandi, & non aliter nec alio modo, nam dicta verba important, ꝙ ſi non valet, vt agitur, non intelligatur contractus celebratus. Alex. conſ. 3. viſo in ſtrumento. numero 4. verſic. in tantum. volum. 1. Bald. c.1.§. denique. verſi. ſed pone. quæ fue. 1. cauſ. benefi. amit. & Beneu. Strac. de aſſecuratio. glo. 35. 252 num. 2. cart. 136.

Si autem tutor ſuo nomine de pecunijs pupilli emerit bona aliqua, hoc non obſtante efficientur ipſius pupilli ratificando, & ſi noluerit ratificare, habebit hypothecam, & prælationem in dictis bonis pro pecunia recuperanda, quod extenditur etiam ad bona Eccleſiaſtica. leg. ſi tutor. C. de ſer. pign. da. manu. Bartol. l. ſi patruus. Cod. communia vtriuſque iud. Rom. ſingu. 166. tu ſcis. Petr. de Rauen. ſingul. 192. ſingul. 181. & Corſet. in ſingul. verbo, emptor. Crauet. conſilio 286. volu. 2. Ant. de Fan. de pignor. in 2. part. 4. membr. numero 163. verſicul. ſeptimus decimus caſus. cart. 158. & benè declarat Cornel. conſilio 213. numero 3. volum. 3. Pariſi. conſil. 80. numero 10. & per to- 253 tum volum. 1. & Moder. Pariſienſ. in tract. de vſur. q. 76. num. 590. Si autem dicta bona fuerint empta à tertio ex pecunijs dicti pupilli ei mutuatis à tutore, tūc dicta bona nō erunt pupilli, ſed tibi hypothecata in ſubſidium, cum dicta prælatione, nā præferretur quibuſcunque creditoribus anterioribus diſtinguēdo, vt facit Ant. de Fan. d. 4. mem. num. 163. & num. 158. verſ. ſubdit tamen. char. 156. Corn. conſ. 213. lit. A. & ſeq. vol. 3. Petr. de Raue. d. ſing. 192. Pariſ. d. con. 80. nu. 5. nu. 13. & ſeq. & Fran. Porcel. de duobus fratrib. q. 1. n. 78. car. mihi, 44.

254 At ſi de ſuis pecunijs tutor emerit bona, nomine pupilli, & illis vtatur, fructuſque percipiat, donec ſit de pretio ſatisfactus, erit obligatus talis tutor fructus compenſare in ſortem non extantes, extantes autem reſtituere, & ſic illud minus à domino recipere, adeò, quòd ſi per plures annos tenuiſſet dicta bona, reſtitueret prædium abſque pretio, & ſi fructus excederent ſortem, vltra ſortem illos reſtitueret ſeu æſtimationem, adnotata per Afflict. deciſio. 44. numero 31. verſic. circa tertium. Nam emendo de ſuis pecunijs, nomine pupilli, habuit animū illas mutuandi, & ſic breui manu accommodare pupillo animo retrahendi, & pro ſecuritate, & hypotheca retinuit bona empta, quo caſu tenetur fructus deductis expenſis excōputare in ſortem, adnotata per Anton. de Fan. de pignor. in quinta part. membr. primo. & ſeque. & quòd in caſu propoſito teneatur tutor compenſare in ſortem fructus prædij empti nomine minoris, ita dicit Bald. in Rubr. C. de contra. empt. in 15. q. Alex. ad Bar. in l. 15. qui ſuis. ff. de manumiſ. Iaſ. in l. non amplius. §. fi. colum. 1. ff. de leg. primo. in l. 2. §. 1. colum. fin. ff. ſi cert. petat. quia emendo pro alio videtur mutuare, & ideò nihil præmij debet conſequi, aliàs vſura eſſet iuſta, illud, mutuo dantes, nihil inde ſperantes, & quicquid accedit ſorti vſura eſt. l. Rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. peta. quamuis contrarium tenuerit Alciat. in d. l. 2. d. §. primo. & Moder. Pariſi. in tract. de contract. vſur. quæſt. 86. num. 666. chart. 660. tamen prima opinio eſt cōmunis, & verior, vt pro ſingulari tradit Frā. Crem. ſing. 169. Titius meus. & Pet. Gerar. ſing. 31. ſi mandaui. & eſt gloſſ. in l. Titius. in verbo, ex reditu. ff. de præſcript verb. & ibi Docto. vbi Iaſ. numer. 1. & veram eſſe Didac. variar. reſolut. lib. 3. cap. 4. ſub num. 5. verſicu. decimo ſexto obſeruandum. char. mihi. 806. & pro cautela monet Ferrar. cautel. 54. tu cupis. Adeò, quòd ſi poſtea tutor fuiſſet ſpolia- 255 tus poſſeſsione dictorum bonorum, minori competeret remedium reintegranda, & interdictum vnde vi, etiam non ſequuta prius ratihabitione per dictum minorem, ſi venditor ſciebat emptionem fieri nomine minoris, vt per Affli. deciſ. 300. fuit dubitatum. tangit Tyraquel. de iure conſt. 26. ampliati. num. 13. & ſeq. in ſecunda part. chart. 49. vel ſi iuramentum in emptione eſſet appoſitum, quia operatur præſentiam partis in conſtituto, vt per Rolandum à Valle, conſilio 19. numero 29. & ſequen. volum. 1. & in conſilio ſexto, numero 40. volumine 2.

Si autem non eſſet ſpoliatus, poſſeſsio mino- 256 ri per tutorem ſtatim fuit acquiſita facta emptione, etiam quòd venditor ignorauerit, tutorem emiſſe nomine pupilli, quia ſufficit, quòd tutor ipſe ſolus habuerit hunc animum ad eius præiudicium, ita dicit Afflict. deciſio. 301. Fuit dubitatum in conſilio, & in procuratore emente nomine domini de ſuis pecunijs, latè dixi infra tit. de procuratore. capit. 3. verſicul. & ſi emerit de pecunia ſua, & de materia tradit Tyraquel. d. 26. ampliat. numero 13. & ſeq. & ſentit tex. in §. ex his itaq;. inſtit. per quas perſon. nob. acqu. Alex. conſ. 110. num. 3. volum. 1.

Quod ſecus eſt, quando tutor, aut curator 257 vendit bona minoris, & conſtituit ſe tenere, & poſſidere dict. nomine dicta bona nomine emptoris, quia non transferunt poſſeſsionem, nec dominiū in dictum emptorem, quia per actus fictos nequeunt poſſeſsionem transferre, vt nota. Bartol. in l. prima. in princip. colum. penultim. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Alex. & Docto. Matheſil. ſing. 166. ſequitur. Capic. deciſio. 14. num. 11. verſicu. ſed dictæ conſideratio. Villalob. commun. opini. in verbo, poſſeſsio. num. 129. rationem adducit Soc. conſil. 239. numero 9. volum. 2. Alex. conſ. 8. num. 16. 17. volum. 7. Adeò, quòd ſi ipſi minores poſtea venderent dicta bona alteri, cum conſtituto ſeu reali traditione, iſte vltimus emptor præferretur, & haberet potiora iura, ſi ſoluiſſet pretium venditori, per tex. in l. quoties. C. de rei vend. Bal. in Rubr. de contra. empt. in 16. q. Alex. conſ. 14. circa primum. in fi. volum. 1. Dec. & Cagn. in l. contractus. nume. 14. ff. de regulis iuris. vbi dicunt, quòd vendens, 258 vel donans aliquam rem duobus diuerſis temporibus, ille eſt præferendus, qui prius habuit poſſeſsionem, & ibi res tradita fuit etiam per conſtitutum, ſeu precarium habilem ad transferendam poſſeſsionem, licèt ſit differētia inter precarium, & conſtitutum, quam non conſiderant ignorantes Notarij, vt per Dec. in d. l. contractus. num. 12. verſicu. & nota differentiam. & Capic. deciſio. 14. nu. 16. vbi dicunt, per precarium transferri ſolum ciuilem, per conſtitutū, vtrumq;. Et hoc procedit, niſi ven-

niſi venditio, aut donatio duobus facta, fuiſſet facta Eccleſię, minori, Reipublicæ, Vniuerſitati, hoſpitali, & piæ cauſſæ, vt per Didac. variar. reſolu. lib. 2. capit. 19. numero, 2. car. 683. iunctis allegatis per Plot. in leg. ſi quando. numero. 24. verſi. & vbi probaretur. & numero, 766. fallit in actione tutelæ. C. vnde vi. & niſi pretium non fuiſſet ſolutum, ſi non potuiſſet venditor habere fidem de pretio, ſi contractus, aut conſtitutum eſſet ſimulatus, nullus, & nullum, emptor abſens, poſſeſsio non eſſet penes venditorem tempore venditionis, vel res vendita eſſet incerta, vt quando vendo, quicquid iuris habeo in tali fundo, & conſtituo me tenere, & poſsidere, vel quando venditio eſt facta ad menſuram, & æſtimationem: aut venditio eſt facta ab Eccleſia, & à perſona eccleſiaſtica, vel à principe, & quando poſsidens eſſet in mala fide à principio, ſciens rem emptam fuiſſe ab alio, & alteri prius venditam, quo caſu non poteſt etiam agere ad reſtitutionem pretij, licet hoc non teneo, ita dicunt Deci. in l. contractus. numero, 12. 14. verſic. ex ſupradictis. ff. de reg. iur. Doct. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor, vbi Iaſ. nume. 5. & 6. ff. de re iud. Didac. variar. reſolu. cap. 19. libro 2. & lib. 3 cap. 17. colu. 1. 3. verſi. ad eam quæſtionem. car. 1017. & Moder. Pariſi. in tract. de vſur. quæſt.
259 15. car. 163. licet circa emptorem abſentem conſtitutum operatur præſentiam, per iuramentum ibi interpoſitum, vt conſuluit Rol. à Valle, conſi. 19. num. 29 vol. 1.

260 Et circa bona vendita ad menſuram cum conſtituto, Bart. in conſilio, 74. numero 2. volu. 1. Petrus tenuit, quòd venditio ſit incerta reſpectu loci, & quotę, & propterea non transferri poſſeſsionem & conſtitutum, niſi facta menſuratione, quem ſequitur Anchar. conſili. 150. & idem Bart. conſili. 121. in quæſtione Domini Cioli. vol. 1. Hypol. in Rubric. de probatione. numero 400. verſicul. item ipſa incertitudo. Capici. deciſi. 14. Pariſius, conſi. 59. colu. 3. ſeq. volum. primo. & Didac. Pract. quæſti. cap. 3. ſub numero 6. verſi. nam ſecunda pars. car. 42. Et in venditione pro indiuiſo, & ſic non menſurata cum conſtituto loquitur D. Bero. q. 106. cum quidam. numero 3. per tex. Bart. & Doct. in leg. 3. §. incertam. ff. de acquir. poſſeſ. & per Rui. conſil. 144. numero 1. volum. 1. qui dicit, venditorem benè teneri ad fructus pro rata pretij ſoluti, & ſequitur Rota Bonon. deciſi. 29. nume. 2. & ſeq. Alij verò dicunt, quòd eſt incertitudo ſolum reſpectu loci, & non quotæ, & quòd hæc duo requiruntur ad hoc, vt poſſeſsio per conſtitutum non transferatur, & dominium, & quando duo copulatiuè requiruntur, non ſufficit vnum, vt per Plot. in leg. ſi quando. numero 35. & numero 345. verſi. imo. C. vnde vi. & Anchar Regienſ. queſt. 9. numero 5. & ſeq. in prima parte. ergo poſſeſsio per conſtitutum transferri poterit, nam per veram traditionem dubium non habet, ita conſuluit Deci. conſil. 179. numero 2. Anchar. Regienſ. quæſt. 18. in prima par. ſentit Alexan. in leg. locus. nume. 2. ff. de acquir. poſſ. Soci. Iun. conſ. 42. num. 12. vol. 2. Corn. conſ. 50. videtur. lit. F. & q. verſ. & qui credit habere. volum. 1. Tyraquel. de iur. conſtit. in prima par. in fi. nu. 77. verſ. hec quod. car. 26. & Benintend. in Rota Bonon. deciſ. 29. nu. 2. & hanc opinionē teneo vti magis communem, cùm certè appareat de quantitate terreni, & loci generalis, licèt non particularis. d. l. locus & ibi Alex. d. nu. 2. & ſeq.

261 Quando autem venditio dicitur facta ad menſuram, & quando ad corpus, tradit Alexan. conſi. 106. viſo proceſſu. vol. 6. Afflict. deciſi. 280. Iaſo. in conſ. 55. nu. 4. vol. 1. Beneu. Strac. in tract. mercat. tito. de nauibus. numer. 6. car. 156. Rota Bononienſ. deciſ. 30. Pariſ. conſi. 64. conſi. 65. vol. 1. pulchrè per Capici. deciſ. 14. Pract. Papi. in forma lib. in cauſſa vend. in gloſſ. perticarum, car. mihi, 279. & latiſsimè omnium habetur per diligentiſſimum Didac. Couar. in ſua. pract. quæſt. c. 3. his quæ proxime. car mihi, 34. Et circa conſtitutum poſitum in re vendita ſecundum æſtimationem faciendam, præſuppoſita validitate inſtrumenti venditionis, iuxta ea, quæ conſuluit Corne. conſ. 50. videtur in hac conſultatione. volum. 1. & Dec. conſi. 648. numero 1. & Emanuel Suarez. in ſuis com. opin. in verbo. emptio nulla erit, numer. 132. & ſeq. aliqui voluerunt, non transferri poſſeſsionem ante æſtimationem rationib. ſupradictis, & etiam, quia talis venditio dicebatur conditiona-
262 lis, & non pura, & ante euentum conditionis res non dicitur perfecta, & dominium, ac poſſeſsio transferri non poteſt l. quòd ſæpè. §. in his. ff. de contrah. empt. tamen mihi videtur talis venditio pura, & non conditionalis, quia non eſt inconueniens, quòd venditio ſit pura, & pars pretij conditionalis, l. hæc conditio. & ibi Bal. in §. fina. ff. de contra. empti. & l. ſi pater. §. pen. ff. de pact. dotal. & apparet de certitudine rei, reſpectu loci & quātitatis, ergo dominiū, & poſſeſsio eſt tranſmiſsibilis, vt per Dec. d. conſi. 179. & in conſ. 648. num. 1. Corn. d. conſ. 50. videtur. vol. 1. lit. A. F. & G. Rui. conſ. 151. numero 4. vol. 3. & ita tenet Rota Bon. deci. 29. in cap. Io. Andreæ, numero 4. & 5. maximè emptore poſsidente, quo caſu transfertur poſſeſsio, vt ſupra dixi, quia dicitur conſtare de loco, vt per Alexan. d. l. locus. numero 3. & ſeq.
263 Balb. de præſcri. in 2. par. 3. par. prin. q. 6. car. 27. & Rota Bon. d. deciſ. 29. numero 5. & faciunt adnotata per Soci. in l. penuriam. ff. ſi cer. peta. & in conſ. 128. col. pen. volu. 3. & Alexan. conſi. 8. videtur fortaſſe, nu. 11. vol. 4. vbi habetur, quòd ſi in aliquo inſtrumēto reperitur aliqua quātitas certa, expreſſa cum clauſula, ſaluo iure æſtimationis, menſurationis, calculi, vel plus, & minus, prout apparebit facto calculo, æſtimatione, aut menſuratione, quòd nihilominus huiuſmodi inſtrumētum dicetur liquidum, & meretur executionem pro parte certa expreſſa, donec de contrario infra legitimum tempus non fuerit doctum per excipientem, & per Deci. conſ. 618. in caſu propoſito, numero 5. quia pretium conuentum inter partes
264 præſumitur iuſtum. Rolan. à Valle, conſ. 92. num. 17. volumine ſecundo, & iſta æſtimatio debet fieri infra ſexaginta dies, alias ſi inſtrumento adeſſet aliquod pretium expreſſum, cenſeretur poſtea à contrahentibus approbatum pro iuſto pretio dictæ venditionis, quod habebit locum etiam in menſuratione fienda, expreſſa certa quantitate menſuræ, vt ex facto reſpondit Socin. in conſi. vlt. vol. 3. ſequitur Anchar. Regiens. d. queſt. 18. n. 10. verſic

verſicul. prædictis quoque. vbi dicit, quòd ſi non fuiſſet factum pactum de æſtimãdo, vel menſurãdo, ſed dictum ſimpliciter ad menſurã, vel in æſtimatum, quòd tunc poterit menſurari, & æſtimari infra triginta annos, & tradit Dec.conſil.347.numero 1.& D.Bero.quæſt.5. in lege, vbi dicit, quòd poteſt ſemper facere æſtimare propter malam fi-
265 dem promittentis. An autem pretium ſit ſoluendum ſecundum tempus menſurationis, & æſtimationis, aut ſecundum tempus celebrati contractus, Aretin.in §.actionem autem.il.2. numero 16. verſic.quando dicatur.inſtit.de actio.tenet, attẽdi debere tempus menſurationis, & æſtimationis, cùm augmentum, & diminutio ſit in conditione, vti pretium poſitum ſub conditione, & ideò videtur actum, vt augeatur, vel minuatur pretium, iuxta æſtimationem, vt ſequitur Petr. Anchara. Regienſ.quæſtio.18.numero 4. verſic. imperfecta. in prima part. Rota Bononienſ. dicta deciſione 29. numero 4.Sed Paul. de Caſt.in l.ſicut.C. de actio. empt.tenet, quòd debeat attendi valor rei, ſecundum tempus celebrati contractus, & non æſtimationis, aut menſuræ, nam dicit, puto quòd habeat locum, etiam quando venditio fuit facta ad menſuram: licèt enim venditio non videatur perfecta, quantum adhoc, vt periculum interitus, vel deteriorationis vini, pertineat ad emptorem, quantum tamen ad augmentum, vel diminutionẽ pretij cenſetur perfecta, vt ſic ſi pretium poſtea diminuatur, nihilominus emptor tenetur ſoluere pretium conuentum, & ſi augeatur, non tenetur plus ſoluere quàm conuenerit, quem refert, & ſequitur Afflict.deciſio.280.quondam Ioannes, num. 5. vbi dicit, non eſſe locum pœnitentiæ, altera parte nolente.Didac.pract. quæſ.cap.3.ſub num.6.verſic.octauo.in eadem diſputatione.cart.41.& idem dicit Fran.Marc. deciſio. 28. quæritur quando vinum.ſub num.14.verſicu. quid autem iure immobili. in 2.part.Pariſi.conſ.64.num.45.verſic.& iuſtum pretium, volum.1.conſi.100.numer. 26. vol. 2.Ioan.Baccan.ſing.primò nota quæſtionem. Afflict.de iur.prothomis.§.vt infra 30.dies.num.29. verſicu.hic nunc quæro de pulchra quæſtione, vbi loquitur in retractu, & in æſtimatione loquitur diligentiſsimus Didac.Couar.pract.q.capitu. 28.ex multis, ſub num. 1. verſi. primum etenim conſtat. car.423.vbi allegat Socin.in conſil.56. colum. 5.& fina.circa medium, volumi. primo, vbi dicit, hanc æſtimationem fieri ipſo iure à lege facta conuentione, & ſic patet, quòd periculum augmenti, & diminutionis pretij ſpectat ad emptorem, periculum autẽ interitus, & deteriorationis ad venditorẽ, circa ꝙ periculũ interitus, & deteriorationis rei immobilis vide ſemper Fran.Marc.d. deciſ. 28. in ſecũda par. vbi multa bona loquitur, & hanc
266 opinionem vti communem teneo ex rationibus etiam infra dicendis. Et primò, quia valor verus rei venditæ inſpicitur tempore contractus, & non poſtea. gloſſ.& Doctor. in capit.cum cauſſa, extra de teſtibus.l.4.§.diui.ff.de iur. fiſci. Hinc eſt, quòd reſcindere volens contractum venditionis, propter læſionem, debet probare tempore venditionis, & ſic contractus, domum valere vltra dimidium iuſti pretij, aliter non obtinebit, vt conſuluit Socinus conſilio 48.numero tertio, volumin. quarto.Pariſi.conſilio 128.numero 35.volumin.2. C.de reſcind.vendit.& Doctor.in l. ſecund.lib.9.
267 rei mobilis.Didac.Couar. Variar. reſolutio. cart. 3.libro ſecundo, numero tertio. Secundò, quia à pari procedunt, aliquid eſſe certum, vel certificãdum ex alio.l.certum, & ibi nota. ff. ſi certum petatur, & talis certificatio, declaratio, & æſtimatio retrotrahitur ad diem contractus, in quo fuit pretium promiſſum, vt conſuluit Ruinus conſil. 225. viſis.volumine primo, vt refert, & ſequitur Phanucius, de luro dot.in Rubrica, in verbo, reſtituenda.numero quadrageſimo.cart.mihi.55.& colligitur ex nota.per textum, in §. pretium autem,
268 inſtitut.de emptio. & venditio. vbi Chriſtophor. Porc. ſub numero quarto. Tertiò, quia quando eſt facta ad menſuram, hoc eſt, pro pretio æſtimãdo, vel prædio menſurando, talis venditio dicitur imperfecta, quoad periculum interitus, ſeu deteriorationis rei, quod pertinet ad venditorem, quo ad verò augmentum, vel diminutionem pretij, dicitur perfecta venditio, quia ſi pretium poſtea diminuitur, nihilominus emptor tenetur ſoluere pretium conuentum, ſi augeatur, nõ tenetur plus ſoluere, quàm conuenerit. Paulus de Caſtro, dicta l.ſicut.C. de actio.empt.& ſupra dixi, vt tradit latè, Didac. practic.quæſtio.capitulo tertio, his, quę proximè, numero quinto, & ſequen. verſiculo, ſeptimò, illud eſt obſeruandum. carta. 39. Quartò, quia quælibet conceſsio facta præſumitur, ſecundum ſtatutum præſens, & de rebus præſentibus, & non futuris, vt per Iaſ.in l.quo minus. num. 136. & ſequent.verſicul. quem vigeſimo ſecundo de alia pulchra quæſtione.ff. de Flumini. Franc. Turzan.commun. opinio.quæſtio.83. pactum. pract.
269 Pap.in for.libr. in actio. confeſſ. in gloſſ. ſeruitus. numero 5.verſ.ſed circa quæritur. Vnde cum iſte vendiderit pro pretio æſtimando, intelligi debet de pretio, & valore de præſenti, & non de futuro, & ſecundum tempus venditionis, & non æſtima-
270 tionis, poſt longum tempus fiendæ.

Quintò, quia quando conditio eſt appoſita in fauorem venditoris, & poteſt ad beneplacitum venditoris adimpleri, ſi non adimpleat, quàm primum poterit, ſtatim incipit currere tempus, non expectato conditionis euentu. At tempus æſtimandi eſt in fauorem venditoris, & poteſt ad eius beneplacitum facere æſtimare, ergo cucurrit ei tempus. Roland. à Valle, conſilio 73. numero 35.
271 volum. 2.

Et fructus an ſint reſtituendi pro rata pretij non ſoluti, ſi facta æſtimatione eſſent bona maioris valoris, videtur tenendum, quòd non, ſi à principio aliquod pretium interuenerit, ex eo, quia à principio eſt habita fides de pretio, vſque ad tẽpus æſtimationis, & eſt emptor in bona fide. adnotata per Plot. l. ſi quando. numer. 451. verſicul. ſi vero. C. vnde vi. Afflict.deciſio.205. Crauet. conſil. 179.ſub numer.7.libr. 1. per adducta per Socin conſilio 128.volumin.3. & l. pecunia. ff. ſi certum petat.& Tyraq.de retract.conuent.§.2. gloſſ. vnica.numer. 73. & numer. 74.verſiculo, ex quibus vides. & Iacobus Machel. patrocin. 17. nume.8.

Si autem tutor, & curator bona minoris al-
272 teri d.N. mutuauerit, & accommodauerit, & conceſſerit, vel depoſuerit, & recipiens ꝓmiſerit dicto tutori,

tutori, aut pupillo reſtituere, ſi non erit legitimus tutor, & curator, quia ſolemnia non fecerit, & ſibi à recipiente dicta bona receperit, recipiens erit liberatus, nec à pupillo poterit moleſtari, ex eo, quia ſoluit non legitimo tutori, ita dicit Afflict. deciſio.147. quidam gerebat, per doctrinam Bart. in l. filius. C. de pact. & in l. eum qui. §. 1. numero 2. ff. de verbo. obligat. Ratio eſt, quia ipſe tutor fuit ille, qui dedit, & depoſuit, & non minor, licèt nomine pupilli, & ei quæratur actio, vnde dicit, quòd hac de cauſſa monachus, qui mutuauit, poteſt recipere ſolutionem, licèt actio ſit quæſita monaſterio, & ſequitur Crauet. conſilio ſexto, numero 112. libro primo, latè tradit Beneuent. Strac. tracta. de adiecto. in tertia part. numero 37. & ſequent. verſicul. decimotertio. cart. 205. quod ſecus eſſet, ſi ipſe tutor illegitimus non dediſſet, quia tunc ei non poteſt ſolui, & ſolutio eum non liberat, cum non poſsit conuenire, exigere, neque conueniri, vt ſupra pluries dixi, & per Decium, conſilio 407. viſis. & Rolandus à Valle, conſilio 9. numero ſecundo, volum. primo, vbi loquitur etiam in negotiorum geſtore non ſequuta ratificatione, & in conſilio 476. numero 4. eodem volum. 1. & ſentit Decius conſi. 25. vel niſi conditio tutoris, aut monachi eſſet facta deterior. l. cum quis. ff. de ſolut. & ibi Doct. vbi Barto. dicit, quòd ſi pecunia mutuata eſt à laico, & ipſe poſtea ingrediatur monaſterium, ſolutio ei non poteſt fieri. Vnde ſi accipiens à tutore nomine pupilli, ſciebat illum non fuiſſe tutorem, vel non legitimum, & ſoluerit, non erit liberatus, vt etiam ſentit idem Barto. in leg. quod ſeruus. ff. depoſit. quod dubito, cùm non fecerit deteriorem eius conditionem à die depoſiti, vel mutui citra, alias ſecus, & ideò in terra Petraſanctæ de anno 1567. iudicaui ſolutionem, & reſtitutionem factam per Dominam Catharinam de Alto paſsio Monacho Amadeo, cõuentus ſancti Auguſtini, abſque noua licentia, & mandato conuentus poſt ſcientiam Concilij Tridentini, quòd bona propria religioſorum, & monachorum debeant reuerti ad conuentum, & monaſteriũ, & propria retinere non poſsint, fuiſſe, & eſſe nullam, & non liberaſſe debitorem, cùm iura & conſtitutiones, quilibet ſcire teneatur, & non excuſatur prætextu ignorantiæ, cùm decretum ſit vniuerſale, & debitor reperiretur in loco, vbi poterat peritiores conſulere, iuxta notata per Alexand. conſilio 165. Dubitatur an mulieri. volu. 6. Plot. l. ſi quando, numero 442. verſic. item ſi ruſticus habitaret. C. vnde vi. & Octauia. Pedemon. deciſio. 87. num. 9. & in propoſito quæſtionis prædictæ loquitur Beneuen. Strach. tract. de adiecto. numer. 37. & ſequen. verſic. decimotertio. cart. 205. in 13. ampliatio. & in ſecunda limitation. numero 100. & ſequ. cart. 224. Attento etiam, quòd ſolutio apparebat per confeſsionem dicti Monachi Amadei, factam poſt motum iudicium, per quod fuit quæſitum ius monaſterio, & etiam quia dicta confeſsio non fuerat legitimè iuſtificata, & recognita, q̃a teſtes, qui ſe ſubſcripſerunt dictæ Appocæ, non fatentur
273 de vera numeratione, & de illo tempore, vt aſſerebat Reuerendus frater Amadeus, & ideò in fraudem monaſterij fuiſſe factam dicendum eſt, & non præiudicaſſe monaſterio, vt per Crauet. conſ. 282. ſub numero ſexto, volumi. ſecundo. Tyraquell. de Retract. lignag. §. primo. gloſſ. 18. numero 83. & & ſequen. cart. 144. & de Retract. conuenti. §. primo. gloſſ. 7. numero 43. & ſequent. nota. Bartol. in Auth. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante. nupt. Alex. conſ. 142. col. 2. vol. 5. & Egid. Boſ. pract. crimi. tit. debit. An delinq. num. 10. verſic. quæro etiam. car. 307. nam confeſsio, & ſcriptura non legitimè recognita nullam facit fidem. Docto. in l. ſcriptur. C. qui pot. in pig. per illum text. & Craue. de antiqui. temp. part. 1. ſectio. quæritur. nu. 33. & ſeq. car.
274 56. & Rui. conſ. 46. num. 3. & ſeq. volum. 4. An autem tutor legitimè conſtitutus obliget minorem, & liberet debitorem per ſolam confeſsionẽ, ſi aliter nõ appareat de numeratione, Tyraq. de retrac. conuent. §. 4. glo. 6. nume. 12. & ſeq. verſ. ſicuti nec tutor. car. 316. dicit communem, quòd non valet confeſsio in præiudicium pupilli, & debitorẽ non liberat, & dicit, procedere etiam in executore, negotiorum geſtore, & adminiſtratore, licèt dicantur habere mandatum cum libera, nam illud prouenit à lege, & non ab homine, quod multum intereſt, vt dicit Iaſo. in l. 2. §. creditum, colum. 4. numero 20. & ſeq. ff. ſi cert. pet. in l. à Diuo Piuo. §. ſed ſi emptor. num. 9. ff. de re iudica. Franc. Marc. deciſ. 248. quæritur in alienati. in 1. part. & conſidera latè tradita per D. Marti. Lauden. in conſi. 50. Dominus Syrus, & ibi additi. Aretin. conſi. 4. Doct. in Appoſtill. ad Bar. in l. Lucius. §. tut. ff. de admi. tut. Aret. §. vend. num. 5. inſt. de rer. diuiſ. Boueri. ſing. verb. confeſsio. num. 14. & nu. 17. Egid. Boſ. d. tit. debit. An deniq. col. fin. & Emanuel Soarez. in ſuis com. opin. verb. confeſsio. num. 351. & ita tenet. Bar. in d. l. Luci. & cõmunem dicit ibi Appoſtilla. & vide Ari. Pinel. l. 2. in 3. part. cap. 1. C. de reſcind. vend. & in vera numeratione non conuerſa in vtilitatem minoris, loquitur latè Beneuent. Strach. tract. de adiecto. num. 27. & ſequ. verſi. vndecimo relata regula. cart. 202. per text. in l. Stich. §. vſufr. ff. de ſolutio. vbi Paul. de Caſt. & Doct. & Bart. in d. l. Lucius. §. tute. vbi concluditur, ſolutionem verè factam legitimo tutori cum ſolemnitatibus, liberare debitorem, niſi ſub conditione eſſet ſoluenda pupillo, & vide Ari. Pinel. d. l. 2. d. capit. 1. 3. par.
275 Debet etiam tutor, & curator, habere curam de pupillo, & illum mittere ad ſcholas, & ſecundum illius qualitatem, conditionem, ingenium, & facultatem facere addiſcere aliquam ſcientiam, & artem, & debitas mercedes debitis temporibus ſoluere magiſtris, & artificibus, aliàs teneretur tutor, & curator de negligentia, & diceretur eſſe in lata culpa, & contra eum poterit iurari in litem per minorem ad damna, & intereſſe, vt per Plot. in l. ſi quando. num. 230. verſic. dare operam. C. vnde vi. quia iſti tutores nedum tenentur adhibere diligentiam in gubernandis, & adminiſtrandis rebus minorum, ſed etiam in creandis, & bonis documentis, & artibus dandis pupillis, & in illis debitis temporib. maritandis, aliàs vti ſuſpecti poterũt remoueri à tutela & cura, adnotata per Cra-
276 uet. conſil. 190. lib. 1. Et ſi vltra dotem promiſſam pro pupilla munera nuptialia miſerit tutor pupillæ, vel ad domum ſponſi pupillæ, non poterit ad computum pupilli ponere, ſed ſi miſerit, reſtituere de ſuo debebit dicto pupillo, niſi eſſet conſue-

tudo

tudo in illo ſic faciẽdi, adeò, ꝙ ſine verecũdia ſua, & minoris, non potuiſſet ſe ab eis abſtinere, vt per Bar. in l. tut. §. fi. de admin. tut. vel niſi ei fuiſſet cõmiſſum à Magiſtratu, ſeu à iudice, vt per Bart. in ſing. 70. inſtitui hæredẽ, vbi dicit, eſſe caſum valde notabilem in l. ſi tutor. §. ſi duobus. ff. de tut. & ratio. diſtra. faciunt notata per AEgid. Boſ. pract. crimi. tit. debitor. An delinq. ſol. poſ. & ſi pro pu-
277 pilla maritanda aliqua pecunia ſibi data fuerit, nõ tenetur illam reſtituere pupillo. glo. in l. ſi ſine vſuris. in fin. ff. de neg. geſt. Guliel. de Ludo. ſing. 41. glo. eſt. An autem poſsit tutor aut curator ſibi, aut ſuo filio, vel patri collocare in matrimoni-
278 um pupillam, de iure ciuili eſt prouiſum, nõ poſſe, niſi reddita adminiſtratione tutelæ, & ipſa pupilla effecta maiore annorum vigintiquinq; iuxta tex. in l. final. C. de tempo. in integr. reſtit. tam. & Iaſon. in l. venia. C. de in ius vocand. numer. 7. vbi ponit etiam, an idem ſit in hærede extraneo teſtatoris. De Iure autem Canonico poteſt iſte tutor accipere in vxorem pupillam maiorem duodecim annorum, vt per Alexandr. in l. ſi filius à patre. §. ſi quis eo. numero primo, & ibi Iaſon. num. primo. ff. de liber. & poſthum. Quod Ius Canonicum iſto caſu attendi debet, cùm circa ſpiritualia diſponat: vt tradit Rol. à Valle tract. de lucr. dot. q. 101. & Phan. tract. de luc. dot. gl. 3. n 16. car. mi. 171.

Quamuis non poſsit tutor inducere pupil-
279 lam & minorem, ad faciendum teſtamentũ in eius fauorem, vt per Petr. Duen. regula, 31. verbo, Adminiſtratores: in 2. concluſione nu. 6. Ampliatione 6. licèt poſsit blando ſermone inducere teſtatorem, ad ſibi relinquendum illud quod volebat, aut debebat pupillo relinquere, vt eſt gloſ. in l. pupillorum. C. de adminiſt. tut. Addentes ad Matheſila. ſing. 44. nota quod Eccleſiæ. num. 14. Quod relictum conſequeretur tutor, ſi accepiſſet tutelam teſtamentariam, aliàs ſecus, vt per Deci. conſ. 192. & Ruin. conſi. 49. nu. 1. volum. 2. & tetigi ſupra, numero, 190.

280 Quia licitum eſt blanditiis alterum inducere ad teſtandum, & ad ſe hæredem ſcribere faciendum. Bello. conſ. 73. nume. 7. Duran. de arte teſtan. tit. de acquir. vel repud. hæred. caute. 4. nu. 4. verſi. & notandum eſt. Hyppol. ſing. 526. licitum. Ioan. Bernar. Diaz. regula 798. vxori, & hoc niſi doloſè induceret teſtatorem ad ſibi relinquendũ, quia tunc dolus ſibi prodeſſe non poterit. Bal. in l ſi frater. C. qui teſtam. fac. poſ. & doctiſsimus Roderic. Soarez. allegat. 20. num. 30. & hac fortè de cauſſa motus fuit Bart. in l. Titio. numero, 5. ff. ad municip. tenere, tutorem non poſſe allicere teſtatorem ad ſibi relinquendum illud, quod pupillo ſpectabat, & pertinebat, & puniri debere in duplum, quod mihi placet, & teneo verum, & ſapit æquitatem, quia fraus nemini debet patrocinari. l. ſi legatarius. C. de dolo. & Matheſila. in l. 1. nu. 9. C. qui bon. ced. poſ. & eſſe æquiorem opinionem dicit Gabr. Saray. in addi. ad Matheſis. d. ſing.
281 44. num. 15. ſentit Gloſator Pileus in quæſtio. 37. quidam. Iſte autem tutor, quando eſt ſimpliciter conſtitutus, cenſetur conſtitutus ad totum patrimonium vbique locorum, etiam extra territorium poſitum ipſius pupilli. §. datus autem tutor. inſti. de excuſa. tut. Alberi. in tract. ſtat. in 3. par. quæſt. 2. num. 2. & 4. Alex. conſi. 128. ſub numer. 4. vol. 1. Iaſ. in l. 1. lect. 1. numer. 46. & ſecunda lect. num. 93. C. de ſumm. trini. & fide cathol. licèt poſſint dari diuerſi tutores à diuerſis iudicibus, reſpectu bonorum in diuerſis territorijs exiſtentium, vt per Iaſo. in dicta l. 1. ſecunda lect. nu. 90. & Bar. in l. 1. §. pupillo. ff. de tuto. & curato. & Crauet. in conſil. 30. ſub num. 1. volum. 1. & eſt cautela pro eo, qui vult agere contra minorem forenſem, vt faciat per iudicem loci, vbi cauſſa vertitur, dare curatorem ad illam litem tantùm dicto pupillo forenſi, & contra illum poſtea moueat cauſſam, & proſequatur iudicium, ſi eſt maior ſeptennio, aliàs tutor, & non curator ad litem dari debet, vt latè tradit Aretin. §. maſculi. numer. 6. vſque ad finem. inſtit. de curator. Affli. deciſio. 262. fuit in conſilio. numero, 5. & Marant. Spec. Aur. in 4. par. 16. diſtinct. num. 36. & Alex. conſil 122.
282 vol. 1. & non ſolùm poteſt curator ad litem dari infanti maiori ſeptennio, non habenti tutorem, ſed etiam habenti, ſed ſolemnia oſtendere nolenti, aut non valenti, vt dicit Afff. deciſ. 256. mater. vbi etiam tradit formam petendi curatorem ad litem, ſub num. 2. vbi dicit, quòd ad inſtantiam actoris iudex faciat mandatũ pupillo maiori ſeptennio, quòd veniat ad petendum curatorem ad litem, aliàs in eius contumaciam ipſe eliget, & dabit, quæ forma colligitur ex tex. l. 1. C. qui petan. tut. vel curato. & debet iudex loci ſcribere ad iudicem domicilij pupilli, vt citet eum, & compareat modo prædicto, vt per Bart. in l. diui Seueris. §. præſidis. num. 2. & 3. ff. de requir. reis, & in pupillo forenſe conſuluit Oldrad. conſ. 59. vertitur in dubium. Spec. tit. de curat. §. 4. Aret. §. præterea. ſub num. 39. verſ. non ſi eſt, inſtit. de exceptio. & Minſiger. centuria 1. obſeruat. 87. vbi ſecus eſſet in curatore dando ad lites generales, quia tunc iudex domicilij, vel originis pupilli debet dare, & ibi dicit Minſiger. d. obſeruat. 87. & colligitur ex
283 ſupra relatis, & per Aret. §. ſed hoc iure. inſtit de Attilia. tut. & Saly. in l. 1. C. vbi per tuto. & cura. & inuitus poteſt dari iſte curator ad litem, vt per Neuiz. conſ. 17. num. 55. & conſi. 80. num. 3. & latè per Moder. Pariſiens. in conſuet. Pariſi. §. 6. gl.
284 6. num. 16. Marc. Mant. ſing. 582. & Sebaſ. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſenten. nul. reper. num. 86. verſ. ſi vero, car. mihi, 261. Nec tenetur facere inuentarium iſte curator ad litem, vt per Stepha. Aufrer. in add. ad Cape. Tholoſ. deciſ 72. Marc. Mant. d. ſing. 582. & Aret. §. 1. inſt. de curator. vbi ponit etiam quæ tenetur facere, & eius bona ſunt
285 tacitè hypothecata pro adminiſtratione, ſicut illa tutoris, vt per Ant. de Fan. de pig. in 4. memb. in 2. p. nu. 8. Et in minore ſeptennio, ſi adeſt tutor legitimus, debet creditor facere citare legitimum tutorem alterius iuriſdictionis cum proteſtatione, quòd ſi non comparuerit, in contumaciã ſuam, aut minoris faciet dare ad cautelam tutorem, vel curatorem ad litem, ſi erit maior ſeptem annorum iudici loci conuentionis, & ſic iudici, aliàs tutel. vel cura non valeret, vt conſuluit Alex. conſ. 161. ſup. 1. num. 7. vol. 5. Franc. Marc. deciſ. 251. nu. 3. in 1. par. & ſentit Iaco. Machel. Patroci. 3. nu. 9.
286 & ſeq. verſ. cum igitur primus curator. & Sebaſt. Vanti. vbi ſupra d. nu. 86. Quando autem tutor eſt

allegatus ſuſpectus, & eſt remotus culpa ſua, qa non fecit ſolemnia, & non adhibuit diligentiam, nec curauit vtilia pupilli, ſi fecit expenſas in litigio ex eo, quia non intendebat poſſe remoueri, ſi factæ expenſæ ſunt de bonis pupilli, tenetur illas reſtituere, & ſuas repetere non poteſt, cùm culpa, & defectu ipſius hoc euenerit, vt per Marañ. Spec. Aur. in 4. parte. 16. diſtinct. nume. 33. & melius in 6. part. in tertio, & vltimo actu. nume. 38. & nume. 39. verſic. quintò limita. car. 267. & Petr. Duen. regula, 275. in verbo, executio. num. 8. licet Bart. in l. 1. §. ſi pupillus. numer. 2. ff. de tuto. & ratio. diſtra. teneat, quòd non tenetur talis tutor expẽſas reſtituere, & quòd poteſt ſolutas repetere, quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alteri imputari debet. regula damnum. de regu. iur. in 6. & faciunt adducta per Rui. conſ. 1. numer. 25. volum. 3. & Plot. in leg. ſi quando. numer. 199. verſic. vbi ergo tutor. C. vnde vi. & fraus nemini debet patrocinari, & prius ſibi quàm alteri nocere. leg. ſi legatarius. C. de dolo, ne fructus ſuæ malignitatis conſequatur, poſtquam dedit cauſſam edicto, adnotata per Salyce. in leg. cum neceſsitatem. C. de fideicommiſſ. & Alex. conſil. 74. num. 4. volu. 4. & ideo ſtatim, quòd fuit allegatus ſuſpectus, ex cauſſa debebat conſiderare, an cauſſa erat vera & iuſta, & liti renuntiare, & non temerè litigare, vt ſentit Crauet. conſi. 205. numer. 37. volu. 2. ſecus ſi in cauſſa non ſuccubuiſſet tutor, vt per Anch. Regiens. q. 61. num. 10. in 2. par.

287 Qui autem tutores & curatores eſſe non poſſunt, vltra ſupra allegata, ſub num. 1. tangit. Aret. §. præterea. nu. 39. & ſeq. inſtit. de exceptio. & in §. actionum. num. 33. inſtit. de actio. vbi ponit regulam, quòd quilibet poteſt eſſe tutor, niſi expreſſe reperiatur prohibitus, & diffuſè loquitur Specul. tit. de tutore, & titu. de curatore. Et licet Areti. in
288 conſ. 26. col. 5. verſ. circa ſecundum dubium, teneat, monachum & clericum non poſſe eſſe tutores, nec curatores: tamen intelligendum eſt eius dictum, quòd non poſſunt cogi à iudice, ſed ſi volunt eſſe tutores, benè poſſunt eſſe, habita licentia ſuperioris, vt per Bar. in conſ. 143. Paulus filius. vol. 1. ibi Addent. Bal. in conſ. 45. nu. 1. in ſecunda par. Beltran. in conſ. 116. num. 1. vol. 2. Aret. §. item maior. ſub nu. 3. in fi. inſtit. quib. mod. tutel. fin. & in §. ſed hoc iure, nu. 3. ver. qui autem. inſtit. de Attilia tut. vbi habetur etiam diſtinctio tutorum legitimorum, datiuorum, & teſtamentariorum, & quòd à iudice laico poſſunt conſtitui, pro quo videBal. in l. generaliter. ad finẽ. C. de legit tut. Deci. conſ. 16. ad finem. Rui. conſ. 89. vol. 5. & remiſsiue loquitur Apoſtill. ad Bar. in dicto conſi. 143. & Alcia. regula 3. præſumptio. 18. nume. 2. & AEgid. Tom. tractat. de muneribus. nu. 10. car. 276. Vitri-
289 cus etiam non poteſt eſſe regulariter tutor priuigno ſuo, tamen Doctores dant cautelam, quòd mater vadat ad iudicem, & dicat, qualiter intendit, velle tranſire ad ſecundas nuptias, & quòd petit dari in tutorem, quem deſiderat accipere in virum, nam tunc poterit eſſe tutor vitricus priuigni ſui, ſi iudex illum admittat, ita dicit Sylua. Nuptia. lib. 2. nume. 51. verſ. imo ſi contraxiſſet. car. mihi, 153. Rui. conſ. 87. numer. 15. volum. 5. & Crauet. conſilio, 190. numero, 7. volum. 1. vbi dicit, quòd licèt poſsit eſſe tutor, tamen pupillum educare non debet. Et prædicta procedunt, alio legitimo tutore non opponente: Nam ſi legitimus tutor oppoſuerit, & voluerit præferri vitrico extraneo, ipſe erit admittendus, adnotata per Alexán. conſ. 158. ſuper primo. volum. 5. & ſupra dixi num. 197. & in terminis conſuluit Franc. de Piſis, inter conſilia Bart. in conſil. 145. factum ſic ſe habet. volum. 1. Niſi adultus minor, & ſic maior quatuordecim annorum, ipſe petijſſet ſibi dari in curatorem vitricum. Nam tunc vocatus ab ipſo adulto, præfertur cuicunque legitimo, niſi iudici videretur fuiſſe inductum à matre, vel ſimplicitate ſua ad eligendum vitricum, aut redundare in damnum ipſius adulti, quod arbitrio iudicis remittitur, vt per Alciat. regula. 1. præſumptio. 22. numer. 4. vbi dicit Alberic. in l. fin. de contrahen. iud. tut dicere, ſe ita obtinuiſſe de facto, & faciunt, quæ infra dicam num. 308.

290 Excommunicatus autem, tutor & curator eſſe non poteſt, hoc eſt, exercere tutelam & curam durante excõmunicatione, ſecundum Hierony. Giga. in tract. de Penſiani. quæſt. 32. numer. 7. quamuis videantur obſtare adducta per Iaſon, in rubr. ff. de iuſt. & iur. numer. 18. vbi dicit, quòd
291 infamis poteſt eſſe tutor, cùm tale officium ſit ónus pluſquam honor. Pater, aut auus ſi habet filium minorem emancipatum, tunc debet eſſe tutor ipſius filij, & vti extraneus, & legitimus tutor tenetur omnia ſolemnia facere, & tenetur ad omnia, ad quæ tutor, & curator alius teneretur, vt per Aufrer. in appoſtill. ad Capel. Tholoſa. deciſ. 105. in fin. Ari. Pinel. in repetitio. leg. primæ in ſecunda parte, numero, 27. & ſequ. C. de bon. mater. chart. 194. & Emanuel. Soarez. in ſuis communibus opinionibus in verbo, pater. numero, 41. Quod ſecus eſſet, ſi filius eſſet in poteſtate patris, quia tunc ſecundum aliquos, pater, vti legitimus adminiſtrator, non tenetur in alienatione bonorum eius filij minoris, adhibere ſupradictas ſolemnitates. leg. prædium. C. vbi decre. opus non eſt. & leg. magis puto. §. ſi pupillus. & leg. fin. ff. de reb. eorum, & Rolan. à Valle, conſili. 99. numero, 39. verſic. vlterius. volu. 1. vbi videtur tenere, quòd ſaltem debent interuenire ſolemnitates reales, ſi non perſonales, vt videlicet, quòd immineat æs alienum, & quòd fiat alienatio ex vrgẽti, & neceſſaria cauſſa, & quòd primo capiantur nomina debitorum, poſtea mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & alia, quæ ſupra nominaui, numer. 129.

292 An autem tutor, & curator poſsit nomine pupilli accuſare de damno dato, vel pupillus cum præſentia tutoris, aut curatoris, Bart. in conſilio, 90. volum. 2. tenet, quòd minor debet accuſare cum authoritate tutoris, quia tutor non poteſt nomine pupilli accuſare, ſed in leg. diuus, numer. 1. ff. ad Turpili. in leg. tutorem. numer. 1. ff. de his quib. vt indig. in l. 2. §. pupillus. nume. 4. & nume. 5. ff. de accuſatio. & in leg. 2. C. qui accuſar. non poſſ. dicit, quòd tutor poteſt accuſare nomine pupilli, & quòd cautela eſt, vt dicit, qualiter ipſe vti tutor minoris accuſat: nam tunc intelligitur nomine minoris, aut nomine proprio, & ſic vtrunque ſaluabit. Iaſon autem, in l. polla. numer. 3. C.

3.C.de his quibus,vt indig. dicit, communem eſ-
ſe opinionem, quòd poteſt tutor accuſare nomi-
ne pupilli,&ita etiam tenet pater meus in reſpon-
ſo, 195. ſtatut. ſub Rubric. de damno dato lib. 1.
vbi extendunt, ad quamlibet accuſationem cri-
293 minalem,&quando vult venire minor,contra cõ-
tractum ex capite reſciſſorio, aut læſionis, debet
probare,ſe fuiſſe, & eſſe minorem tempore con-
tractus; aliàs, vt contractus factus à maiore vale-
ret, & teneret, Nam qui ſe fundat in ætate, debet
illam probare, ſicut ſi quis diceret, ſe vel alterum
eſſe maiorem, vt per Bart. in leg. de ætate. nume.
11.& ſeq.ff.de minoribus,&in l. cum te.C.de pro-
batio.nec ex eo, quia quis præſumitur minor, di-
citur fuiſſe probatam minorem ætatem, quia iſto
caſu attenditur ſolùm,cui ſit fundamentum intẽ-
tionis æta. vt dicit Bart. in d.l.de ætate. numero,
12. vbi dicit, quòd ſi minor petit, reſtitui in inte-
grum aduerſus contractum, debet probare mi-
norem ætatem,& ratio eſt, quia habilitas in per-
ſona præſumitur, vbi actus cum debita forma fa-
ctus reperitur, & quilibet contrahens præſumi-
tur ætatis legitimæ,vt per Deci. in c. in præſentia,
in decimo notab. ſub numer. 14. de probatio. &
Alciat. regula 2.præſumptio. 14. & dixit Deci. in
conſil.682. ſub numero,16.quòd minor ætas non
præſumitur, ſed probari debet per excipientem,
aut allegantem,&Paul.de Caſt.in d.leg. cum te.in
fin.& Auerar. in loco 94. in fin. nam quæ ex cur-
ſu temporis mutantur, non præſumuntur in eo-
dem ſtatu,vt latè in propoſito loquitur Alciat.re-
gula 2.præſumptio.24.& Bart.in leg.ſi minorem,
numer.2. C. de in integrum reſti.

294 Probatur autem minor aut maior ætas plu-
ribus modis, & primò probatur per tutelam vel
curam datam à iudice,etiam contra tertium: quia
inſtrumentum tutelæ, aut curæ, nedum probat
minorem ætatem contra contrahentes,ſed etiam
contra tertium, niſi probetur contrarium. Salyc.
in d. leg.cum te. col.fina. verſic. exemplum pone.
Deci.conſil. 526.numer.5. in fin.latè Petr. Ancha-
ran. Regienſ. quæſtio.35. in prima parte.Alcia. d.
præſumptio.24. numer.8.verſic. fallit quartò, &
295 Benint. in Rota Bononienſ. deciſio. 82. Proba-
tur ſecundò, per aſpectum arbitrio iudicis, intel-
ligendo tamen ſecundum declarationem tradi-
tam à Barto.in dict.leg.de ætate, nume.8. & ſequ.
& in leg. minor ætas. ff. de minorib. & in leg. pro
emptore.§. ſi à pupillo,numer. 4.& ſequen.ff.pro
emptore, & Alexand. in conſilio 29. clariſsimè,
volum. 7. vbi etiam docet aduocatos,quomodo
debent articulare. Probatur tertiò per librum ſa-
cri baptiſmi,per obſtetrices, compatres,coniun-
296 ctos,per librum patris, per deſignationem tem-
poris, vt puta quia recordor, quòd erat natus tem
pore belli Florentiæ, ſeu Senarum, vel tempore
peſtis, aut chareſtiæ, aut tempore, quo Sereniſsi-
mus Coſmus Medices, Magnus Dux Etruriæ, do-
minus meus iuſtiſsimus, & Chriſtianiſsimus à
Summo Pontifice Pio Quinto fuit Romæ coro-
natus,quod fuit de anno 1569. ſub die. 5. Martij,
vel tempore, quo ciuitas Ferrariæ à terremotu fu-
it ferè deſolata, & Ciuitates Flandriæ inundatæ,
quod fuit de anno.1570. de menſe Nouembri, &
etiam probatur ætas per alios modos traditos à
Bart.in d.l.de ætate, per Alciatum d. præſump.24.
& Deci.conſi.682. nume.16. Et eſt aduertendum,
quòd ſi tu litigas cum curatore, videris fateri prin
cipalem eſſe minorem, adeò, quòd non poteris
279 poſtea ei impedire reſtitutionem in integrum, ſi
eam petierit aduerſus ſententiam, aut fatalia, e-
tiam quòd eum eſſe maiorem incontinenti pro-
baturum te offerre volueris, nam poſtquam per-
miſiſti eum cum curatore litigare, confeſſus fui-
ſti,eum eſſe minorem,& tibi præiudicaſti, vt dicit
Baldus in l.ſecunda.§. quod obſeruari, verſiculo.
ſextò quæro.C. de iuramen. calumn. & Felynus
in capitu. cum inter, ſub nume. ſecundo,de exce-
ptio. vbi dicit: ſis cautus, vt non litiges cum cura-
tore eius, quem putas maiorem, quia aperis ſibi
viam ad reſtitutionem in integrum, cùm præſu-
mitur minor præſumptione iuris, ex quo habet
curatorem, quia litigans cum aliquo vti tali, fate-
tur eum eſſe talem,& Alex.conſ.21. nume. 5. volu.
298 1. conſi.93.num.3. volu. 5. & ſentit Benintend.in
Rota Bonon. deciſio.82. in fin. Sic etiam per da-
tionem curatoris prodigo, probatur quem fuiſſe
prodigum, vt per Decium in l. furioſi. ff. de reg.
299 iur.& in conſi.274.& ita etiam tenet D. pater me-
us, in reſpon. 173. fuit litigatum cum curatore,
lib.2. Sicut etiam minor quando contrahit, & al-
legat ſe eſſe maiorem annorum vigintiquinque,
&ita iurat, quia tunc non gaudet beneficio mino-
ritatis,& reſtitutionis in integrum, & non poteſt
venire contra contractum, vt per Paul. de Caſtr.
in l. qui iuraſſet.& ibi Alex. col.1.ff. de iureiu. & in
conſi.53.viſis actis, nume.3. volu.2.& Curt. ſen.in
repet.Auth. ſacramenta puberum, in 4. col. C. ſi
aduerſ.vendi.& vide quæ dixi ſupra nu.247.quod
primò fallit, quando contrahit cum coniunctis,
& alijs,ſcientibus eum eſſe minorem, vt per Gu-
liel.de Suza.in d. Auth. ſacramenta puberum,per
textum in l.Octaui.ff.vnde cogna.vbi coniunctus
præſumitur ſcire facta coniuncti, & per Bartolum
in leg. minor ætas, numer. fina.ff.de minorib. vbi
dicit, curatorem coniunctum præſumi ſcire æta-
tem minoris, & pro ſingulari refert, & ſequitur
Anto.Trigo.ſingu.91.tu ſcis.Gramma.deciſio 12.
nu.7.Secundò fallit,quando minor veniret cõtra
cõtractũ ex capite imperfecto, & ſic via ordinaria
vti tutus ipſo iure à lege, & non ex capite læſionis,
quia tunc ſibi non præiudicat talis aſſertio iurata,
vt terminauit Rota Bononien. deci. 47. introdu-
cta fuit.ꝙ eſt notatu dignum.&ſequitur Emanuel.
Soarez.in ſuis commun. opinio. in verbo minor,
nu.167. & vide Iacob.Machel.Patro.53.Alexa. vbi
300 loquitur etiã circa fideiuſſorem minoris, & Plot.
l.ſi quando, num.265.& ſequen.C.vnde vi,& Grã-
ma.d.deciſio.12. nume. 5. & ſequen. Debet etiam
multum animaduertere iudex circa habitationẽ
minoris, & ponere illum ſub cuſtodia virorũ bo-
næ conditionis, & famæ,& non commendare ag-
num lupo,vt faciunt ſæpiſsimè incauti iudices; &
prodigi tutores. Vnde ſi eſſet altercatio inter con
iunctos, quiſnam illorum debeat alere minorẽ,
& tenere in domo,& maximè quando pupillus eſt
diues, quia tunc omnes volunt illũ tenere in do-
mo, cauſſa vſurpandi ſub ſpecie charitatis, quod
non euenit in paupere pupillo, quia tunc nemo
vult eſſe tutor, attentò, quòd tutò torre non poſ-
ſunt,

ſunt, ne hauer cura à torre, & ideo tutores, & curatores ſæpiſsimè in iſtis minoribus pauperibus non reperiuntur, niſi officio iudicis, vt ex perientia docet, quæ eſt mater hoc caſu aſinorum, & cõtra iura, vt per Aretinum, §. ſed ſi inſtit. de ſuſpect. tuto. debet iudex bonus arbitrari vtilitatem pu-
301 pilli, quia relinquitur arbitrio iudicis regulato à iure communi ſcripto, & non ſcripto, ſed approbato, & non arbitrio iudicis ſui capitis. l. 1. in princip. ff. vbi pupil. educ. deb. Alexand. conſil. 3. viſo inſtrumento, nu. 8. con. 140. n. 8. & conſ. 33. nu. 3. vol. 1. & in conſi. 131. nu. 8. volu. 5. & pulchrè per Cæpollã in ſuo aureo tracta. de extenſione, titulo, quæ fuer. cauſſa introduct. extenſionis, nume. 62. & ſeqnen. verſicu. quarto, & vltimo, car. mihi, 38. vbi multùm inuehit contra præſumptuoſos, & temerarios iudices, aſſerentes contrarium contra iura ſcripta propter ęquitatem ſui capitis, dicentes, non curamus de legibus, ſed imus per æquitatem, quam non vident, nec cognoſcunt, ſed credunt eam cognoſcere, vbi allegat Pau. de Caſt. in l. placuit. C. de iudic. & Roma. conſi. 149. & plura adducit D. Neningi. in ſua pract. ciuil. in procemio, & Cagno. in l. in omnibus quidem, numer. 1. & ſeq. ff. de. reg. iur. & Syl. Nuptia. lib. 5. titulo, quomodo iudi. in dubio, nume. 88. & ſeq. car. 530. Et ideò videtur mihi hoc arbitrium regulandum, vt primò apud eius matrem honeſtam iſte pupillus ſit educandus, etiã quòd ipſa ſit ei ab inteſtato ſucceſſura, per textum in d. l. 1. & ibi Doct. C. vbi pupil. educa. deb. Secundò penes auiam, & auum maternum, non obſtante ſucceſsione aliqua ab inteſtato, per ea, quæ tradit Corn. conſili. 292. numero, 14. volumine, 1. propter immenſum amorem, quem portant aſcendentes deſcendentibus ſuis, quibus perpetuatur eorum nomen & ſucceſsio, & nullus ſit amor, qui vincat parentum, & aſcendentium l. fin. C. de decurio. l. nec in ea, ff. de adulterijs. & colligitur ex ſententia Salomonis de vera matre circa diuiſionem filij, & dixit text. in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſſa. quòd pater amat filium pluſquàm ſeipſum, vt refert, & ſequitur Rolan. à Valle, conſi. 45. numer. 58. volumine primo, & faciunt adducta per Paulũ. de Caſtr. in Auth. defuncto, numer. 3. C. ad Tertullianum, & per Tyraquellum in l. ſi vnquam, in prin. numer. 26. & ſequ. C. de reuoc. dona. Tertiò, debet iſte pupillus educari penes patruos agnatos, non habentes filios, ſi autem haberent filios, & ab inteſtato dicto pupillo eſſent ſucceſſuri, tunc penes auunculos non ſucceſſores, propter votum captãdæ mortis, & violandæ pudicitiæ, ſi pupilla eſſet maior decennio, aut pubes, vel natura ſuppleret ætatem, vt dicit Aret. §. actionum, num. 48. verſi. trigeſimo primo. inſtit. de actio. Corne. conſ. 292. volu. 1. Alexand. conſi. 161. ſuper primo, num. 10. volu. 5. & Pariſ. conſ. 56. num. 15. & ſequ. volum. 1.
302 Nam propter votum captandæ mortis multa impediuntur fieri, & facta non valent, vt eſt pactum de futura hæreditate viuentis, iuramento etiam vallatum, tanquam contra bonos mores factum. Ancharan. conſilio 403. viſo diligenter. Barto. & Doctor. in l. fina. C. de pact. vbi Iaſ. numero, 7. & Dec. Hippoly. ſingula 333. quia pactũ. Franc Turzan. commun. opinio. quæſt. 83. pactum. & queſt. 101. regulariter, colu. quarta, verſ. ſed adhuc. Deci. conſ. 351. num. 1. conſ. 448. numer. 19. & conſil. 494. nume. 12. & latè per Roderic. Soarez. l. quoniam in prioribus, in quinta limit. C. de inoff. teſtamen. & ſimiliter, promiſsio facta genero fatuo per ſocerum, ſi eius filiam accipiat in vxorem de
303 faciendo eum hæredem, ob quam multi incauti iuuenes decipiuntur. leg. hæreditas. C. de hæredi. vel actio. vendi. & not. glo. inſtit. de adoptio. §. cũ autem impuberes, verſ. iubetur, & ibi not. Chriſtoph. Porci. nu. 13. & ibi Iaſ. in additio. Bal. conſili. 440. conſ. 451. vol. 1. Capel. Tholoſa. deciſio. 452. & ibi Aufrer. tradit Deci. conſi. 578. num. 5. Syl. Nuptia. lib. 2. num. 81. car. mihi, 174. & ſeque. Duran. de arte teſtan. titu. 2. caut. 10. num. 2. & venerandus pater meus Dominus Carolus in reſponſo. 281. presbyter Baldinus, in tertio dubio, & in reſponſo 313. Ambroſinus de Aiola, lib. primo, & Dominus Pileus Gloſſat. antiq. in quæſt. 220. quidem, & vide Deci. in l. pactum, quod dotali, num. 8. & ſeq. C. de pact. & Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum, nu. 39. ff. ad Trebel. & in conſ. 141. vol. 4. vbi videtur, generum poſſe agere ad intereſſe. Et propter violandam pudicitiam videmus, quòd nouerca iuue-
304 nis non tenetur ſtare cum priuignis, etiam quod teſtator mandaſſet, nec filius tenetur ſtare cũ patre, ſi habet vxorem iuuenem, aut pulchram, & pater habeat filios primi, & ſecundi matrimonij iuuenes, adnotata per Bar. in l. Gaio. §. imperator. ff. de alim. & ciba. lega. Boeri. deciſ. 195. num. 6. & Bello. conſ. 31. num. 4. & dicam infra titul. de vſufructu, cap. nono, & titulo. de bonis quæſitis per mulierem, cap. decimo, verſic. & hoc niſi cum hærede. Et ſi plures ſunt non ſuſpecti, qui vellent educare pupillum, tunc bonus iudex debet certiorari à non habentibus intereſſe, de bonitate, dignitate, honeſtate, integritate, & qualitate iſtarũ pſonarũ, & etiã cõſiderare, quis iſtorũ hominũ meliorẽ conditionẽ pupilli facere velit, & ei cõſignare, etiam quòd eſſet extraneus, & maximè ſtante controuerſia agnatorum, niſi à patre in teſtamen-
305 to, vel à matre fuiſſet alicui aſſcriptus, quia tunc non eſt à voluntate patris recedendum. dict. leg. 1. C. vbi pupil. educ. deb. Nam propter altercationem, & diſcordiam agnatorum, poteſt iudex penes aliquem recommendare pupillum. adnotata per Hippol. ſing. 545. maleficijs. numer. 2. & ſequen. vbi dicit, quòd ſi inter duos contenditur de poſſeſsione, & eſt timor armorum, quòd iudex poteſt à ſe auocare poſſeſsionem, & prohibere partibus, ne accedant ad locum, donec ſit diſcuſſum de iure, & ſentit Crauet. conſilio 190. numer. 9. volumine 1. & hæc omnia colliguntur ex traditis per Doct. ſupra proximè allegatos. & per Signorol. conſilio 43. inquiſitionibus miſsis. numer. 2. Iaſon in additio. ad Chriſtoph. Porci. §. 1. ſub nu. 2. column. 3. inſtit. de capi. dimi. Paul. de Caſtro, conſilio 374. ſub numero, 2. volum. 2. Crauet. cõſilio 18. numero, 3. lib. 1. Pariſi. conſilio 56. volum. 1. & Ruin. conſilio 87. numero, 11. volumi. 5. & faciunt adducta per Bart. in leg. fina. ad fin. ff. de ap. re. & Felinus, in cap. primo numero, 8. de pac. &
306 tregu. vbi iudex poteſt præſtare conſenſum in maritando puellam, quando agnati ſunt diſcordes. Nec habent obſtare, quæ ſuprà dixi, de matre,

tre, auia, & auo, quia lex ſe multùm confidit in eis, quod non facit in alijs conſanguineis tranſuerſalibus, vt per Decium, in conſil. 26. ſub nume. 2. & ideò dixit Ioan. And. in c. 1. de deſponſatio. in 6. quòd licèt pater poſsit matrimonium contrahere pro filia, tamen hoc non extenditur ad conſanguineos, quia eadem ratio, & idem amor non militat, quem refert, & ſequitur Fel. in repertorio ſuo, in verbo, matrimonium. in fin. Hyppol. ſing. 147. filius. & faciunt adducta per Aret. §. actionũ. num. 44. inſtit. de actio. & intellige de matre, & auia non ſuſpecta, quæ ante tempus non nupſerit
307 alicui pupillam, eamque malè non tractauerit, aliàs ſecus, quia poſſet à tutela repelli, vt per Socin. conſ. 193. num. 2. volum. 2. & Craue. d. conſ. 18. nu. 3. & conſil. 190. libr. 1. vel honeſtè vixerit, aut ad ſecundas nuptias non tranſiuerit. Nam ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit, aut luxurioſè vixerit, non erit legitima tutrix, & curatrix, & poterit remoueri, etiam quòd ſit teſtamentaria, vt per Crauet. d. conſ. 190. num. 7. & ſeq. Ruin. conſil. 87. nu. 11. volum. 5. Aret. §. actio. nume. 41. inſtit. de actio. Iacob. Nouel. regul. 239. vidua, & tetigi ſupra nu. 184. & faciunt notata per Barto. in l. his ſolis. C. de reuocan. donatio. in l. liberorum. in princip. ff. de his. qui not. infam. Bal. in conſili. 161. quædam nobilis. volum. 1. Syl. nuptia. lib. 2. num. 46. char. 150. Hyppol. in l. 1. numero 54. & ſequ. C. de rapt. virgi. Plot. leg. ſi quando. numero 361. verſicu. mater. C. vnde vi. & Ari. Pinel. in repet. l. 4. numero 18. verſicul. ex eadem differentia. C. de bon. mater. char. mihi, 735. vbi æquiparant mulierem luxurioſam, & tranſeuntem ad ſecundas nuptias, & dicunt, etiam viduam luxurioſam non gaudere beneficio viduitatis. Et prædicta omnia procedunt, niſi a-
308 dultus ipſe adiret iudicem, & peteret, velle educari penes matrem, vitricum, aut extraneam perſonam, quia iudex tenetur ei aſſentire, & complacere, ſicut teſtatori, adnotata per Albericum de Roſa. in l. fina. de contra. iudic. tute. vbi dicit, quòd ſi adultus petat vitricum in curatorem, & agnati cõtradicant, quia velint ipſi præferri, quòd tamen debeat Iudex conſtituere vitricum, & ita dicit, ſe obtinuiſſe de facto, vt refert, & ſequitur Alciat. regula 1. præſump. 22. nume. 4. niſi facilitate, & perſuaſionibus fuiſſet inductus, ad ita nominandum, vel niſi illa perſona electa à teſtatore, aut ab adulto, deteriorem faceret conditionem pupilli, & eſſet inhoneſta, prodiga, & ſuſpecta, quia tunc poſſet à iudice repelli pro vtilitate pupilli, vt dicit Crauet. d. conſil. 190. numero 9. & conſil. 18. numero 2. & ſequ. Ruin. d. conſilio 87. numero 11. volum. 5. Socin. in conſ. 193. num. 23. volum. 2. Duran. de ar-
309 te teſtan. titul. de tutore. cautel. 5. & Alciat. d. præſumpt. 22. num. 4. & 5. An autem tutor, & curator debeat alimẽtari de bonis pupilli, vel aliquod habere ſalarium de huiuſmodi tutela, & cura, Alexa. cõſ. 108. viſo thema. nu. 6. verſic. circa aliud dubiũ. volum. 1. tenet, adminiſtratorem teneri ad reddẽdam rationem adminiſtrationis de fructibus conſumptis pro victu ſuo, & ſequitur Chriſtophorus Porc. in §. dari autem. ſub num. 6. verſ. in gloſ. perſonæ. in fi. inſtit. qui teſtam. tut. dari poſ. Eſt tamen diſtinguendum, aut tutor, & curator eſt tam pauper, quòd non poſsit ſe alimentare, aut poteſt induſtria, & bonis ſuis ſe alimentare, nam primo caſu de bonis pupilli eſt alimentandus, ſecundo autem caſu non poteſt ſe alimẽtare de bonis pupilli, & in iſto caſu loquuntur præallegati Doctores, & hanc diſtinctionem refert Spec. titul. de lib. concept. §. in hoc titul. colum. 5. verſic. item pupillus.
310 num. 21. Bart. in l. Athlet. §. tute. ff. de excuſ. tut. Aret. tract. de teſta. gl. 96. nu. 9. per text. in l. à tutor. §. fi. ff. de adminiſtra. tuto. Circa verò ſalarium regulariter tutores, & curatores illud petere nõ poſſunt, poteſt tamẽ iudex ex cauſſa illis ſtatuere, & non poteſt cogi, vt per Iaſ. in l. litem. nume. 2. C. de procurato. & Corne. conſ. 62. lit. G. volum. 4. quia nõ quicquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubijcitur iuris neceſsitati, l. non quicquid. ff. de iudi. Aret. in tractatio. de teſtam. gloſſ. 96. numero 9. & in §. ſed vt propter. inſtit. de excuſa. tut. vbi dicit, quòd hoc ſalarium poteſt etiam ex cauſſa ei conſtitui à contutoribus ſuis, & iudicis officio illud petere poteſt. & Bart. in l. in eos. num. 2. 3. ff. de tutel. & in l. 1. num. 4. ff. mandati. Petr. Anchara. Regienſ. quæſt. 61. numer. 7. in 2. part. & multum faciunt adducta per Cornel. Benincas. tract. de pauper. quæſt. 7. ſpecial. 1. num. 2. & ſeq. & de alimentis, & ſalario loquitur etiam Aret. §. actionum. nu. 35. & ſeq. verſicu. vndecimo. inſtit. de actio. & tangam etiam infra, capitul. 4. titul. de negotiorum geſtor. & Alexand. conſ. 109. volum. 6. Quæ quidem procedunt in legitimo tutore & curatore, ſolemnia faciente, ſi autem non fecerit ſolemnia nec inuentarium, & librum rationum, intrepidè eſt tenendum, ſalarium aliquod conſequi non debere, nec etiam alimenta propter dolum, negligentiam, & malam curam, cum præſumatur præ-
311 do, & vſurpaſſe bona pupilli, & ſatisfactus de ſalario. Ita dicit Cornel. conſil. 62. volumin. 4. in fin. & tetigi ſupra num. 59. & numer. 181. Si autem factorem, ſeu caſtaldum conſtituerit pro adminiſtratione magni patrimonij pupilli, & ei ſalarium promiſerit tutor aut curator, ſi patrimonium expoſtularet, & requireret factorem, tutor erit excuſatus, & expenſis pupilli concedentibus imputabitur, vt per Bart. in l. cum ad quemlibet. C. de cond. in pub. horre. lib. 10. Sed de neglectis, & de mala electione tenebitur tutor pupillo, & contra eum poterit iurari in litem, cum non fecerit fieri librũ rationum, & ea, ad quæ tenetur iuris diſpoſitione, vt per Plot. in l. ſi quãdo. n. 223. verſ. cum perſonis & nu. 248. verſ. & minus excuſantur. C. vnde vi

312 Si autem pupillus, & adultus haberet patrẽ, vel auum paternũ, & eſſet debitor vel creditor alicuius ex propria pſona, vel defuncti, tũc nõ poteſt conuenire, neque conueniri abſque conſenſu ſui patris, & aui, quia ſine prædicto conſenſu non poteſt ſtare in iudicio, neque ſecundum aliquos, procuratorem conſtituere ad agendum, ſicut & ipſe pater, vel auus non poteſt agere ſine conſenſu ipſius filij maioris infantia, nec ſola ſcientia, & patientia operaretur conſenſum. leg. fin. §. vbi autem, & ibi Bald. & Doctores. Cod. de bonis quæ liber. Roma. in conſilio 241. numero decimo. in fi. Lanfranc. de Oriano ſingul. 34. Aretin. §. pupillus. numero ſeptimo. inſtitut. de inutil. ſtipula. & §. actiones autem. numero tertio. & quarto. & numer. 14. inſtitu. de actio. Addent. ad Matheſila. ſingul. 190.

Nota quod licet. Boeri. deciſi. 100. num. 20. & ſequent. Ruin. conſilio 102. numero ſecundo, & numero 3. volum. 5. & Ari. Pinel. in l. prima, in ſecunda parte, numero 65. & ſequent. verſicul. ea enim forma. C. de bon. mater. chart. 231. Quod procedit, nedum in iudicijs ordinarijs, ſed etiam ſummarijs. Bald. in l. fin. §. neceſsitate. & in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. proconſul. latè per Zuccard. in repet. leg. 1. numero 59. C. qui admitti. & ibi Curt. Iun. numero 38. & Dec. nume. 87. & licet Bald. in dicto §. neceſsitate, voluerit, ratificationem talis conſenſus valere poſt iudicium motum, quem ſequuntur Anch. conſ. 337. verſi. ſuper ſecundo dubio. Paul. de Caſt. in conſi. 253. in ſecũda part. Zuccard. d. l. prima, ſub nume. 59. & Bald. in conſilio 193. volum. tertio, & Afflict. deciſi. 180. filiusfamilias: Tamen contrarium tenuit gloſſ. in d. §. neceſsitate. Angel. in leg. quid ergo. ff. de his qui nota. infami. Lanfranc. in c. quoniam contra. verſicul. confeſsiones, de probatio. Arnol. ſingul. 32. ſæpenumero, & ſentit Ari. Pinel. in d. l. prima, in ſecunda part. ſub numero 66. maximè in his, quibus vſufructus patri quæritur filio maiore effecto. & Capel. Tholoſa. deciſio. 306. item filiusfamilias, & vide Butrig. in conſ. 18. Aret. §. penales. num. 16. inſtit. de actio. Ioan. de amic. conſi. 8. colum. penultim. Beltran. conſi. 95. volum. 1. Guiliel. de ludo. ſingul. 137. Corſet. ſingul. in verbo, licentia. Iaſo. in l. vniuerſa. numero 12. & 13. C. de præci. impera. offer. Hyppol. pract. crimin. §. diligenter.

313 num. 185. Dec. in l. quod in initio. numero 7. ff. de regul. iur. vbi habetur ex dictis iuris, quòd vbi cõſenſus propinquorum in contractibus minorum requiritur à principio, nõ poteſt interuenire poſt contractum, & ſic non poteſt ratificatio fieri, & maximè poſt litem conteſtatam, cùm talis conſenſus requiratur ante litem conteſtatam, vt per gloſſ. & Doctor. in leg. 51. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acquiren. hæredit. Hyppol. in l. ſi quis. nec quæſtio. numero ſexto. ff. de quæſt. & ita dicit Guiliel. de Ludo. d. ſing. 137. gloſſa. eſt quod pater. Et quã do conſenſus requiritur certo, & limitato tempo-

314 re, tunc ſuperueniens ex poſt facto non valet, ita ſingulariter dicit Aluiſ. de Albergot. ſingul. 105. quando. Anton. Trigo. ſingul. 38. dicit, numero quarto. Arnol. d. ſingul. 32. & Plot. l. ſi quando. numero 366. verſicul. reſpectu verò ſponſalium. C. vnde vi. At in caſu iſto in iudicio requiritur conſenſus expreſſus patris, & filij, ergo ante litem cõteſtatam debet apparere, vt dicit Ari. Pinel. in d. l. prima, in ſecunda part. ſub d. numero 66. qui allegat text. expreſſum, licèt dicat circa conſtitutionem procuratoris, receptiorem eſſe opinionem, patrem poſſe conſtituere procuratorem ſine filij conſenſu, & ideò malè à Doctoribus fuiſſe connexum articulum agendi, & defendendi in iudicio per filium, ſeu patrem cum conſenſu filij. Et ſic ex prædictis colligitur, quòd pater, vt legitimus adminiſtrator, pro ſuo iure & intereſſe, & nomine ſuorum filiorum, cum illorum conſenſu debet agere, & defendere contra debitores, & creditores filij ſui, & poteſt captis pignoribus cogi pater ad præſtandum cõſenſum, aliàs iudex poſſet ipſe præſtare, vt per Sebaſt. Vant. de nullit. titu. quib. mod. ſent. nul. numero 87.

315. Creditores verò minoris, ſi habent creditũ hæreditarium, debent agere contra minores, & patrem, nomine eorum, ſi ſunt maiores infantia, ſi minores, contra patrem vti legitimum adminiſtratorem, vt per Afflict. deciſio. 262. Franc. Marc. deciſio. 827. num. 2. in prima part. Ioan. Neuizan. in conſilio 17. Maran. ſpec. aur. in quarta part. diſtinctio. 16. num. 36. Iacob. Nouel. de iure prothomiſ. §. 3. num. 34. chart. 145. Minſig. Centur. ſecunda, obſeruatio. 35. Quando pupillus. Sebaſt. Vant. De nullitati. titul. quibus modis nulli repar. num. 86. chart. 261. latè per Tyraquellum de retract. lignag. §. primo. gloſ. 13. numero 16. & ſeque. & §. 10. gloſſ. 1. vbi loquitur de tutore, marito, & patre, & pulchrè aduertit Ari. Pinel. in d. l. prima. d. 2. part. num. 64. & ſeq. char. 230. vbi notat etiam nonnulla circa modum libellandi, & citandi minores. Si

316 autem debitum minoris eſt ex propria perſona, tunc obligatio non tenet, ſi eſt facta ſine conſenſu patris, & ſolemnitatibus ſupra alijs in locis allegatis, vt etiam ſentit Roland. à Valle, conſil. nonageſimonono, numero 38. & ſequ. volum. primo. Nec ad pretium poteſt agere creditor contra bona pupilli, patre & pupillo viuentibus, in præiudicium vſusfructus dicti patris, ſed benè proprietatis, vt per Franc. Marc. deciſio. 827. numero ſecundo, in prima part. Salice. in l. fin. C. de vſufruct. Zuccard. Curt. Iun. Dec. & Doctor. in d. l. 1. C. qui admitti. Doctor. in d. l. cum non ſolùm. §. neceſsitate. C. de bonis quæ liber. Aufre. in addit. ad Capel. Tholoſa. deciſi. 105. verſi. vnde Angelus. videtur reſtringere, & eſt glo. 2. in l. filiusfamilias. ff. ſi cert. peta. & ſequitur Ari. Pinel. in l. 1. in ſecunda part. num. 40. verſicu. cum autem. C. de bon. mater. chart. 201. & eſt text. in l. fin. §. ſin autem. verſic. ſi quidem. C. de bonis quæ liber. vt refert Rol. à Valle, in conſil. 8. num. 22. volum. 2. & in conſilio 99. numero 38. volum. 1. & Roderic. Suarez. l. poſt rem, in notab. 13. num. 4. ff. de re iudicat. & Iul. Clar. §. donatio. q. 6.

317 Nec contra perſonam minoris poteſt creditor agere, vt carceretur, ſi à principio obligatio non valuit, adnotata per Afflict. deciſio. 283. nume. 1. & num. 4. & Roland. à Valle, conſil. 63. num. 23. & ſequen. volum. 1. vbi inſtrumentum nullum, & imperfectum non producit obligationem, & executionem non meretur. Et ſi agatur ad pretij reſtitutionem, ſi filiusfamilias eſt minor, multi voluère, minorem 25. annorum non poſſe pro debito carcerari, vt per Roma. conſil. 120. colum. 2. & eſt glo. in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. & maximè in minore filiofamilias, vt dicit Caccialup. in tract. de debito. ſuſpe. & fugit. num. 5. & num. 8. & Pariſ. conſ. 94. num. 41. volum. 1. Tamen multi alij tenuerunt contrarium indifferenter, videlicet, minorem ſui iuris, & in patris poteſtate potuiſſe, & poſſe pro debito carcerari, vt dicit Iaſo. in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Pariſi. dicto conſilio 94. numero 8. & 9. & ſequitur Emanuel Soarez. in ſuis commun. opinio. in verbo, minor annis. numero 161. & Petr. Duen. reg. 259. in verbo, ætas. in prima ampliati. chart. 141. vbi dicunt communem, & in maiore 25. annorum filiofamilias, ſatis loquitur Pariſi. conſilio 94. & Franc. Marc. deciſio. 827. numero 3. in prima part. Ego autem puto, circa minorem indifferenter, eſſe conſiderandum, an ſit minor

minor quatuordecim annorum, aut vigintiquinque, ſi eſt pupillus, ſicut non poteſt cedere bonis, ita etiam non poteſt pro debito carcerari, ſed pro debito defuncti patitur ſecundum decretum, pro debito proprio primum tantum decretum, ſine præiudicio tamen vſufructuarij: ſi autem eſt adultus, & ſic minor vigintiquinque annorum, quia valet ceſsio bonorum, cum decreto iudicis, ita etiam valebit carceratio, & ita poſt hæc reperi tenere doctiſsimum Roderic. Soarez. in titul. De los Gouernos, in quinta quæſtio. numero 16. ſequen. verſic. limit. ſexta. chart. 835. vbi dicit, hoc procedere iudice authorante, & volente, & ſic reſidet in arbitrio iudicis, qui conſiderabit aſpectum, ætatem, negotium, debitum, cauſſam, fragilitatem, & robuſtitatē dicti adulti: & tradit Math. Brun. trac. de ceſsio. bonorum. q. 3. 4. q. princi. char. 35. & intellige in adulto nō priuilegiato, ſecus ſi eſſet pri-
318 uilegiatus, quòd non poſſet conueniri pro debito, vt eſt Doctor, clericus, ſcholaris, miles, mulier, filius, & famulus Doctoris, vt per Carolum Carc. in reg. Franc. in 13. iure, & Caſſan. in conſuet. Burg. Rubric. 5. §. ſecundo. numero 14. & ſequent. Aret. §. actiones autem. numer. ſecundo. ibi Iaſ. & Doct. inſtit. de actio. & in §. item ſi ſocius. inſtit. eod. Iaſ. in §. item Seruiana. numero 65. inſtitut. de actio. text. & Doctor. in l. miles. ff. de re iudica. Bartol. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. libr. 11. Adden. ad Bar. in l. ſi quis. ff. de fur. Matheſil. ſingul. 59. Nota quod legum Doctores. & in ſingul. ſequent. & ibi Addent. & Alexand. in l. non tantum. numero 12. ff. de re iudicat. & Aretin. in §. id iuris. numero 51. inſtitut. de exceptio. vbi dicunt, non poſſe etiam renunciare huic priuilegio, tanquam inſerto in corpore iuris. & Mathæus Brun. de ceſsio. bonorum. quæſtio decima. quartæ, quæſtio. principa. verſ. ſi cum ſimili. Imò, ſi ſtatutum diceret, quòd quilibet debitor poſsit capi, & carcerari pro debi-
319 to, reiecto omni priuilegio non haberet locum in corpore iuris, vt per Alexandrum, in dict. leg. miles. in fin. Pariſius de Syndica. capitul. mandauit. columna ſecunda. in fin. & colum. tertia. in princip. chart. 126. & capitul. an Doctor. colum. ſecunda. circa finem. chart. 44. & Mathæus Brun. dicta quæſtio. decima. ſub numero tertio. verſic. quod etiam procedit. & numero ſequent. & vide notata per Addent. ad Decium, in l. in toto iur. ff. de regulis iuris. Matheſil. dict. ſingul. 59. & Doctores in l. ſecunda, §. omnes. vbi etiam Curtius numero fi. ff. de iudic. tamen iſti priuilegiati, ſi eſſent debitores minorum, ob redditam adminiſtrationis ra-
320 tionem, videtur dicendum, poſſe carcerari priuilegio tutelæ, quia videmus, quòd mulier, licèt non poſsit pro debito carcerari, tamen ratione tutelæ adminiſtratæ, ſi remanet debitrix, poteſt carcerari, ſecundum Bartolum, in dict. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtament. tutel. & in Authent. matri, & auiæ. Cod. quand. mulier. tutel. offic. fung. & Iaſon in l. ſi ego. in vltima lectura. columna ſecunda. verſicul. adde tu alium. numero quarto. ff.
321 ſi certum petat. & Petr. Duen. regul. 312. fœmina. numero ſecundo. in 2. limit. Similiter mulier quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias ante redditam rationem adminiſtrationis, & reſtitutionem tutelæ, non ſuccedit pupillo filio. gloſſ. in l. ſi mater. Cod. in quibus cauſſ. pign. vel hypoth. & l. omnem. C. ad Tertullianum, & bona ſecundi mariti ſunt ta-
322 citè obligata pro huiuſmodi adminiſtratione, muliere non exiſtente ſoluendo. per textum, in dicta l. ſi mater. & in §. ſi autem tutelam. Auth. de nupt. & Maran. ſpec. aur. in ſexta part. in vltimo memb. numero 53. quod intellige, vt per Decium, in conſilio 591. & etiam bona adminiſtratoris ratione tutelæ, & adminiſtrationis, ſunt tacitè hypothecata minoribus priuilegio tutelæ. vt per Antonium de Fan. de pignoribus. in ſecund. part. quarto membro, numero ſexto, chart. 75. & per textum in leg. pro officio. Cod. de adminiſtration. tuto. quibus tamen, non obſtantibus teneo, iſtas perſonas à lege priuilegiatas, non poſſe ratione tutelæ adminiſtratæ perſonaliter detineri, & carcerari, cùm hoc priuilegium ſit inſertum in corpore iuris, & conceſſum propter dignitatem, & fragilitatem ſexus, quo caſu non poteſt per indirectum tolli hoc priuilegium, nec etiam per partes renunciari expreſſè, nec tacitè, vt dixi ſupra. Et hac de cauſſa apparet, Doctores aſſerentes, mulierem tutricem poſſe carcerari, ſi renunciauit Velleiano, & omni alio auxilio, non benè dicere, licèt hæc renunciatio ſit in fauorem pupillorum, vt voluerunt Bartol. in dict. Authent. matri, & auiæ. numero decimotertio. Roma. Alexand. & Iaſon. in l. plerique. ff. de in ius. vocand. & Decius in leg. fœminæ. numero 74. ff. de regul. iur. & Boer. deciſio. 249. numero vndecimo, quia iſta mulier non potuit huic beneficio renunciare, vti non conceſſo in eius fauorem particulariter, ſed toto collegio mulierū, propter ſexum, & ignominiam pudicitię, ſicuti eſt conceſſum Doctoribus, clericis, & militibus, qui ſimiliter, vt dixi, non poſſunt renunciare huiuſmodi priuilegio, vt ſequitur etiam Matheſil. ſing. 60. Nota quod clerici, & ibi addent. & not. in cap. ſi diligenti. de foro competent. vbi clericus non poteſt renunciare foro clericorum, & Petr. Duen. regul. 100. in verb. clerici, in prima ampliatione. Et ideò alij tenuerunt, iſtam mulierem non potuiſſe, nec poſſe pro debito tutelæ carcerari, & detineri perſonaliter, non obſtante aliqua renunciatione, vt per Barb. in cap. lator, num. 1. de pign. Bartol. Socin. in d. l. plerique. numero 40. vbi dicunt, quòd eſt in præiudicium ſexus, & ob ignominiam pudicitiæ, & quòd ſuccedit regula, quòd vbicunque priuilegium eſt introductum propter dignitatē, honeſtatem perſonæ, ſeu ſexus, nō poteſt tolli per renunciationem, vt dixit Bald. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Gabriel Saray. in additio. ad
323 Matheſil. ſingul. 108. numero 3. Petr. Duen. dicta regul. 312. in ſecunda limita. & videtur text. in cap. 2. §. fin. verſic. fœminæ. de iud. lib. 6. ibi etiam ſi ad hoc voluntas accederet eorundem, niſi luxurioſè viueret, quia tunc non gauderet beneficio mulierum, vt dicunt præallegati Doctor. & Alexand. in d. l. plerique. in fin. verſic. adde, quòd licèt mulieres. ff. de in ius vocan. & ſentit Roderic. Soarez. in tit. De los Gouernos, in 5. q. num. 7. chart. mihi.
324 833. Et ideò dixi, milites noſtri temporis non potuiſſe, nec poſſe renunciare capitulis bandarum, vt poſsint capi, & carcerari pro debito, cùm hoc beneficiū, & priuilegiū non ſit conceſſum particulariter illi debitori militi, ſed toto collegio militari, cui non

cui non poteſt renunciari.d.cap.ſi diligenti,& per
Iaſ.in l.ad egregios,num.2.ff. de iureiurand. & in
pulchro caſu conſuluit Crauet.conſi.243. duo vi-
denda ſunt,num.1.& ſequent. vbi concludit, non
poſſe renunciari beneficio ſtatuti prohibitionem
actus inducentis,cùm tale priuilegium,& benefi-
cium reſpiciat vtilitatem etiam publicam, vt per
Bartolum in l. Seius, & Augerius, numero 4.ff.ad
325 leg. Falcid. & Math.Brun. tracta. de ceſsio.bono.
quæſtio. 114. quæſt.princip.nume.15. & Pract. Pa-
pienſ.in forma.reſpōſio rei,in gloſ.ſaluis alijs,nu-
mero 17.& etiam intellige, non procedere in eo,
qui non poteſt cōueniri vltra quàm facere poteſt,
nam illæ perſonæ,quæ non tenentur deducto, ne
egeāt,niſi in quantum facere poſſunt, etiam ſi nō
ſunt ſoluendo, pro debito detineri, & carcerari
non poſſunt,vt eſt Doctor,maritus, pater, mater,
ſocius,filius,milites, & ſimiles. Ita ſentit Petrus
Duen.dicta regul.312.in ſin.verſicu. Dico autem.
Roderic.Suarez.d.quæſt.5.numero 5. verſi. quam
legem limita. cart. 831.& Math.Brun.in tractat.de
ceſsio.bono.quæſt.10.& q.11. quartæ quæſt. prin-
cipa.& Gabr.Saray.in additi.ad Matheſil.d.ſingu.
108.numero 1.& ſequent. vbi ex hoc concludunt,
matrem aut auiam tutricem non poſſe conueni-
ri,detineri, & carcerari pro debito adminiſtratæ
tutelæ ex eo, quia ſunt de illis, qui non tenentur
deducto,ne egeāt,vltra quam facere poſſunt, per
textum,in l.ſunt qui.ff.de re iudic. & ibi Doct. vbi
habetur de illis, qui non tenentur, niſi in quantū
facere poſſunt deducto,ne egeant. Et ſi iſtæ per-
ſonæ priuilegiatæ poſſunt conueniri perſonaliter
nomine minoris, hoc eſt, tutorio, & adminiſtra-
torio nomine,tunc priuilegio ſupradicto non ob
ſtante poſſent carcerari, quia tunc non gaudent
priuilegio eorum, ſed reputantur, vt pupillus, &
dominus rerum adminiſtratarum, per textum.in
capit.primo.§.fin.de priuileg.lib.6. & Capici. de-
ciſio.59.in cauſſa,numero 2.& ſentit Afflict. deci-
ſio 212.litigatur. Quod ſecus eſſet, ſi ſimpliciter
tutorio nomine cōueniri poſſent, quia tunc exe-
cutio in bonis pupilli fieri deberet, & non admi-
niſtratoris, ſecundum communem opinionem,
vt notaui ſupra.num.51. & tangit Petr. Duen. reg.
276.executio.in 8.limit.

Mortuo verò filioſamilias, licèt pater donec
326 viuat,ſit vſufructuarius bonorum aduentitiorum
filij,& proprietas ſit conſolidata cum vſufructu,&
videretur dicendum,patrem nō poſſe in vita gra-
uari pro debito eius filij, vti vſufructuarius dicto-
rum bonorum,tamen quia eſt hæres filij, & ſoluta
eſt patria poteſtas, & bona illa non dicuntur am-
plius bona filij,ſed ipſius patris: l. ſed ſi plures. §.
filio.ff.de vulga.& pupil.l.1.§. veteres. vbi gloſſ. &
Docto.ff.de acquir. poſſeſſ. Dec. in l. qui ſe patris.
numero 16.C.vnde liber.& Roland.à Valle, con-
ſilio 99.pro fundamento, numero 1. volum. 1. te-
netur ſoluere debita illius filij defuncti, aliàs po-
terit carcerari pro debito, ſicut poterat filius de-
bitor,& vti hæres condemnabitur etiam vltra vi-
res hæreditarias.l.fi.§.ſin autem.& §.& ſi perfectā.
C.de iure delib.& ibi Docto.Iaſ.in §.fuerat.nume.
61.inſtit.de actio.in l.2.§. item ſi in facto. numero
3.ff.de verborum obliga.Petr.Duen.reg.277.exe-
cutio.& Dec.conſi.536.numer. 2.& ideò dixi,Flo-
rentiæ de hoc interrogatus, patrem teneri ſolue-
re debita filij ſui præmortui, non obſtante dote
materna,cum vxor præmortua fuerit filio,& ipſe
pater ſit hæres filij, & per illius mortem ſit ſoluta
patria poteſtas,& extinctus vſusfructus.§. finitur.
inſtit.de vſufruct.& Crauet.conſil. 84. numero 7.
& 8.volumine 1.Bartol.in l.3.numero tertio. C.de
327 vſufruct.vide Ari.Pinel.l.prima.in prima par. nu-
mer. 39.C.de bon.mater.car.142.Benè verum eſt,
quòd ſi acceperit hæreditatem cum beneficio le-
gis & inuentarij,non poterit carcerari pro debito
filij defuncti, cum non teneatur vltra vires hære-
ditarias,& niſi de bonis defuncti ſine prioritate,
& non ſit hæres propriè,& ſic comprehenſus à ſta-
tuto,quòd debitor poſsit pro debito carcerari, vt
per Socinum in conſilio 231.colum.7.volumine 2.
Hyppo.pract.crimin.§.attingam, numero 60. D.
Bero.quæſtio.57. & Roland. à Valle, conſilio 14.
numero 20.verſi.non obſtat.volum.1. Iacob. Ma-
chel.patroc.35.nume.18.Petr.Duen.regul.277.in
7.limit.Caſſan.conſ.22.num.2.& ſequ.& Plot.in l.
ſi quando.num.490.verſic. decretum Mediolani.
C.vnde vi. & Iaſo. in l. ſcimus. §. & ſi prætatam.C.
328 de bonis quę liber.& vide Tyraquel.tractat.mort.
ſaiſit.in ſecunda part.declara.2.aduerte etiam be-
nigne lector,quòd & ſi plura dixerim de tutore,in
hoc tractatu, quàm de curatore, tamen ſimiliter
de curatore in æquiparadis intelligere volui, quia
æquiparantur à lege,licèt tutor detur perſonis, &
curator regulariter bonis minoris, & vnus durat
vſque ad decimum quartum annum,curator verò
à pubertate, vſq; ad vigeſimum quintum annum,
vt tradit Aretin. §. actionum autem. ſub numero
33.inſtit.de actio.Bartolus in leg.licèt.§. parui au-
tem,numero ſecundo.ff. de pecul. & ita ferè ſem-
per æquiparat. Plot. in l. ſi quando.numero 197.
vſque ad numerum 234.C.vnde vi.Quamuis in a-
liquibus caſibus ſit aliqua differentia, vt per De-
cium.in leg.quo tutela.§.nemo poteſt. ff.de regu-
lis iuris,& ibi Cagnol. Nam tutor in teſtamento
dari poteſt,curator autem dari non poteſt, & ſi eſt
datus confirmatione indiget, quia non poteſt da-
ri inuito pupillo.§.primo.§.item inuiti.inſtitu. de
curatorib. Item tutor datur non petenti, curator
autem non datur niſi petenti,l. qui habet. §. ſi pu-
pillus.ff.de tutel. & hoc habet locum in curatore
dato adulto,& nō furioſo nec mente capto, vt per
Aretinum in §. furioſi. inſtitut. de curator. & per
Decium in dicta l.quo tutel. Item tutor datur mi-
nori ſeptennio,vſque ad pubertatem: curator au-
tem poſt ſeptennium, & decimum quartum an-
num,item tutor datur pupillo, curator verò vent.
vt per Aretinum. §. cum autem. inſtitut. de tutel.
& aliæ differentiæ adnotantur per ſcribentes vn-
dique,quas breuitatis cauſſa non refero, ſatis eſt,
quòd curator tenetur ſolemnia facere, prout tu-
tor,& curam bonorum minoris habere, vti bonus
329 paterſamilias,aliàs teneretur ad damna, expēſas,
& intereſſe,& contra eum poterit iurari in litem,
ſecundum ſuperiùs pluries allegata. Benè verum
eſt,quòd ſi periculum immineret rebus adulti, &
ipſius curatoris,& non poſsit vnanimiter, & vni-
co actu ſaluare bona minoris, & ſua, quòd ſaluan-
do ſua bona potius quàm illa minoris, non pote-
rit ſibi imputari, & ad damna non erit obligatus,

alias

aliàs ſecus eſſet, vt dicit Barto. in l. tutor. §. non eſt.
330 ff. de adminiſtratione tuto. Et finita tutela, vel cura, non poteſt tutor vel curator actiuè, nec paſsiuè agere, ſed lites, & negotia coacta ſolum proſequi poterit, aliàs faceret litem ſuam. l. 1. C. vt cau. poſt pub. Specul. titu. de act. verſ. item tutor, & ſequitur Franc. Marc. deciſ. 99. & deciſ. 515. quæritur an
331 finita tutela. in 2. part. Si autẽ minor vigintiquinq; annis, aut maior ſit abſens, & vagabundus, & ſteterit per plures annos incognitus, & de ſe aliquod nouum in patriam non proficiſcatur, & aghati velint bona vſurpare, alienare, vel cuſtodire, bonus iudex quando dubitatur de morte, vel de vita, & de longa abſentia, debet in curatorem bonorum eligere proximiores agnatos ab inteſtato ei ſucceſſuros, ſi non adſunt filij, mater, aut auia, vel ſi ipſe curatorem, aut procuratorem generalem ad negotia non conſtituiſſet cum libera, & eo modo, quo ſupra dixi circa educationem minoris, debet Iudex ſe gubernare, & ſi vxorem reliquiſſet, debet bonus Iudex illam facere cõmorari in domo mariti, & ibi prouidere de alimentis ſecundum gradum, conditionem, & qualitate eius viri, & ipſius vxoris, & de ſeruientibus, ſi bona ſuppetunt, adnotata per gloſſ. in Auth. De non elig. §. fin. in verbo, onera, & ibi Bartol. Paul. de Caſtr. in l. ſi maritus. la. 2. num. 2. ff. ſol. matr. Pariſ. conſ. 98. volum. 2. Alex. conſ. 70. in 4. par. Socin. Iun. in conſ. 97. in fi. vol. 1. Roma. ſingu. 538. dicit text Corſet. ſing. in verbo, conditio perſonæ. & pulchrè per Ioan. de Amic. conſ. 56. & Bello. conſ. 16. ſtat ſtatutum. nu. 5. & ſeq. Nam de iure debet curatorem eligere nõ prodigum, nec bonorum dilapidatorem, & ſibi magis propinquũ, vt conſuluit in propoſitõ, Dec. in conſ. 575. in caſu, in quo in terra moduli. Vbi etiam ponit, quid facere debeat iſte curator, & hoc procedit, etiam quòd eſſet creditor iſtius adulti abſentis, vel hæreditatis iacentis, vt pro ſingulari tradit Roma. ſing. 131. volo tibi dare. vide Crauet. conſ. 225. ſub. num. 1. Fel. in c. fin. nu. 8. de foro cõpet. Iaſ. in §. Rurſus. nu. 29. inſtit. de actio. & Cæſar. Contard. in repet. l. diffam. in gl. num. 53. & ſeq. C. de ingen. & manumiſ. chart. 111. vbi poteſt dari inuitus, & à creditoribus peti ad hoc, vt de debito
332 ſatisfiant. & Boer. deciſ. 88. Dico tutelam, & Aret in §. furioſ. inſtit. de curator. & in diuiſione fienda cum abſente loquitur Iaſo. in d. §. Rurſus. nu. 30. & Pet. de Vbal. de duob. fratr. in 11. part. q. 25. nu. 26.
333 Et ſi altercatio eſſet inter ſucceſſores abſentis de morte, & vita abſentis, ille, qui ſe fundat in morte, debet eam probare, adnotata per Bart. in l. de ætate. ff. de minor. quia indubio potius præſumitur vita, quàm mors. vt per Bald. in conſ. 145. in cauſſa vertẽte. vol. 5. Nam quilibet præſumitur viuere vſq; ad centũ annos, vt latè tradit Capel. Tholoſa. deciſ. 312. & deciſ. 316. & ibi Aufr. in addit. vbi habetur etiam, quomodo probetur mors homi-
334 nis, & per quot teſtes, & not. Corſet. ſing. in verbo, mors. Dec. in conſ. 575. & gl. & DD. in l. ſi quidem. C. ſol. matr. Crau. conſ. 127. nu. 17. vol. 1. late Boer. deciſ. 288. Sed hic videtur. Et aduerte, q ſi aliquis adiret iudicem, & produceret teſtamẽtum abſentis, non cancellatum, neq; abolitum, in quo eſſet ſcriptus hæres, & peteret ſe immitti in poſſeſsionẽ bonorũ teſtatoris, allegando illius mortem, quod Iudex erit coactus illum mittere in poſſeſsionem dictorum bonorum, & mors per productionem teſtamenti erit ſufficienter probata, niſi probetur contrarium, vt per Aret. §. quadrupli. nu. 45. inſtit. de act. Bello. conſ. 35. nu. 1. & eſt text. in l. fi. C. de edict. Diui. Adria. tol. & Fran. viui. in ſuis commun. opin. in verbo, Iudex: An autem tutela, & cura ꝓ-
335 pter minorem bannitũ perdatur, vide Nel. in trac. de bannit. in 1. part. 2. temp. q. 40. chart. mihi. 215. qui diſtinguit. Mortuo verò minore abſq; hæredi-
336 bus, & venientibus ab inteſtato, dubium facit, an tutor, & curator debeat ei ſuccedere, vel [illegible] gl. in l. quo tutel. ff. de reg. iur. tenet, tutorem, & non fiſcum ſuccedere debere, quã ſequitur Bal. in ſing. 8. Petr. de Rauc. ſing. 590. Ammanel. ſingu. 242. & addẽt. ad Bar. in ſing. 57. & Tyraq. in tract. le mort ſaiſit. in 2. part. 14. declarat. nu. 45. vbi allegat quã plures. Bar. verò in d. l. quo tutel. & in d. ſingu. 57. tenet, fiſcum & non tutorẽ ſuccedere debere, quẽ ſequitur Cagn. in d. l. quo tutel. nu. 6. verſ. infertur etiam, & dicit, quòd opinio Bart. eſt cõmunis cõtra gloſ. quia tex. d. l. quo tutel. loquitur de tutela legitima, quæ defertur venientibus ab inteſtato, & non de tutela datiua, & teſtamẽtaria, & ideò extendere ad tutores datiuos, & teſtamentarios, excluſos à legitima ſucceſsione minoris, eſſet diuinare, & ibi alios allegat: Ego autem in caſu cõtingenti, ſi cauſſa eſſet mihi commiſſa, iudicarem, hęreditatem hanc diuidendam fore inter tutorem, & fiſcum, propter varietatem tantorum patrum, & gloſſæ, cùm vtraq; opinio ſit grauiorib. authoritatibus munita, & ita quilibet bonus Iudex cum bona cõſcientia hoc facere debet, quamuis fiſcus fiſchiat omnia pro ſe, & indubio velit reportare ſententiam in fauorem contra regulas iuris, quia in dubio contra fiſcum in fauorem priuati eſt iu-
337 dicandum. glo. in l. 1. C. de pact. Iaſ. in l. 2. nu. 38. C. de iure emphyt. & maximè in cauſſa lucratiua, vt per Ant. de Fan. in tract. de pign. & hypot. in 2. par. 4. memb. nu. 117. & Roder. Suarez. in proœmio fori: ſub nu. 28. chart. 346. & quando hinc inde ſunt opiniones Doctorum magnę authoritatis, bonus Iudex debet iudicare cum bona conſcientia in fa-
338 uorem vtriuſq; per medium, vt iudicauit Pet. Anchar. conſ. 210. inter contraria, & dixit Boer. deciſ. 42. nu. 39. & deciſ. 155. num. 27. & ſeq. & Duran. de arte teſtan. titul. de ſubſtit. cautel. 6. ſub nume. 3. & Capic. deciſ. 176. in cauſſa domini Domitij. nu. 34. & ita fuiſſe iudicatum Ianuæ, mihi retulit D. Dyoniſius germanus. I. C. celeberrimus.

Poſtquam verò mortuus eſt iſte minor, fruſtratorium eſſe duxi amplius de tutore, & curatore pertractare, ideò ad laudem Dei, ſanctiq; Ioannis Baptiſtæ, aduocati patriæ meæ, finem huic titulo imponere propoſui, his temporibus careſtiæ vniuerſalis omnium fructuum, & belli Francorũ contra hæreticos, Hiſpanorum contra Granatenſes, Venetorum contra Turcos, ac ſemper memorandæ coronationis Sereniſs. Domini mei Coſmi Medicis, Magni Etruriæ Ducis. Anno 1569. De menſe Martij, & dare principium vtili, ac neceſſario titulo, de vſufructu mulieri relicto, in curijs valde frequentato, & diſcuſſo.

DE VSVFRVCTV MVLIERI RELICTO.

CAPITVLVM IX.

DOTE reſtituta matri viduæ
iſtius minoris, reſtat ſolutio,
& ſatisfactio legati vſusfru-
ctus omnium bonorum te-
ſtatoris ſibi relicti, in quo
maritus reliquit ipſam vxo-
1 rem dominam, maſſariam,
& vſufructuariam omnium
bonorum ſuorum, licèt etiam mariti aliquãdo ab
eorum mulieribus ſint relicti vſufructuarij omniũ
bonorũ, vt videmus aliquando in teſtamentis cõ-
iugũ, & habetur per tex. & gl. in l. I. C. de vſufr. ſe-
cundum Ruin. in conſ. 51. nume. 11. verſ. & inſuper.
vol. 2. & in conſ. 174. ſub nu. 6. vol. 1. Bar. conſ. 9. cõ-
ſil. 56. & in conſ. 170. vol. 1. Boer. deciſ. 194. nu. 4. &
5. & Iaſ. in l. extraneum. ff. de hæred. inſtit. & Crau.
in cõſ. 32. in fin. vol. 1. & Emanuel Soarez. commu.
opin. verbo, domina. nu. 141. & Ant. Rom. comm.
cõcluſ. de vſufr. lib. 5. concluſ. 2. nu. 6. in 3. ampliat.

Quod quidem legatum frequenter accidit,
& verſatur in fallacijs mulierum, blandimentis,
lachrymis, & fraudibus, in graue damnum filio-
rum, nepotum, domus, ac Cyppi teſtatoris, & cõ-
tra ordinatam chatitatem 4. l. præſens, & ibi gloſ.
C. de ſeruitu. & §. 1. inſtit. de hæred. q. ab inteſt. de-
fer. & ob debilitatem, & dementiam maritello-
rum effœminatorũ, vt ſentit Imperator in §. pro-
hibemus. in Auth. de trient. & ſemis. colum. 3. ibi,
ſed modis omnib. eis, & ſequitur doctiſsimus Ro-
deric. Soarez. in repet. l. quoniam in priorib. am-
pliat. 3. num. 1. C. de inoffic. teſtam. chart. 42. Ideò
latè de huiuſmodi legato pertractare, ad vtilitatẽ
curialium, & cauſidicorum, æquum fore iudicaui,
procedendo per viam diſtinctionum, vt facilius
veritas ſequentium dignoſcatur, adnotata per A-
ret. §. fin. in princ. inſtit. de grad. cogna.

2 Nam qui omnia indiſtinctè vult intelligere,
confuſè vt intelligat, neceſſe eſt, & Doctori diſtin
guenti ſtandum videtur, tanquam magis appro-
pinquanti veritati, vt per gloſſ. & Salicet. in l. apud
antiquos. C. de fur. Cùm per diuiſiones, & inter-
pretationes congruentes omnium cœlorum eui-
tatur amaritudo. Angel. conſil. 376. Philoſophicè
colum. 2. & pulchrè habetur per Syl. Nuptia. in li-
bro 5. titul. quomodo iudicant. numero 32. char.
mihi 450. Et dixit Bald. in l. precibus. colum. 8. C.
de impub. & alijs ſubſtit. Quod ferro viam aperit,
3 qui per contraria ſcandit, & licèt iſta materia latè
tractetur à Docto. in l. Titia. §. Titia. ff. de legat. 2.
tamen quia omnia non deguſtârunt, placuit mihi
illa, & alia ſolo in hoc opere inſerere: vnde impri-
mis ſciendum eſt, iſtum vſufructuarium ita in te-
ſtamento relictum, dici dominum vſusfructus, &
nõn proprietatis, quia proprietas remanet penes
hæredem ſaltem ciuiliter, & vſusfructus apud vſu-
fructuarium. §. vſusfructus. inſtitut. de vſufruct. Et
ideò appellatione domini, de proprietate ſermo-
nis, venit etiam vſufructuarius, vt concludit Aret.
§. Alienus. numero primo. inſtitut. de hæred. in-
ſtitue. Cæpo. in tractat. vrban. prædio. titul. de v-
ſufruct. numero 2. capitul. 4. Socin. in l. ait prætor.
la. 2. §. final. ff. de iureiuran. Iaſon in l. traditionib.
numero 10. C. de pact. & Alexand. conſ. 120. Puto
4 de iure, numero 4. volum. 2. quod eſt notandum
pro ſtatutis, & maximè diſponentibus, quòd do-
minus poſsit accuſare de damnò datò in ſuo, &
credatur ſimplici eius iuramento, vt eſt in terra Fi-
uizani, quia comprehẽdit etiam vſufructuarium,
tanquam dominum poſſeſsionis, & fructuum, vt
per Abba. in capitul. fin. nume. 55. vt lite non con-
teſtat. Moderni. Pariſienſ. in conſuetud. Pariſi. tit.
1. §. 1. gloſſ. 1. num. 88. & Ioan. de Amic. in conſi. 75.
colum. 3. circa medium: licèt Aret. in §. conſtitui-
tur. colum. 2. in fin. inſtit. de vſufruct. ſentiat con-
5 trarium. Et dicitur vſufructuarius habere ius in
re, & naturaliter poſsidere, vt communiter tenẽt
Docto. in l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. poſſ.
licet Rapha. Cuman. ibi teneat contrarium, & A-
retin. in §. idem placet. ſub numero 3. inſtitut. per
quas perſon. nobis acquir. dicit, opinionem Ra-
phael. ſemper ſibi placuiſſe: tamen à communi o-
pinione non eſt recedendum, vt etiam ipſe Aret.
ibi non videtur recedere, quam etiam amplecti-
tur Boer. deciſ. 28. numero 1. & ſeq. Iacob. Menoc.
de recuper. poſſeſ. remedio primo. numero 54. &
num. 69. & Franc. Marc. deciſ. 867. num. 1. in 1. par.
& Tyraquel. tract. le mort. ſaiſet. in 3. part. declara.
6 prima. num. 4. & retenta hac communi opinione
ſequitur, quòd ſi vſufructuarius fuerit ſpoliatus,
poterit remedio reſtitutorio, & capitulo reinte-
granda agere contra ſpoliantem, vt eum reponat
in eius priſtinum ſtatum, quia poſsidenti natura-
liter competit hoc remedium, & nedum bona fi-
de, iuſtis titulis, vel etiam mala fide, & abſque titu-
lo, ſecundum magis communem opinionem, vt
per Marant. ſpec. aur. in 4. part. diſtinctio. 7. num.
50. verſ. Decimum nonum remedium. chart. 72. &
Iacob. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. in primo

remedio.nume.69.& ſeq.in 5. quæſt. vbi extendit etiam, quòd lite pendente ſit finitus vſusfructus, vel ſi eſſet abſens vſufructuarius, vt per Franciſcũ Marc.deciſio.867.incip.quæritur,an finito vſufructu.in prima parte,vbi dicit, procedere etiam cõtra proprietarium,qui non poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionem,ſed agere debet contra vſufructuarium,vel eius hæredem, ſecundum gloſſ.in c.licet Epiſcopus.de præben.libr. 6. & ibi Archidiacon. actione negatoria, vel ex cautione de reſtituenda re præſtita, Iacob. Menoch. de recuperand.poſſ. remedio.1.num.69. & ſequenti,& ſequitur etiam Tyraquel.in ſuo tract. le mort. faiſet.in 3.parte,in prima declaratione.num. 6. licèt numero 5.allegat, quàm plures tenere contrariũ, tamen dicit,omnes dictam glo.in d.cap.licèt Epiſcopus, ſequutos fuiſſe, & maximè finito vſufructu,viuo adhuc vſufructuario: Mortuo verò,& hæreditate iacente, tunc procedere allegata in contrarium,etiam quòd adeſſet ſtatutum, quòd poſſeſsio continuaretur in hæredem, cum intelligatur tale ſtatutum de rebus tranſitorijs ad hęredes, & dicit numero 8.poſſe proprietarium agere, nedum contra vſufructuarium,ſed etiã contra quoſcunq; tertios poſſeſſorẽs, ratione eius ciuilis poſſeſsionis, non obſtante aliquo temporis curſu, de quo dicam etiam infra. verſicul. & quamuis proprietarius,& hoc finito vſufructu: Si autem non eſſet finitus,non poſſet proprietarius agere contra tertium poſſeſſorem ſpoliatorem, quia ei poſſet opponi à ſpoliatore, tua non intereſt. Ex quo durat vtile dominium, & naturalis poſſeſsio, ac ius in re vſufructuario, quod eſt notandum pro feudo,& liuello alteri conceſſo,vt loquitur Aegid. Boſſ.in ſua practica criminali,ſeu potius mixta.titulo de pluribus violentijs.nume. 10. Et ſequitur verſiculo,item ratione ciuilis reddenda.char.mihi,177.& ideò vſufructuari9 ipſe debet agere poſſeſſorio recuperandæ.

Quod datur etiam prædoni, vt eſt text.in l.§. qui à Meui.ff.de vi.& vi arma.quia non debet ſpoliari ſua poſſeſsione, etiam à ſpoliato propria authoritate dict.§.qui à Meui.& leg. Cotonus.Et leg. cum fundum.ff.eodem. capitu.in literis, de reſtitutione ſpoliat.Nam vltimum ſpolium prius purgandum eſt cum omnibus fructibus, Afflict. deciſio.404.numero decimooctauo.Pariſi.conſilio vigeſimoquarto, numero trigeſimoprimo, volumine primo. Crauet. conſilio 140. volumine primo. Aegid.Boſs.vbi ſupra.num.27.& pulchrè nouiſsimè per Benintend.in Rota Bononien. deciſi. 8.fuit intentatum, & debet ſtare ad agendum petitorio tantum tempus, quantum poſſeſſor ſtetit ſpoliatus ſua poſſeſsione, & omnes expenſas, & damna, vſque ad vnum quadrantem reficere, & re ſpoliata perempta æſtimationem ſoluere, nulla habita compenſationis ratione, ita dicit Plot. in l.ſi quando. numero 732. & ſequen. verſicul.ſpoliatus poſſeſsione.C.vnde vi.& Crauet.conſi.140. numero 3.lib.primo.verſi.& iſta reſtitutio ſpoliati.Et quòd vſufructuario competat interdictum vnde vi.& capit.reintegranda.3.q.1.tradit.Bartol. in l.ſi quis in tantam.num.19.num. 32. & num. 34. C.vnde vi.Pariſ.conſ.98.nu.1.volu. 2. Boer. deciſi. 199.numero 8. & deciſio 28. numero 2. vbi dicit, ita conſuluiſſe,& fuiſſe concluſum, & Iacob. Menoch.in tract.de recuperand. poſſeſ. in primo remedio,num.169.& ſeq.verſicul.quæro quintò, an vſufructuarius,& nedum quando eſt ſpoliatus, & priuatus poſſeſsione, ſed etiam quando eſt in actu ſpoliationis,& moleſtatur ab aliquo, & ſe defendit,quia debet reſtitui ad damna, expenſas, & intereſſe,vt notabiliter dicit.Aegid. Boſſ.in ſua practic.d.titul.de pluribus violentijs.numer. 33. verſicul.& hoc procedit.chart.179. vbi dicit, habuiſſe de facto,& omnes admirati fuere, & ſentit Plot. d.l.ſi quando.d.num.732. verſi. & non ſolùm ſpoliatus,ſiue turbatus. Et poteſt agere vſufructuarius ad vſumfructum,abſq; mandato domini pro-

7 prietatis,actione reali,& perſonali, vt per Franc. Marc.deciſi. 832. in prima part. quia dicitur procurator in rem ſuam. Aret. §.vſufructus. numer.5. inſtit.de vſufruct.Iaſ.in d.l. naturaliter. numer. 11. Bart.in l.cum apud quem.C.de vſufru. Dec. conſi. 418.viſa.& iterum lecta.nume.7. & habetur etiam pulchrè per ſubtilem Ari.Pinel.in l.1.in 2.part.nu. 62.& ſub nume.68. verſic.ſimiliter eſt differentia. C.de bon.mater.char.244.qui dicit, fructuarium in quæſtione,tangente ſolam proprietatem, non audiri, ſed ſolùm circa vſumfructum, niſi habeat mandatum,& ita modificari,quæ paſsim, & indiſtinctè traduntur à Doctoribus de poteſtate fructuarij, quem dicũt cenſeri procuratorem in rem ſuam,& agere poſſe nomine proprietarij, & ſentit Ruin.conſ.206.num.29.volum.2.Pariſ.conſi. 94. num.17.vol.2.& Roder.Soarez.l.poſt rem iudicatam.in prima extenſione.num.12.ff. de re iudicat. chart.558. Et ideò facies concluſionem, quòd in his, quæ reſpiciunt vſumfructum, vſufructuarius proprio nomine poterit agere, nouum opus nunciare,& accuſare de damno dato: In his verò, quæ proprietatem reſpiciunt, nõ poterit ſine mandato,& in his non habebit tacitum mandatum, cùm non ſit procurator in rem ſuam, ſed proprietarij, & ita intelligendus eſt tex.Bart.& Doct.in l. 1. §. vſufructuarius.ff.de nou.oper.nun. vbi non poteſt vſufructuarius nuntiare nouum opus ſuo proprio nomine, ſed procuratorio nomine proprietarij, benè quidem mandato exiſtente, alias non, per ſupra d.& ſentit Tyraque.in ſuo tracta.de retract. lignag.§.10.gloſſ.vnica.ſub numero 3. & ita debes intelligere text.in l.ſi cuius.§.fin.ff. vſufru. quemadmodum caueat, vbi vſufructuarius poteſt intẽtare rei vendicationẽ ſine mandato domini,quem text.adducit Petrus de Rauen. ſingul. 95. ille qui, & Tyraquel.de retractat.lignag.§. 36. gloſſ. 2. numero decimonono,verſiculo, & facit etiam text. nam hoc procedit reſpectu intereſſe ſui vſusfructus,& ſic agere ad vſumfructum, & non ad proprietatem vindicandam, probando, qualiter teſtator iure dominij, vel quaſi, tenuit & poſſedit, & vſumfructum dictorum bonorum percepit,& cætera,& ſentit Dec.conſilio 418.numero octauo, & faciunt quæ dicam infra, & ſequen.verſicu. verum quia ſæpiſsimè,& vide gloſſ.fina.in l.prima.§.fina. cum l.ſeque.ff.de vſufruct. & quemadmodum cauea. vbi vſufructuarius cuſtodiã bonorũ præſtare debet, quæ omnia nota perpetuò, vt ſcias intentare iudicium, & te defendere etiam à creditoribus teſtatoris.

Nam

8 Nam non poteris poſtea mutare libellum ſi-
ne expenſarum refectione, vt per Tyraquel. dicit.
§.10.gloſſ.vnica,numero 2.& ſequ.Bartol.in l.edi-
ta.num.31.& ibi Alexan.numero 21.& Iaſ.num.39.
& Deci.numero 39. C. de edend. & Pater meus in
reſponſo. 251. Ioannes Baptiſta de Gragniola. in
quarto dubio, volum. primo. Et intellige vſufru-
ctuarium poſſe agere ad vſumfructum, poſtquam
ab hærede acceperit poſſeſsionem bonorum, pro
conſequendo vſumfructum,& nõ ante, vt per Ari.
Pinel.in d.l.1.in 2.part. numero 62. verſicul. poſt-
9 quam verò fructuarius.char.228. Quia vſufructu-
arius regulariter debet accipere poſſeſsionem bo
norum vſufructui ſubiectorum ab hærede, vel ex-
ecutoribus teſtamenti, & non propria authorita-
te ingredi poſſeſsionem, vt per Alexand. conſilio
56.perlectis verbis,in fin.volumin. tertio. Corne.
conſil.207.lit.c.& d.colum.fin.in 2.part.Socin.in
conſ.131.colum.3.in fin.incip. in præſenti conſul-
tatione.volum.1.Ruin.conſ.51. num.10. volum.2.
Boer.deciſ.199.numero 9.& in conſ. 19. numer.3.
Ari.Pinel.vbi ſupra.num.61.62.& ſub nu.79. verſ.
vnum ſummè commendat.vbi extendit ad quem-
libet fructuarium, & ad vxorem : aliàs amitteret
ius quod habet in vſufructu,ſi propria authorita-
te ingrederetur poſſeſsionem dictorum bonorũ,
vt ibi dicunt ſupradicti Doctores, maximè adita
10 hæreditate per proprietarium. Si autem hæredi-
tas non fuerit adita, non amitteret ius ſuum, nec
incideret in aliquam pœnam, ſed eſſet obligatus,
dicta bona & poſſeſsionem illorum reſtituere cũ
vſufructu percepto hæredi vendicanti per interdi
ctum,vt per Socin.in conſi.33. proſequendo. ver-
ſicul.circa quintam quæſtionẽ,in 1.par.Dec. conſ.
243.num.4.ergo 424.numer.18.Plot.l. ſi quando.
num.54.verſ.& propterea.C. vnde vi. Rola. à Val.
conſilio 77.numero 38.& ſeq.volu.1.Franc.Marc.
deciſ.493.quæritur,an legatarius.num.1.in 2.par.
& per Ari.Pinel.d.l.1.in 2.part.nume.77.verſic.li-
mitatur tertio.C.de bon.mater.charta. 282. Niſi
11 data ſibi fuiſſet licentia à teſtatore accipiendi pro
pria authoritate dicta bona ad vſufructuandum,
quia tunc,quod fit lege permittente, pœnam non
meretur.l.Grachus.C.de adulter. quæ licẽtia po-
teſt dari legatario à teſtatore.l.Tit.cum teſtamen-
to.§.1.ff.de leg.2.Duran.de arte teſtan.tit.de lega-
tis,cautel. 12. legatarius. & data cenſetur, ſi teſta-
tor iuſſerit vſufructuariam non moleſtari, impe-
diri,aut ei vim fieri in ſuo vſufructu, vt pro ſingu-
lari tradit Rom.ſingul. 88. Aduerte.Iaſ.in l. nemo
poteſt.in prima lect.numer.36.& ibi Doctor.ff.de
leg.1.Bald.in l.1.C.commun.de legat. Dec.conſil.
243.colum.2.conſil.418.colum.2.num.5. conſilio
476.numero 5.6. & Plot. in leg. ſi quando. nu.54.
verſic.& propterea. C. vnde vi.& idem ſi eam reli-
quit vſufructuarium plenariè, aut pleno iure, libe
rè,abſolutè,& ſine contradictione, quia talia ver-
ba faciunt,quòd non oportet licentiam requiri.c.
quæ in Eccleſiarum.cum ibi not.per Bald.de con-
ſtit.Gabr.in additio.ad Matheſil.ſingul.42. Nota,
quòd ſi hæres.numero 3.& ſeq. Signorol. in conſi.
70.num.5.Bald.conſi.380.in 4.part.Dec.conſ.131.
ſub num.1.Ferrat.cautel.32.ſub nume. 2. Plot.leg.
ſi quando.num.54.C.vnde vi.&Rolan.à Valle,cõ-
ſil.42.num.17.& ſeq.volum.1.& conſ.74.num.20.
volum.2.vbi dicit,eſſe idem, ſi teſtator eam fece-
rit dominam,maſſariam,& vſufructuariam, & la-
tè Alciat.in d.l.nemo poteſt.ff.de l.1.qui ponit de-
cem caſus, quibus præſumitur licentia legataria
data conſequendi legatum, propria authoritate,
ſine manu hæredis,vbi habetur, quòd ſi vſufructu
arius erit legatarius, aut hæres in vſufructu inſti-
tutus, & poſt eius mortem Sempronius hæres v-
niuerſalis bonorum inſtitutus, quòd data cenſe-
tur etiam licentia ingrediundi propria authorita-
te,vt etiam dicit Ruin. conſil. 54. & conſilio 206.
volumine 2.& Duran.dict.cautel.12.numero 2. &
latè per Anton.Roman. libro quinto. de vſufruct.
concluſio prima.chart.585.& Petrus Pechi.in tra-
ctatio.de teſtamen.coniug.lib.5.cap. 9. numer.2.
chart.170.& Anchar.Regienſ. q. 1. numer.26.in 2.
parte. Nam ita ex coniecturis,ſicut verbo, poteſt
licentia à teſtatore data colligi, vt patet ex allega-
tis per Dec.in conſi.418. viſa. colum. 1. numero 4.
& conſil.476.numero 5.& 6. & alios ſupra allega-
12 tos. Quæ habent locum,hæreditate iacente, ſecus
ſi tertius, vel hæres eſſet in poſſeſsione, & reſiſte-
ret,quia tunc talis licentia in præiudicium poſsi-
dentium nihil operaretur,ſed agere debet vſufru-
ctuarius actione ex legato reali,aut perſonali,iux-
ta tradita.per Franciſ. Marc. deciſio.832. in prima
part.ita dicit Salicetus, in leg. ſi quis in ſuo. C.de
inoffic.teſtamento.& ibi Doctor.ſentit Pariſi. cõ-
ſilio 98.volumine ſecundò,& Plot.in leg. ſi quan-
do.ſub dicto numero 54.in fin.Cod. vnde vi.& fa-
ciunt adducta,per doctiſsimum Rodericum Soa-
rez.in titu.De las Henrencias,in primo notab.nu-
mero primo,& ſequent.chart. mihi, 886. Et ideò
dicebam, Volaterris Sempronio mortuo, & non
ſepulto Meuio eius fratre, qui dict. Titiam eius v-
xorem reliquerat, vſufructuariam omnium bono
rum,cum licentia ingrediendi poſſeſsionem pro-
pria authoritate, quòd feſtinaret accipere poſſeſ-
ſionem bonorum hęreditariorum dicti Meuij,an-
tequam ipſa ingrederetur poſſeſsionem, quia ta-
lis poſſeſsio eſt multum vtilis hæredibus, attento,
quòd vſufructuaria tenetur ſatiſdare, & facere in-
uentarium,cum æſtimatione, & præſtare cautio-
nem Mutianam, de non transeundo ad ſecundas
nuptias,antequam conſequatur vſumfructum, &
poſſeſsionem dictorum bonorum. Et ſi non ob-
13 tulit,& non faciat prædicta,etiam hærede non pe-
tente,non faciet fructus ſuos, ſed hæres lucrabi-
tur eos iſto interim,& reſtituere non tenetur,quia
ſolùm futuros, & non præteritos fructus faciet
ſuos vſufructuaria, poſtquam adimpleuerit præ-
dicta,vt per Ruinum,conſilio 50.numero 12.con-
ſilio 202.numero quinto,& ſeque. volum. 2. & per
Doctor.in Auth.cui relictum,vbi Iaſ. colum. pen.
verſ.ſed poſt annum.C.de ind.vidui. tol. Socin. in
l.Mutianæ.num.5.& 6.C. de cond. & demonſtr. &
dicam infra.num.90.& ſeq.quę mulieres poſtquã
adeptæ ſunt poſſeſsionẽ, circumducunt,& collu-
dunt hæredes,& nolũt venire, niſi coactæ,& vt ſer-
pens ad incantum,ad ſatiſdationem,&æſtimatio-
nem prædictarum rerum,amouendo, & vſurpan-
do bonam quantitatẽ ſuppellectilium, & maſſa-
ritiarum, attento, quòd faciunt fructus ſuos hæ-
rede tacente,& non poſsidente, vt per Bald. in l.
vxorius vſusfructus.verſ.quæro.an vſusfructus.ff.

de vſufruc.& infra videbis,& dicunt in pari cauſſa ꝙ melior eſt conditio poſsidentis. Regul. in pari cauſſa. de regul.iur.in 6. & in leg. in pari cauſſa. ff. de reg. iur. vbi Dec. at ſi tu hæres acciperes prius poſſeſsionem, poteris aliquid excipere, & ſi ipſa
14 non obtulit ſatiſdationem, & non fecerit inuentarium, lite durante conſequeris fructus, ideo cōſidera benè, & fac vt ſis diligens, & expertus, vt fuit aduocatus iſtius D. Titiæ, qui fecit lucrari fructus trium, aut quatuor annorum bonorum dicti Meuij creditoribus obligatorum, quamuis reſtituere erit coacta ſuis loco, & tempore, ex eo, quia malafide, & cū cauillationibus, & litigijs iniuſtis diſtulit bona reſtituere, adnotata per Plot. in l. ſi quando. num. 462. & ſequ. C. vnde vi. & infra dicam, quæ vſufructuaria legataria poteſt ire ad vſumfructum conſequendum contra proprietarium, vel hæredem, actione ex teſtamento in rem, hypothecaria, & perſonali, cumulando omnia, cùm tendant ad idem ex diuerſis cauſsis, adnota-
51 ta per Crauet. conſi. 16. numer. 5. 6. & ſeq. lib. 1. & Odofred. in practi. de libellis, in actione ex teſtamento. cap. 47. Et legatarius habet contra hæredem, & poſſeſſorem, pro conſequendo legato, tres actiones, videlicet, ex teſtamento in rem, hypothecariam, & perſonalem. l. cum filius. §. varijs. ff. de legat. 2. & Are. §. legatum. numero, 1. verſicu. Nota quòd pro legat. inſtitut. de legat. Roderic. Soarez. l. quoniam in prioribus. in 7. quæſtio. ſub numero, 19. C. de inoffic. teſtam. car. 428. Natta conſi. 235. numer. 10. ſed debet prius agere contra bona poſſeſſa per hæredem, quàm contra tertios poſſeſſores. Anton. de Fan. de pignor. in 8. patre memb. primo in 8. fallentia. car. 518. nume. 21. licèt ſit aliqua controuerſia inter Doctores, an res ſpecialiter legata ſit hypothecata, prout alia bona legantis, & finaliter communiter concludunt Doct. quòd non, vt per Aret. §. legatum. nu. 5. inſti. de legat. & Ant. de Fan. de pigno. & hypo. in 2. par. 4. memb. numer. 157. & ſeq. verſic. quintus decimus caſus. car. 153. vbi ſub numer. 160. in tertia limitatione dicit, hāc hypothecā non competere inſolidum contra quemlibet ex hæredibus, ſed ad inſtar actionis perſonalis contra quēlibet pro rata, vt ſequitur etiam in 8. parte memb. primo nume. 21. & 50. nume. 51. car. 534. quod eſt notandum. Contra autem tertios poſſeſſores poteſt agere hypothecaria, confeſſoria, & negatoria actione, vt per Barto. in rubrica C. de vſufr. & habita. nume. 2. pract. Pap. for. lib. in actione confeſſoria. glo. prima nume. 3. & in actione negatoria. & Rofred. de libellis, in actione confeſſoria. & negatoria, ſequitur Franc. Marc. deciſ. 832. num. 3. in prima parte, & ſi non poſsidet vſufructuarius, debet intentare in confeſſoria, & negatoria rei vendicationem, vel Publicianam, narrando, qualiter teſtator tenuit rem pro ſua, & tanquam ſua iure dominij, vel quaſi, & ob id habuiſſe, & habere ius in vſufructu poſſeſſo potentius partis aduerſę, vel declarare, parti nō competere ius vſusfructus, & ſic in conſequentiam tenebitur pars aduerſa relaxare ipſa bona ad vſufructuandū, vt dicit Franc. Marc. d. deciſ. 832. & ſentit Crauet. conſilio, 201. numero, 9. verſicu. poſtremò conſidero, lib. 2. & Rofred. de libellis. in actione Publiciana. Si autem poſsidet, non erit neceſſe probare de dominio, vel quaſi, ſed per poſſeſsionem præſumetur dominium, vel quaſi, tanquam incidenter deductum in iſta confeſſoria, vel negatoria: ita dicit pract. Pap. for. lib. in actione negatoria. in glo. per quendam. Poterit etiam vſufructuarius, occupata poſſeſsione dictorum bonorum, ante, & poſt hære-
16 ditatem aditam, ceſſa ſibi actione ab hærede, iuxta allegata per Alex. in l. 1. §. vſufructuarius. nume. 1. ff. de nou. oper. nunci. & Ruin. conſili. 51. nume. 12. volum. 2. agere expenſis proprietarij, & hæredis reſpectiuè, remedio l. fina. C. de edi. diui Adrian. tol. interdicto quorum bonorum beneficio. l. cum quærebatur. C. vnde vi. rei vendicatione, officio iudicis, & petitione hæreditatis ſecundum caſus contingentiā, petendo, bona reſtitui, vel immitti in poſſeſsionem, nomine hæredis vniuerſalis, bonorum poſſeſſorum, per defunctum tempore eius mortis, per adducta per Aret. in §. quadrupli. num. 34. & ſequ. verſ. interdictum itaque quorum bonorum. Inſtit. de actio. Rui. conſ. 28. vol. 5. Bello. conſ. 35. Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 48. verſ. Neque tradas, & per doctiſsimum Roderic. Soarez. d. titul. De las. Henrencias. num. 13. & ſeq. verſ. & in veritatem. cart. 891. & in l. quoniam in prioribus. in 7. quæſt. num. 18. & ſequ. C. de inoffi. teſtam. car. 427. Bart. in conſ. 68. quidā fecit, nume. 2. vol. 2. & Petr. de Raue. ſing. 95. quibus in locis etiam tractatur modus agēdi, & probandi incumbentia, & præcipuè quādo duo prętendunt eſſe hæredes, & quilibet petit ſe immitti in poſſeſsionem bonorum defuncti, & latè, ac pulchrè loquitur Roland. à Valle, in conſi. 1. per totū volum. 1. & in conſ. 75. volum. 2. Petr. Benintend. in Rota Bononi. deciſ. 73. quidam. Deci. con. 498. viſo caſu. nume. 1. & ſeq. conſ. 424. & Tyraquel. in tract. le mort. Saiſit. in 4. par. declaratio. num. 17. carta 66. vbi etiam habetur, quòd ſummariè de hoc cognoſcere debet Iudex: & ſequitur Natta, conſ. 246. circa controuerſiam. num. 11. in ſecunda parte, adeò, quòd in tali iudicio ſi quis eſſet ſpoliatus authoritate Iudicis, etiam parte non citata, non eſſet reintegrandus in ſua poſſeſsione, quia in tali iudicio non habet locum regula, quòd ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ſed regula, dolum facis, quia petis illud, quòd ſtatim reſtituturus es, & hoc procedit, etiam quòd ſpoliatus incidenter, & per viam exceptionis, tanquam tertius legitimus contradictor, compareret in iudicio, quia tunc Iudex debet cum cognitione cauſſę cognoſcere de prioritate, & potioritate iurium rei conuenti, & prætendentium eſſe hæredem, & ſic ſuper exceptis, & non ſuper ſpolio iudicare diffinitiuè, vt tradit Aret. §. quadrupli. numero, 47. verſicul. ſi quis ingrediatur. inſtitution. de actionibus, & pulchè declarat Anton. de Fan. in tractatu de pignori. & hypothec. in tertia parte. 2. memb. numero, 22. verſiculo, fac etiam. cart. 205. quod ſecus eſſet, ſi ille qui prætendit, ſe eſſe hæredem, eſſet ſpoliatus propria authoritate ab alio, dicente, ſe ſimiliter eſſe verum hæredem, quia tunc ille qui præuenit in poſsidendo, debet in poſſeſsione defendi, donec alius doceat de iure ſuo ordinariè, nec debet in poſſeſsione moleſtari, nedum priuari, niſi agatur contra eum petitorio,

ritorio, vt conſuluit Bald. in conſi. 244. non tangendo ſubſtantiam. volumi. 3. quem refert, & ſequitur Natta in conſi. 246. circa controuerſiam. in fine volu. 2. quod eſt notatu dignum, & vidi multos bachalares errare, & ita nouiſsimè iudicaui in Ciuitate Piſtorij, de anno. 1570. ad fauorem Vincentij de Vannis, contra illos de Pauolotijs, circa hæreditatem præsbyteri Atti, & feci admirari ſer Damianum Mellinum, cauſidicum non vulgarem, qui pro illis de Pauolotijs aduocabat, & ita via farfalæ finaliter acquieuerit meæ ſententiæ, & pluries ita iudicaſſe diuerſis locis, veridicum, & realem Doctorem D. Camillum de Incōtris, Volaterranum, ſocerum meum honorandū, mihi dixit, cuius veſtigia in bonitate, & ſcientia ſequi conabor, quamuis Deci. in conſilio, 424. proponitur, quòd Magnifica Domina Franciſca. ſub numero, 14. & ſequ. verſi. nōn obſtant allegata. velit procedere ſupradicta, etiam quando quis vitiosè ingreſſus fuiſſet poſſeſsionem. Cautela tamen eſt, quando per viam exceptionis quis obtineret ſententiam contra, quòd iudicio ordinario, & vniuerſali conueniat, illum, qui obtinuit ſententiam pro ſe, nam tunc iudicium vniuerſale faciat ceſſare iudicium particulare, vt in propoſito latè diſputando declarat Octauia. Pedemont. deciſ. 74. mater prætendit. numer. 15. Et hoc faciat, antequam prima ſententia tranſeat in rem iudicatam, adnotata pulchrè per Deci. in conſili. 96. viſo puncto. numer. 1. & ſequ. vbi dicit, quòd aliàs obſtaret exceptio rei iudicatæ, & in hanc ſententiam cucurrit Dominus Dionyſius frater meus.

Et in iſto legato vſusfructus omnium bono-
17 rum, ſi teſtator habet filios, & deſcendentes, & eos inſtituat hæredes, veniunt regulariter de conſuetudine Bulgari ſolùm alimenta, & non vſusfructus omnium bonorum, ita dicit Barto. in leg. Titia cum teſtamento. §. fina. ff. de leg. 2. eſt gloſ. in Authent. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſ. mul. & ibi Bald. & Doct. Iaſon, in l. & ſi contra tabulas numero, 5. ff. de vulga. ſubſtit. Bened. in c. Raynutius. verſic. cætera bona. numer. 19. de teſtam. & iſta eſt communis opinio omnium Doctorum, nec habet contradictorem, propter Bulgari conſuetudinis interpretationem, vt per gloſ. magiſtralem in dict. Authe. hoc locum. Deci. conſilio, 428. & conſilio, 454. pract. Papi. in for. lib. quo vxor agit ad dot. in glo. donec. nume. 5. car. 242. Alexan. in conſili. 57. ponderatis verbis. colum. 1. volum. 3. & Pariſ. in conſilio, 98. numer. 1. volu. 2. Quæ conſuetudo Bulgari habet plures ampliationes & limitationes, de quibus habetur per Doctores præallegatos, per Gozadi. in conſilio, 47. & Crauet. conſilio, 32. volumin. 1. & inferiùs aliquas adnotare pro maiori intelligentia propoſui.

Quarum ampliationum prima eſt, quando
18 aſcendentes fuiſſent inſtituti vxore relicta domina, & vſufructuaria, vt conſuluit Anchar. in conſi. 237. colum. 1. verſic. ex quibus. incip. quia in primo quæſito, quem tacitè videtur ſequi Apoſtill. ad Alexan. in leg. & ſi contra. colum. 5. ſub nume. 7. ff. de vulg. & pupil. & tangit Boeri. deciſi. 194. ſub nu. 4. ratio poteſt eſſe, quia ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno, cenſetur in alio diſpoſitum, vt per Deci. in l. ſicut bonis. num. 9. & ſeq. C. de in ius vocan. & videmus quod legitima debetur ita aſcendentibus, ſicut deſcendentibus. l. nam & ſi parentibus, de inoffi. teſtam. & vide Angel. conſi. 217. Contrarium tamen tenuit Imol. in d. l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. vbi dicit, conſuetudinem Bulgari loqui, quando liberi ſunt inſtituti, & non debere extendi, cum ſit contra ius commune, & contra vim verborum teſtatoris, & ſequitur Alex. in conſ. 57. ponderatis verbis. colu. 2. nu. 2. verſic. ſed circa hoc eſt videndum. volu. 3. Iaſ. conſ. 44. volum. 1. & tangit Rolan. à Valle, conſ. 74. num. 7. vol. 2. Petr. Anch. Regienſ. q. 1. nu. 1. in 2. par. & Ant. Rom. cōmu. concluſio. lib. 5. de vſufructu, concluſio. 3. nu. 48. & ſeq. car. 591. & hæc opinio mihi magis placet, quia non eſt eadem ratio in aſcendentibus, prout in deſcendentibus, cùm in eis non perpetuatur memoria, & ſucceſsio, nec ipſi dicūtur quaſi domini bonorum filiorum, in vita illorum, prout filij in vita aſcendentium, vt not. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & l. liberorum. ff. de verb. oblig. & etiam quia collatio non habet locum in aſcendētib. ſicut deſcendentibus, vt dicit Cyn. Bald. Paul. de Caſt. Rom. & Alex. in l. ſi emancipati. C. de collatio. & videmus, quòd aſcendentes non ſuccedūt deſcendentibus in feudo, ſicut deſcendētes maſculi aſcendentibus. c. 1. de nat. ſucceſ. feu. & deſcendentes in 1. gradu grauati reſtituere, non cōputant fructus in ſortem, aſcendentes benè computant. l. filiusfami. & ibi ſcribentes. ff. ad l. falcid. & ne dum fructus trebellianicæ, ſed etiam legitimæ, vt per Bald. in c. ſi pater. de teſtamen. in 6. de quo dicto exclamat Alexander, in d. l. filiusfamiliàs. & in l. in fideicommiſſaria. colu. 8. ff. ad trebe. Petr. D. Raue. ſing. 231. & pulchrè per Doctiſsimū Roderic. Soarez. in repet. l. quoniam in prioribus Ampliati. 16. ſub. num. 5. verſic. differunt etiam. C. de inoffi. teſtam. car. 198. & vide Soci. Iun. conſil. 64. volu. 2. & tetigi infra nu. 52 Et hoc corroboratur, quia cōſuetudo Bulg. loquitur, vt dixi, ſolùm de filijs inſtitutis, ergo in aſcendentibus remanēt incorrecta iura antiqua, volētia, quòd vxor cōſequatur totum vſumfructū. l. 1. C. de vſufru. Authe. hoc locū. vbi omnes Doct. C. ſi mulier. 2. nupſer. vt in ſimili dicit Roderic. Soar. vbi ſuprà. ſub nu. 5. ibi, bene facit ſecundū eum. In quibus verò caſibus æquiparantur & differūt, deſcendētes aſcendentibus, & econtra, vide Ioan. Ant. Rig. ſing. 6. 7. collatio. & pulchrè per Roder. Soare. in d. 16. ampliatione.

19 Secundò ampliat Rui. in conſ. 35. vol. 2. quando teſtator legauit vſumfructū omniū bonorum vxori, cum hoc, ꝙ eius hęredes nō poſsint illam expellere è domo teſtatoris, & ibi poſsit ſtare perpetuò, & tenere vnā ancillam, quia per illa verba reſtringitur ex cōiecturata mente teſtatoris legatū vſusfructus ad alimenta: nam ſi intellexiſſet de toto vſufructu, nō erat neceſſe apponere illa verba, quod poſsit ſtare in domo eius teſtatoris cum vna ancilla, & hæredes non poſsint expellere eam, cum poſſet omnia virtute legati facere, & vti, & frui omnibus bonis teſtatoris, inuitis hæredibus extraneis. dict. leg. prima, Codi. de vſufructu. & Authent. hoc locum. Codice, ſi ſecundò nupſe. mulier.

mulier.& faciunt plura adducta per Crauet.in cõſil.32.ſub numer.2.& numero ſequent.lib.1. quod ſecus eſſe exiſtimo, ſi teſtator reliquiſſet dominã, & vſufructuariam cum hoc, quod teneatur ſtare in domo eius teſtatoris, & tenere vnam ancillam, quia tunc totum vſumfructum, & non alimenta conſequi deberet, quia ex mente teſtatoris appareret hoc appoſuiſſe, vt domus ipſius teſtatoris aperta remaneret, & poſsit dici domus teſtatoris, & quòd ibi habitat vxor teſtatoris, & etiam ad hoc, vt eius vxor magis lautè, honeſtè, & nobiliter viueret, cùm mulier ſit genus auarum, & non præſumatur liberalitatem exercere, vt per Bartolũ, in ſuis quæſtionib. quæſt. 7. diſputat. mulier habens num.2.verſi. quintò probo, & cum ſint dicta verba appoſita in augmentum, non debent operari
30 diminutionem vulgarib. iuribus. Tertiò, ampliat Paul.de Caſt.in conſ.371.viſo punct. colum.1.verſic.ſecunda ratio. volumin.2.ſecundum Craue.in conſ.25.num.27. volum. 1. quãdo teſtator reliquit vxori vſumfructum bonorum, pro eius indigentijs, & neceſsitatibus, nam vltra indigentiam, & neceſsitatem relictum non cenſetur, quia limitata cauſſa limitatũ producit effectum. l. in agris. ff.de acquir. rerum dom. & hoc etiam nouiſsimè ſequitur Petr.Pechi.tract.de teſta. cõiung. cap.9. num.1.lib.5. Quartò, ampliat idem Paul. de Caſtr.
31 conſil.16.ad primum quæſitum, lib. 2. ſi mulier ſit relicta vſufructuaria bonorum, & cuſtodia illorũ ſit commiſſa alteri, vel ſi ipſa ſit relicta, etiam gubernatrix ad opus hæredis, ſeu quorũ intererit, vt etiam ſequitur Crauet.d.conſ.25.num.28.volum. 1.& ſentit Pariſ.con.21.vol.2.& Petr.Pech.de teſta. coniug.lib.5.cap.9.nume.1. Quintò amplia, ſi te-
32 ſtator legauit vſumfructum in vna parte, deinde legauit alimenta, quia tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, vt per Corne.in conſ.5.volum.1. Ruin. d.conſ.35.volum.2.Crauet.d.conſi.32.numer.2.& ſentit in conſi.167.num.10.volum.1.Bart.in conſi. 216. Addelandus, num.1.lib.1.& in l.qui Mar.ff.de annu. lega. licèt Petr.Pech.de teſtam. coniug. lib. 5.cap.9.num.1.colum.2. teneat cõtrarium. Sextò
33 amplia, ſi alimenta fuiſſent relicta, & in alio legato vinum, oleum, frumentum, & pecunias, pro eius neceſsitate, & indigentia, quia tunc vnum legatum, & non duo conſequi debet, quia vnum includitur in alio. Craue.conſ.32.vbi latè, & in conſ. 167.num.10.libr.1.cùm hoc legatum non ſit reiterabile, vt per Bart.in d.l.qui Marco.

Septimò amplia, hoc procedere, nedum ſi v-
34 xor ſit relicta vſufructuaria, ſed etiam ſi maritus, pater, mater, auia, concubina, frater, vel alia perſona extranea, vt per Boer.deciſi.194.num. 4. Angel.Auth.hoc locum.C.ſi ſecund.nupſ.muli.Rui. conſilio 174.ſub numero 6.volum. 1, Bertrand. in conſil.36.volum.1.Ant.Roma.ſuis commun.concluſio.lib.5.de vſufruct.concluſio.2.num.11.& nu. 38.chart.589.Appoſtil.ad Dec.conſi. 454. iuridicas eſſe arbitror, & Pariſi.conſi.21.& conſi.96. volum.2.& Appoſtil.ad Franc.Crem.ſingu.8.quid ſi maritus.& Fran.Mar.dec. 849.præſuppoſito, in 1. par.licet ipſe in extraneo relicto vſufructuario liberis inſtitutis voluerit contrarium, quòd ipſe totum vſumfructum conſequi debeat, deducta legitima, & dicit communé, ſed non eſt verùm, imò, nullus eſt, qui hoc dicat, ſed omnes vno ore tenẽt contrarium, & puto eſſe mendoſum, & voluiſſe dicere, idem eſſe, quando relinqueretur vſusfructus omnium bonorum extraneo inſtituto, & tunc eius dicta procederent. Nam Bart. ab eo allegatus illud non dicit, ſed dicit, quòd extraneo inſtituto vſufructuarius totum habebit vſumfructum, filijs verò inſtitutis ſolùm alimenta, quia non conſideratur conſanguinitas ex parte vſufructuarij cum filijs, & deſcendentibus, ſed ex parte teſtatoris, vt dicit gloſ.in d.Auth.hoc locum, & ibi omnes Doctor.aliàs ſequeretur, quòd patruus, frater, & aſcendentes relicti vſufructuarij filijs non inſtitutis, habere deberent ſolùm alimẽta, quod non eſt ve-
25 rum, vt dicam infra in quinta limitatione. Octauò amplia, idem eſſe in auo, auia, & aſcendente, relin-
26 quente nurui vſumfructum, vt per Appoſtillam ad Dec.conſilio 454. iuridicas. Quæ alimenta poteſt mulier conſequi propria authoritate, & percipere, ac colligere ſuis manibus, prout poterat vſumfructum, & illa non habere ab hæredibus, vel in domo mariti, vt per Iaſ.in l.nemo poteſt.colum.9. in princip.numero 37.ff.de leg. 1. Dec.conſil.418. numero tertio. Additio.ad Franc.Crem. ſingul.8. Franc.viui.in ſuis communibus opinio. in verbo, vxor.chart.317.quia propter illa verba, dominam, & vſufructuariam, intelligitur legaſſe alimẽta pro vſufructu, & illa conſequi debere, prout vſumfructum conſequeretur, ſi non haberet liberos. ita tradit Ioan.And.in addit.ad ſpec.in titul. Qui filij ſint legitimi.§.2.Alex.in d.l.nemo poteſt. Cornel. conſil.257.circa primum.colum.3.lit.p.& ſequen. verſi.vis autem verborum.volum. 1. Pariſi. conſil. 93.& in conſi.98.num.2.ſeque.volum.2. vbi dicit, non procedere in bonis feudalibus, latè per Cornel.conſi.187.circa primum.colum.2.lit.c.& d.volum.2.& eſt gl.fi.in l.fundi Trebatiani. ff. de vſufr. legã.vbi loquitur de omni vſufructuario etiã ſingulari, & ibi Bart.& Doct.ſequitur Afflict.deciſio. 252.ſub num.3.Beltrand.in conſ. 162. ſub num.14. verſi.ad decimumtertium, volu.3. Dec.conſ.607. ſub num.1.conſ.418.num.2.& 3.ſentit Fran. Marc. deciſ.833.nume.2. in prima part. & conſuluit Rol. à Valle, in conſ.74.quia de pluribus.numer. 20. & ſeq. volum.2.vbi quam plures allegat, & dicit, hoc procedere, ſi eſt relicta domina, vel maſſaria, & vſufructuaria propter præeminentiam ſibi datam à teſtatore, ſecus ſi ſolùm vſufructuaria fuiſſet relicta, quia tunc de manu hæredis accipere deberet bona ad alimenta ſeu vſumfructum, etiã quòd eſſet vxor, & dixi ſupra.num.9.& vide Anton.Ro-
27 ma.commun.concluſió.lib.5.concluſio.2.Et ſunt iſta alimenta taxanda, & moderanda iuxta æſtimationem dotis relictæ per teſtatorem, quando eſt relicta, aliàs ſecundum quantitatem redituum, & non qualitatem patrimonij, & ſecundum facultates teſtatoris, de quibus potuit teſtari, & conditionem, ac qualitatem mariti, & vxoris, ac illius conſuetudinem, & ſecundum æſtimationem Iudicis, habito reſpectu ad vitã vſufructuarij, vt conſuluit Pariſ.conſ.98.num28. verſ.ſuper alijs igitur volum.2.Rolan.à Valle, d.conſ.74.num. 17. & ſeq. volum.2.Crauet.conſ.189.nume. 9.& 10.volum.1. Villalob.in ſuis commu.opinio.in verbo, vſufructuaria.nume.65.Franc.Marc.deciſ.838.in 1.part. & Di-

& Didac. Variar. reſolu. c. 2. in fin. lib. 2. charta mihi, 416. & pro ſingulari tradit etiam Roma. ſing. 538. dicit textus, & etiam habita conſideratione ad alias perſonas, alimentandas, ex dictis reditibus, iuxta computum traditum à Bald. in conſili. 30. in 2. par. in conſ. 231. in 4. par. & in leg. voluntatis. nume. 4. C. de fideicommiſſ. & Alexand. in conſi. 70. in 1. par. Ex quibus poteſt colligi, talia alimenta debere etiam conſequi iſta mulier, ſi eſt nobilis, & non ſolita negotiari, & facultates ſuppetant pro ſeruientibus ſuis, iuxta gloſſ. in Auth. de non eligent. §. fina. in verbo, onera. & ibi Bart. Paul. de Caſt. in l. ſi maritus. la. 2. num. 2. ff. ſol. matri. & Pariſ. conſi. 98. volum. 2. Ioan. lup. c. per veſtras. de dona. inter vir. & vxor. verſi. tertiò ſequitur in tex. colu. 2. & Grãmat. deciſ. 103. num. 29. &
28 quæ veniunt in iſtis alimentis tangit Crauet. conſil. 32. num. 5. vol. 1. Corn. Benincaſ. tract. de pauperta. q. 7. ſpecial. 2. numer. 33. ſeq. & latè Rolan. à Val. conſi. 22. volu. 1. & de iſtis alimentis latè dixi infrà cap. 10. tit. de bonis quæſitis per mulierem, & filium familias, vbi etiam tetigi, debere etiam taxari ſecundum tempus, & ætatem perſonæ cui debentur, & non vniformiter: Nam ſi eſſet infans ſecundum infantiam, & non pubertatem taxare, & ſic gradatim ita dicit tex. in l. cum alimenta. ff. de alim. & ciba. lega. & conſuluit Roland. à. Vall. conſilio, 74. num. 19. vol. 2. & Ioan. de Amic. conſ. 56. & Pariſ. conſi. 98. nu. 25. & nu. 30. volu. 2. ſentit Crau. conſ. 189. vol. 1. & conſului de anno. 1566. de men. decemb. in fauorem Chriſtophori de monte de Ciuitate Pollitiana, virtute declarationis alimentorum factæ per Magnificos Do. officiales Pupillorum Ciuitatis Florentiæ, vbi dixerunt de chiariamo douerſi à Camilla d' Agnolo dal Monte per gl' alimenti congrui ſcudi 20. d' oro di moneta per qualunche anno. & iſta D. Camilla intel-
29 ligebat dictam declarationem ſcutorum viginti pro quolibet anno, loqui etiam de annis præteritis, à morte Angeli eius patris citra, & ſic quod etiam tempore quo erat annorum quatuor, ſeptem, & decem, deberet habere pro alimentis ſcutos viginti, ſecundum taxationem dictæ declarationis, & ego conſului, huiuſmodi declarationem intelligi debere ſolùm de tempore præſenti, & futuro, & nõ de preterito, tùm q̃a verba ſententię ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè ſunt interpretanda, & prout iacent, & plus inferri nõ poteſt, quàm ꝗ in ſententia cõtinetur. l. 1. C. ſi plu. vn. ſent. Bar. in l. expreſſim. q. 2. ff. de appellati. Dec. in con. 1. ff. de re. iur. in conſi. 348. num. 6. & Soci. Iun. conſi. 181. num. 67. volu. 2. cùm etiam, quia verba ſententiæ & ſtatutorum non trahuntur ad præterita conſumata, niſi expreſsè facerent mentionem de præterita, vt per Docto. in c. fin. de conſtit. vbi Dec. & Fely. &
30 Paul. de Caſtr. in conſi. 404. in prima par. numer. 3. Corn. conſi 42. lit. L. in 3. par. Petr. Pech. tract. de teſtam. coniug. lib. 3. cap. 1. & Rolan. à Valle, in tract. de lucr. dot. quæſt. 93. & præcipuè cum iſta Camilla erat infans, & tempore declarationis alimentorum annis erat quatuordecim, & ſemper fuit ab eius matre alimentata, & tenta, ac cuſtodita in domo ipſius mattis, ſine aliqua menti-
31 one, & petitione, ac notatione alimentorũ. Quo caſu concludunt Doctores, neque matrem potuiſſe, ac poſſe repetere dicta alimenta, cum animo donandi data præſumerentur, non exiſtente auo, vel patre obligato iure naturæ ad alimenta. per tex. gloſſ. & Pau. de Caſt. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & in terminis loquitur D. Bero. qu. 11. venit in quæſtionem, & Corne. Benincaſ. de pauperta. q. 7. ſpecial. 2. Ancha. Regienſ. q. 52. in 1. par. quia alimenta ab vno præſtita ſemel, ab alio amplius præſtari non debent, cum non ſint reiterabilia. l. domos. §. 1. ff. de vſufruct. & Duran. de arte teſtan. tit. de legat. Cautel. 23. numer. 1. incip. Alimenta, & faciunt adducta per Rolan. à. Valle, conſilio, 55. numer. 5. volum. 2. & licet quam plura alia fundamenta luce clariora oſtenderem auditoribus Rotæ illius temporis: tamen iudicauerunt, dictos officiales intellexiſſe etiam de tempore præterito à die mortis Angeli citra, de qua ſententia magnũ feſtum fecit quidam D. Carolus Campana, cauſidicus Do. Camillæ, qui tenetur cum bona conſcientia ad reſtitutionẽ, & anima ſuo loco & tempore vexabitur continuo à diabolo in inferno, vt facit anima Bartoli, & ſequacium propter deciſionem, quam tradit in l. vtrum. verſicu. ideò de eo qui fuit ſciens. ff. ad leg. Iul. de parricid. vt dicit ibi Apoſtilla, & ſequuntur addentes ad Dyn. in regula, non eſt ſine culpa. in verbo, de Iure Canonico, de reg. iur. in 6. & Rolan. à Valle, conſilio, 88. numer. 19. & per totum volum. 2. Benè verum eſt, quòd iſta. D. Lucretia poterat petere fructus ſuæ legitimæ à morte eius patris citra, quia legitima debetur vna cum fructibus, & non in fructibus tantùm, vt quidam inſipidè exiſtimabant. tex. glo. & Doct. in Authe. nouiſsima. C. de inoffic. teſtam. Roderic. Soarez. in l. quoniam in prioribus. Ampliatione 3. numer. 1. & ſeq. C. eod. carta mihi, 42. Et hoc procedit ſiue in ſpecie, ſiue in quantitate iſta dos deberetur, vel eſſet acceptata, vt per Alex. in conſilio, 69. colum. fin. accedit ad confirmationem. volum. 1. & Octauia. Pedemonta. deciſ. 143. numero, 3. ſupereſt. carta. 582. Et nedum procedit quoad legitimam, ſed etiam quo ad dotem relictam mulieri, vſque ad legitimam, quando mulier eſt excluſa à ſtatuto, cum hoc, quòd debeat dotari, & dote ſit contenta, quia tunc dos ſuccedit loco legitimæ, & poteſt filia, vel ſoror ſtatim mortuo patre petere ſuam dotem cum fructibus, & ſi non vult alimentari, non poteſt cogi ab hærede defuncti, vt dicit Crauet. conſilio, 189. numer. 2. volumine primo. latè Afflict. in conſtitu. aliquibus numer. 26. & in deciſ. 159. & Franciſc. Porcelli. in ſuo aureo tractat. de duobus fratribus. quæſtio. 4. principa. numero. 13. verſic. eſt deinde alia dubitatio. carta mihi, 196. & ſic filia maritata, vel eius maritus poteſt petere dotem cum fructibus à die mortis ſui patris, vſque ad legitimam, cõputatis alimentis præſtitis cum fructibus dotis & legitimę, vt per Ale. conſ. 7. viſis. vol. 2. conſ. 69. nu. 3. vol. primo. & Rui. conſ. 26. nume. 22. & ſeq. vol. 3. Quod eſt notandum pro fratribus, qui habent ſorores minores, & illas poſtea nubant ſine renũtiatione fructuum, nam poterunt moleſtari à dictis ſororibus, & iſti fructus erunt vxoris, & non mariti, tanquam bona extra dotem, & non compræhenſa in conſtitutione dotis, & de illis maritus erit obligatus reddere rationem adminiſtra-

 tionis

tionis vxori, vel hæredibus vna cum fructibus. l. penul. & ibi Bart. verſic. non obſtat iſta lex. ff. ad leg falcid. ſequitur D. Thomas. diplouat. in additio. ad Bart. conſi. 125. quæſtio talis eſt. lit. D. in fin. volum. primo. Crauet. conſili. 193. numer. 15. volum. 1. Bart. & Docto. in l. maritus. C. de procura. Deci. conſi. 521. conſultus. nume. 1. Rui conſi. 166. verſi. & per prædicta etiam reſpondetur. volum. 3. & latè in conſi. 222. numer. 4. & ſequ. volu. 1. & per Bal. in conſ. 293. factum ſic. volum. 3. & in conſili. 478. quædam ſunt res. volum. 5. & per Didac. c. peccatum. in 3. par. §. 1. numer. 3. de reg. iur. in ſexto. car. mihi, 216. qui fructus regulariter erũt taxandi ad rationem quinque pro centenario, quia ita taxantur etiam pro alimentis, & pro fructibus alicuius prędij. Alex. cõſ. 200. perſpectis narratis. verſic. accedit etiam. volum. 6. Boeri. con. 6. num. 11. & Afflict. deciſ. 283. in fine Roch. de cur. in tractat. de conſuetudi. cap. 11. verſic. cum tanto. ſub numer. 19. char. 17. Didac. variar. reſolu. libro 3. cap. 10. char. 907. Cor. conſil. 181. colum. 27. lit. y. colu. 2. & conſil. 71. ad euidentiam colum. 4. lit. i. & k. verſic. ſed dato quod venit. volum. 4. Paul. de Caſtr. conſi. 19. volumi. 2. Crauet. conſili. 189. ſub numero, 7. volum 1. & Anchar. Regi. quæſt. 33. nu. 9. in 2. part.

Limita modò hanc Bulgari conſuetudinem,
32 & interpretationem, primò non habere locum, quando adeſſent filij ſecundi matrimonij ipſius mariti, quia tunc totum vſumfructum vxori debetur deducta legitima, nam conſuetudo ad illos non extenditur, cum ſit ſtricti iuris, ita dicit Bald. in l. fina. C. de indi. vid. tol. Deci. conſi. 526. in caſu occurent. numer. 8. & pro ſingulari tradit Franc. Crem. ſing. 8. Quid ſi maritus, & Petr. Anchara. Regienſ. quæſtione prima, nume. ſeptimo, & ſequent. in 2. par. Contrarium tamen, & meo iudicio melius concludit Capra. in conſi. 72. col. 3. Bello. conſi. 31. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 849. in 1. part. Franc. viu. communi. opinio. in verbo. vxor. in fin. & Emanuel Soarez. in ſuis communi. opinio. in verbo. domina. nume. 142. vbi dicit communem. Attento, quòd ratio per quam conſuetu-
33 do Bulga. fuit introducta ad ita interpretandum, militat tàm in filijs primi matrimonij, quàm ſecũdi, quia nulli dubium eſt, quòd pater magis præſumitur diligere filios ſiue primi, ſiue ſecundi matrimonij, quàm vxorem propriam. arg. l. cum acutiſsimi, & l. Papinianus. C. de fideicommiſs. Aret. conſ. 167. colum. 2. & in l. moribus. nume. 12. ff. de vulg. ſubſtit. Crauet. conſi. 141. num. 7. volu. 1. & Petr. Pechi. in tract. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 2. nume. 4. char. 158. & conſuetudo Bulgari loquens de filijs, intelligi debet tàm de primo matrimonio, quàm ſecundo, vt dicit Rui. in conſili. 34. ſub nume. 3. volum. 2. & ibi gloſ. non loquitur de filijs ex illo matrimonio, ſed de filijs inſtitutis, ſimpliciter habens reſpectum ad patrem teſtantem, & non ad vxorem.

34 Imò ego dico, idem eſſe in filio adoptiuo, & arrogato, qui naturam imitatur. l. ſi arrogator. ff. de adoptio. §. minorem autem. inſtit. de adoptio. nam ita rumpit teſtamentum per præteritionem, ſicut legitimus, & naturalis. §. adoptiui, inſtit. de exhæreda. liber. Iaſ. in d. l. ſi arrogator. ſub nu. 12. etiam ſi nepos filij adoptiui eſſet hæres inſtitutus. argum. le. filio, qui de inoffi. ff. de inoffi. teſtam. & originem, ſeu domicilium patris adoptantis ſequitur, adeo, quòd poteſt eſſe de magiſtratibus, & officijs, pro vt eius pater adoptans. leg. in adoptionem. C. de adoptio. & retinet arma, & nomen illius, durante adoptione, vt per Franc. Marc. deciſi. 882. An per adopttonem in 1. parte. & videmus, quòd filius adoptiuus poteſt exhæredari, propter cauſſas ingratitudinis, ſicut legitimus, & naturalis. le. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. & ibi Docto. & feuda ita tranſeunt ad filios adoptiuos, ſicut ad legitimos, & naturales. le. cum adoptionem. C. de decurio. lib. 10. & ibi gloſſ. & Alex. & Franc. Marc. deciſ. 884. & deciſ. 887. in prima parte.

35 Et ita dicendum eſt de filijs ſpurijs, & naturalibus mulierum, qui ſuccedunt matribus eorum, cum iſti ſint hæredes matris, ſicut legitimi, & naturales. §. nouiſsimè ſciendum eſt. inſtitut. de ſe natuſconſulto Orfician. niſi mater ſit illuſtris, vt ibi dicit gloſſ. & habetur etiam per gloſſ. in §. tam autem. in verbo, naturales. inſtitutio. de inofficioſo teſtamento. Nam ſi iſtæ matres relinquerent vſumfructum maritis, vel alicui alteri, ſtantibus filijs ſpurijs, habilibus ad ſucceſsionem, alimenta ſolum conſequeretur vſufructuarius, cum idem amor, & eadem ratio ſit in iſtis filijs, quàm in alijs, & id in filio legitimato rationibus ſupradictis exiſtimo per Deci. conſilio, 316. in caſu. numero, 9. ſeq. per Tyraquell. in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſcepit liberos. nume. 64. ſequ. verſic. ſed in dubium vocatur. C. de reuoc. donatio. & ita reperi poſtea
36 tenere Ant. Gabr. Roma. in ſuis cõmuni. opinio. in lib. 5. conclu. 2. nu. 23. & 24. Rubr. de vſufr. imò iſta vxor vſufructuaria, nõ poſſet habere niſi tantum, quantum pater vni ex filijs prioris matrimonij minus reliquiſſet. leg. hac edictal. C. de ſecund. nupt. & ibi Doct. & latè per Stepha. Bertrand. per totum & maximè ſub verſic. ita tamen, & verſic. ſi verò plus, & in verſi. quam obſcura. Deci. conſili. 83. num. 1. Boeri. deciſi. 200. ſub numer. 4. Duran. de arte teſtan. titul. de legat. cautel. 65. Phannuci. de luc. dot. gloſſ. 5. numer. 47. & ſequ. chart. mihi, 296. Iaſ. in leg. vnde parens. numer. 4. C. de inoffic. teſtam. Brun. de ſtat. exclud. fœmin. artic. 10. q. 9. numero, 159. & articu. 13. quæſtio. 5. numero, 76. verſicul. & eſt aduertendum. Franc. Marc. deciſi. 57. quando pater. in prima parte & in deciſio. 23. quæritur quando mulier. deciſi. 24. & deciſi. 25. in 2. part. latè Anton. Rom. in ſuis communi. concluſio. lib. 3. concluſi. 4. Rubric. de ſecundis nuptijs. Quibus in locis etiam habetur, an iſti filij debeant prius de medio deducere legitimam, & poſtea videre legatum ſibi relictum, & illud quod eſt relictum nouercæ, aut vitrico vel filio legitimato, vt etiam per Franc. Crem. ſingu. 52. filius, & Roland. à Valle de lucro dotis quæſti. 27. & Syl. Nuptial. lib. 2. numero, 47. charta mihi, 152. & etiam habetur ibi, quòd lucrum diuiditur inter filios primi matrimonij, & non ſecundi, quod eſt notandum: quomodo autem ſit fiendum computum in iſto legato vſusfructus, cum legato relicto vni ex filijs primi matrimonij, colligitur ex infra dicendis in verſicul. & quia ſupra fuit dictum

ctum per Antonium Roman. dict. Rubrica de ſecundis nuptijs, concluſ.4. numero, 11. & nume. 18. & per text. & Doct. in l. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. Quid autem ſi legitima non ſufficeret ad alimenta, an vſufructuaria teneatur alimentare filios, & familiam teſtatoris, vide Ioan. Crot. cõſi. 67. numero, 34. & numero, 41. & ſequ. Bald. in leg. ſi quis à liberis §. ſi parens. ff. de lib. agnoſc. Crau. conſilio, 199. volum. 1. & Benintend. Rota Bononi. deciſ. 89. attento, quòd de fructibus, & non de proprietate ſunt alimenta præſtanda, Boeri. deciſ. 19. numer. 8. deciſ. 46. numer. 6. Ant. trig. ſing.
37 11. alimentorum, & Roland. à Vall. conſ. 22. nume. 21. volumi. 1. Secundò limita, quando teſtator ſolùm dixiſſet in legato, relinquo vxorem meam vſufructuariam, quia tunc integrum vſumfructum conſequi debet, ſecus quando ponit illa duo, vel tria verba, videlicet dominam, maſſariam, & vſufructuariam, quia tunc propter quandam præeminentiam, & dilectionem appellatur domina, ſed quando ſolum dicit vſufructuariam, tunc magis apparet de volũtate ipſius teſtatoris, illam debere eſſe veram vſufructuariam, quam limitationem ſequuntur Bald. & Salycet. in d. Authen. hoc locum, & ibi Alberic. & Odofred. qui Odofred. dicit, ita ſæpè pronuntiatum fuiſſe Bononiæ, habito conſilio iuriſperitorum, & idem tradit Bal. in l. ſi pater. C. de vſufru. & in l. fin. C. de indi. vidu. tol. Spec. tit. qui filij ſint legiti. verſic. quid ſi quis ita in teſtamento. Corne. conſi. 210. clarum. volu. 3. & Franc. Marc. deciſ. 849. præſuppoſito, quòd legatum. numero, 2. in prima parte. Contrarium autem tenuerunt Bartolus in dict. l. Titia. §. fina. colum. 2. verſiculo, & eodem modo puto. ff. de legat. 2. & in leg. ſicut in annos, per illum textũ. ff. quibus modis vſusfruct. amit. Aret. in conſili. 40. præſupponitur. Pract. Pap. in for. lib. quo vxor agit ad dot. in gloſſ. donec. numero, 5. charta mihi. 242. & Iaſon. in leg. cum hi. §. ſi in annos. numero, 4. in fine. ff. de tranſact. vbi dicit, ita ſe conſuluiſſe, & fuiſſe iudicatum, & hæc mihi magis placet opinio, & puto veriorem, & æquiorem: cum verba geminata magis enixam teſtatoris volũtatem oſtendere videntur, vt per Pariſ. conſilio, quadra-
38 geſimoquinto, numer. 2. volum. 3. & latè per Crauet. conſilio, 201. numero, 42. & ſequ. volumi. 2. & magis operantur, quàm verba ſimpliciter prolata, vt tradit Gabri. Saray. in additio. ad Matheſilla. in ſing. 36. Nota nouam regulam. nume. quinto, Iaſon, in lege prima. §. nuntiatio. colum. 4. verſicul. ſtat ergo. ff. de nou. oper. nuntiat. latè Corſet. ſing. in verbo, habeatur, & Bald. in Rubrica capit. ſi quis teſtament. prohib. columna, 11. verſiculo, porro, vbi dicit, quòd vbi ſecunda interuenit conſideratio, ibi eſſe præſumitur plena deliberatio. & ſequitur Felyn. in capit. nonnulli, in principio. columna 15. in ſexta fallentia, de reſcriptio. vbi multa ſimilia adducit, & Deci. conſilio, 185. in cauſſa iſtorum, columna fina. in principio dicit, quòd in actu geminato error nõn præſumitur, & in conſilio, 181. ſatis nota. colum. 3. verſicul. ſecundum eſt, & ideò ſi verba ita prægnãtia vſumfructum integrum ſtantibus liberis importare nõ videntur, ſed ſolùm alimenta, multò minus verba ſimpliciter prolata, quia verba geminata, & prægnantia debent ampliare effectum, vt aliquid plus, & non minus operentur, ſecundum Bald. in leg. fructus. C. de actio. empt. & Iaſ. in l. 1. num. 21. ff. de leg. 1. & Crauet. d. conſi. 201. d. numer. 42. & ſequ. & hoc in propoſito videtur ſentire, Roland. à Valle in conſi. 74. numer. 25. & ſequ. verſicu. ſupereſt, vt adductis. volum. 2. vbi concludit, mulierem vſufructuariã debere de manu hæredis capere alimenta, ſi autem eſt relicta domina, & vſufructuaria, poteſt propria authoritate capere alimenta, vel vſumfructum, & dicit Pic. in d. leg. Titia. d. §. fin. ff. de leg. 2. numer. 137. aſſerere hoc eſſe veriſ-
39 ſimum, & Capel. Tholoſa. deciſ. 462. quid operẽtur iſta verba in fine, & quia idem eſt, dicere, relinquo dominã, & maſſariã, vel dicere, relinquo vſufructuariã, aut relinquo gubernatricẽ, & adminiſtratricẽ bonorũ meorũ, qa his omnibus caſibus intelligũtur relicta alimẽta vxori, ſi ſunt liberi inſtituti, ſi autẽ ſunt extranei, tunc magis dubiũ eſt: nam ſi nõ fuerit vxor etiam vſufructuaria relicta, teneo, quòd totũ vſumfructum non debeat habere, ſed alimẽta ſolùm, quia illa verba, iudicio meo, non important integrum vſumfructũ, licet Capella. Tholoſ. dict. deciſ. 462. & pract. Pap. for. lib. quo vxor agit ad dot. in gloſſ. donec. num. 5. verſ. poſtremò quæritur. char. mihi, 242. & Deci. conſ. 476. videantur tenere contrarium, & ita latè conſuluit Crauet. conſi. 32. vol. 1. & Pariſ. in conſili. 21. volum. 2. vbi dicit, communem eſſe opinionem, quòd integrum vſumfructum non important illa verba, dominã, maſſariam, gubernatricem, & adminiſtratricem, ſine illo verbo, vſufructuariam, extraneis hæredibus inſtitutis. Tertiò limita, non
40 procedere, quando liberi delinquerent, per quod delictum Fiſcus ſuccederet in locum dictorum filiorum, quia hoc caſu habebit totum vſumfructũ vſufructuarius, ita conſuluit Curti. Seni. in conſi. 14. numer. 1. char. 12. & Rolan. à Valle, conſil. 74. numer. 11. volumi. 2. qui allegat, hoc tenere Ruin. conſili. 26. numero, 3. vol. 5. ex eo, quia iſta bona tranſeunt ad extraneã perſonam, imò videtur dicendum, iſto caſu proprietatem tranſire ad vſufructuarium, tanquam conſolidatam cum vſufructu, adnotata per me infra num. 43. verſic. & ideò feudum, & per Anto. Roma. commu. concluſio. lib. 5. de vſufructu. concluſio 3. numer. 8. charta.
41 592. Quartò limita, ſi filij poſtea moriuntur, quia iſto caſu vxor integrum percipiet vſumfructum, vt per Villalob. in ſuis communi. opinio. in verbo legatum. num. 15. & numer. 16. vbi dicit communem, & pulchrè per Roland. à Valle, conſilio, 74. numer. 10. & ſeque. volum. 2. & Petr. Anchar. Regienſ. quæſt. 1. numer. 2. in 2. parte, & hoc ſiue moriuntur poſt mortem teſtatoris, ſiue autem poſt legatum, vt per Alexand. in conſili. 42. viſo proceſſu. volum. 2. Tyraquel. in l. ſi vnquam. numer. 163. in verbo. ſuſceperit. C. de reuoc. donatio. & latè per Pariſ. in conſ. 21. nu. 7. & 8. vol. 2. Ant. Roma. com. concluſ. lib. 5. de vſufruct. concluſ. 3. nu. 7. car. 592. Et hoc intelligo, ſi omnes moriuntur, ſecus ſi alter eorum, & hæreditas remaneat penes alios deſcendentes, vel alter eorum ſit hęres, quia tunc ſolùm alimenta conſequentur, cùm extranei non ſint hæredes, ſed deſcendentes, dicta. gloſ. in Authent. hoc locum. C. ſi mul. ſecundo nup. &

faciunt adducta infra in ſequenti limitatione. Et
prædicta de toto vſufructu procedunt, niſi tale le-
gatum eſſet relictum, contemplatione ipſorum fi-
liorum, quia tunc mortuis filijs legatum vſusfru-
ctus dicitur extinctum, & conſolidatũ cum pro-
prietate. Ruin. conſil. 45. & conſilio, 46. volumi. 2.
Dec. conſil. 526. numer. 7. conſil. 601. conſi. 620.
& conſi. 621. Iacob. Nouel. in regula, 64. legatum,
& infra tangam, verſicul. Si vero dixerit teſtator.
Quintò limita, non procedere, quando filius fu-
iſſet pro parte hæres inſtitutus, & pro alia part. ex-
tranea perſona, quia in illa parte, in qua eſt hæres
inſtituta extranea perſona, vxor plenum habebit
vſumfructum, & in alia parte alimenta, vt per Bar-
tol. in dicta l. Titia cum teſtamento. §. final. ff. de
leg. ſecundo, vbi diſtinguendo dicit, quòd exiſtẽ-
tibus filijs mater habebit alimenta, & exiſtenti-
42 bus extraneis, totum vſumfructum, & ſi exiſte-
rent filij, & extranei, pro parte filiorũ habebit ali-
menta, & pro parte extraneorum vſumfructum,
quam diſtinctionem dicit Iaſon in d. l. contra ta-
bulas, numero quinto, & ſeque. ff. de vulg. ſuſtit.
eſſe communiter approbatam, & Roland. à Valle,
d. conſil. 74. numer. 5. & ſeque. volu. 2. & hoc pro-
cedit etiam, ſi eſſet Eccleſia, vel pia cauſſa inſtituta
cum filio, vt conſuluit Deci. conſil. 476. numer. 4.
in 3. par. & Iaſon, in l. ſi fundum. §. ſi pater familias
numer. 7. ff. de leg. primo. & vide Iacob. Nouell.
in regula 245. in verbo, vxor relicta. in 3. fallentia,
qui loquitur in pauperibus Chriſti, & prædicta
procedunt etiam, ſi ſoli extranei eſſent inſtituti
hęredes, vel ſubſtituti dictis filijs, vt per Iaſ. in con.
44. numer. 5. volumin. 1. Benedict. in c. Raynutius
verſic. cætera bona. numer. 20. & ſequen. in prima
par. de teſtam. charta. 265. Franc. Viui. commu.
opinio. in verbo, vxor. char. 317. & Pract. Papi. in
for. lib. quo vxor agit ad dotem, in glo. donec. nu.
8. vbi in ſubſtitutione videtur diſtinguere, an te-
ſtator dixerit ſolùm dominam, & vſufructuariam,
& ſic fecerit vnicum legatum, vel donec, & quouſ-
que, & quamdui caſtè vixerit, & vitam vidualem
ſeruauerit, ſeu durante eius vita, & ſic fecerit an-
nuum legatũ: quia primo caſu etiam mortuis fi-
lijs alimenta ſolùm conſequetur iſta mulier, quia
tunc legatum ſumpſit exordium, & vires in perſo-
na ipſius filij, ideoque eius legati conditio poſtea
non mutatur: ſecundo caſu, mortuis dictis filijs,
vxor totum, & integrum habebit vſumfructum,
quia tunc legatum pro primo anno eſſet purum,
& pro ſequẽtibus conditionale, vt inferius de hoc
annuo legato dicemus, & hoc ſequitur etiam A-
lexan. in d. l. & ſi contra. nume. 7. ff. de vulga. ſub-
ſtit. & vide latè per Iaſ. in d. l. ſi fundum. §. ſi pater
familias. numer. 3. & ſeq. ff. de leg. 1. Alexan. conſi.
29. viſo themate. colum. 1. vol. 4. Deci. conſi. 476.
ſub numer. 3. & ſentit Bar. in d. l. Titia. §. fin. ff. de
leg. 2. in fin. & Rota Bonon. deciſ. 99. num. 1. Rui.
autem in conſ. 44. num. 1. & ſeq. vol. 2. tenet in du-
bio, totum vſumfructũ habere debere vxorem, &
Apoſtill. ad Alex. d. conſ. 29. & retenta prima opi-
nione ipſa, nõ procederet, ſi ſubſtitutus ſuccede-
ret filio ex pupillari, etiam quod legatum vſusfru-
ctus eſſet vnicum, quia pro annis ſequentibus ſu-
meret exordium in eius propria perſona, & ideo
non habebit locum dicta Bulgari conſuetudo. ita
dicit pract. Pap. in dict. gl. donec. ſub num. 8. cir-
ca finem. & Iacobus Nouel. in dict. regul. 245. in
verbo, Vxor, in 1. fallen. vbi dicit communem, &
dicit rationem eſſe, quia per mortem pupilli inſti-
43 tuti, irritatur gradus inſtitutionis, & ſic teſtamen-
tum teſtatoris, & cætera relicta remanent, & alle-
gat Cyn. in Authent. ex cauſſa. C. de lib. præter. &
Roma. conſilio, 516. numer. 11. & 12. nam videtur,
teſtatorem ſenſiſſe etiam de vſufructu bonorum
peruentorum ad pupillum, in quibus inſtituit ſub
ſtitutum, & tunc vti legatum factum in dictis bo-
nis ſine filijs, & deſcendẽtibus, importabit totum
vſumfructum in vnico legato, & ſequitur Ruinus,
in conſilio, 52. numero, 1. volum. 2. in conſilio, 118.
numer. 22. ſequ. volumi. 3. vbi videtur tenere, eti-
am, quòd iſte ſubſtitutus non poteſt detrahere le-
gitimam debitam filio inſtituto, tanquam vſuſ-
fructus conſtitutus in ea, cum pater poſſit etiam
ſubſtituere pupillariter filio ſuo in legitima ex tex.
ſingulari in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam. & le.
ſi fundum per fideicommiſſum. §. ſicuti. ff. de leg.
1. vbi Bald. qui loquitur etiam in codicillis, & Pa-
riſi. conſilio, 96. numero, 30. & ſequen. volumi. 2.
licet Bartol. in dict. l. Titia. §. fina. in fine videatur
tenere, etiam in pupillari alimenta ſolum in vni-
co legato deberi vſufructuario, qui communiter
eſt reprobatus per ſupradicta. Vnde limito, non
procedere in ſubſtitutione pupillari facta à matre
44 filio ſuo, cùm non poſſit pupillariter ſubſtituere,
& ſi ſubſtituit, trahitur ad fideicommiſſum, vt eſt
gloſſa notab. in leg. verbis ciuilibus. ff. de vulga.
ſubſtituti. quam communiter Bart. Bald. & alij ibi
ſequuntur, & de illa facit magnum feſtum Doctiſ-
ſimus, & à me ſummopere dilectus, D. Roderic.
Soarez. in ſua Aurea Repeti. l. quoniam in priori-
bus. limitatio. prima. numero decimotertio, ſe-
quen. verſiculo in ſimili optimè facit, & verſicu.
& per prædicta aliàs conſului. C. de inoffic. teſta-
men. chart. 220. vbi dicit, plæroſque aduocatos e-
um conſulentes vidiſſe errare, & ab hoc errore de-
45 uiaſſe: ergo vti ſubſtitutio fideicommiſſaria cœ-
ptum cum filio legatum perpetuatur in ſubſtitu-
tam, vt ſupra dixi. Sextò limita, non procedere,
quando maritus legaret alicui aliqua prædia, vel
proprietatem certarum rerum, aut omnium bo-
norum, & poſtea relinqueret vxorem dominam,
maſſariam, & vſufructuariam omnium bonorum:
quia in bonis particulariter legatis alteri, habe-
bit medietatem vſusfructus, aliam medietatem
habebit legatarius ilius rei, vt dicit tex. in l. ſi alij.
ff. de vſufruct. legat. & ibi Bartolus, & Doct. Pract.
Papien. in for. lib. quo vxor agit ad dotem. in glo.
donec. ſub numero quinto, chart. 242. Bartol. in
l. multùm intereſt. in fine. & in leg. Sempronio. in
prin. per illum tex. ff. eodem titulo. de vſufruct.
lega. & in conſil. 33. numero, 2. volum. 1. & iſta eſt
communis opinio, ſiue vſufructuarius ſit parti-
cularis, & ſingularis, ſiue vniuerſalis, vt dicit Vil-
lalob. in ſuis commu. opinio. in verbo, vſufructus
vni legatus, numero, 53. & numero, 54. Bart. dict.
conſili. 33. numero, 2. Didac. variar. reſolu. lib. 2.
cap. 2. in ſexta concluſione. numer. 7. chart. 414.
Ruin. conſi. 35. numero, 10. volum. 2. Roma. ſing.
586. in legato, & ibi Addentes. Durant. de arte te-
ſtan. titulo. de legat. cautel. 24. & Iaſo. in l. re con-
iun-

iuncti.nu.69.ſeq.verſ.limita iſtam concluſionem.
ff.de leg.1.Contrarium autem tenuit Bal.in l.quo-
ties.ad ſi.C.Famil.herciſ.Iaſ.in l. cum quæſt. col.2.
C.de leg.Aret.§.1.inſtit. de vſufr. & Catelia. Cota.
in ſuo dictionario,in verbo,fundus.Dec.cõſ.607.
viſo puncto.numer.7.& ibi Appoſtil. ſentit Natta
conſ.297.ſub numer.2.& Petr.Pech.de teſta. con-
iug.lib.5.cap.9.colum.1.qui dicunt,per ſpecialem
prouiſionem fuiſſe derogatum vniuerſali legato
vſusfructus omnium bonorum: Tamen iſtorum
opinio eſt contra communem, & non eſt in praxi
tenenda,vt dicit Didac.d.cap.2.d.nume. 7. Pariſi.
conſilio 97. numero 13. & numero 30. & ſequent.
volum.2.&communem eſſe tenendam,&ſequen-
dam,dicit Rolan.à Valle,in conſ.8.num. 31. & ſeq.
volu.2.poſſet tamen ſaluari illorum opinio,quan-
do ambo legatarij cõcurrẽt in legato vſusfructus,
videlicet,quòd vni eſſet legatus vſusfructus alicu-
ius fundi, & vxori vſumfructum omnium bono-
rum,vt dicit Ruin.conſ.190.nu.10. & ſentit in cõſ.
40.num.2.& num.8.volu.2.Dec. conſ. 590. teſta-
46 tor.ſub num.8.verſ.in ſecundo dubio.Pariſ.conſi.
97.num.15.volum.5.& Didac.d.c.2.ſub num.7.Et
ſi vſusfructus ſit particularis rei,& non poſsit vſu-
fructuarius vti,&frui propter ius itineris,&viæ al-
teri prædio contiguo, relictum debet hæres redi-
mere à legatario,& facere quod vſufructuarius ha
beat iter.Paulus de Caſtro,in leg. ſeruum filij. §. ſi
duos fundos.num primo, ſecundo.ff. de legat. 1.

Septimò limita,non procedere Bulgari con-
47 ſuetudinem,quando in aliquibus bonis particu-
laribus eſſet vſufructuaria relicta,& non in omni-
bus bonis,quia etiã quòd vſusfructus illorum bo-
norum excederet alimenta, nihilominus integrũ
habebit vſumfructum.Bart.in l.Titia. §. Titia. co-
lum. 2. verſicul. ſecundò aduerte. ff. de legat. 2. &
ibi Doctor.communiter. & idem Bartol. in Auth.
48 hoc locum. columna quarta, verſicul. Ad ſecun-
dum.C.ſi mul.ſecund.nupſe.& Pariſi.conſilio 97.
num.15.volu.2.qui alios allegat. Sed dubium po-
teſt oriri,ſi teſtator reliquiſſet vſumfructum fun-
di Semproniani,ſeu Corneliani,an vſufructuarius
vtrumque habere debeat vſumfructum illorum
prædiorum,vel alterum tantùm.text. in le. ſi quis
ita legauerit.ff.de auro,& argen. leg. demonſtrat,
dictionem,ſeu,importare coniunctionem ſenſus,
& haberi loco copulæ, vbi etiam notat Bart. vnde
vtrumque legatum vſusfructus habere debere v-
ſufructuarium dicendum eſt, vt eſt gloſſ. notab.in
c.ego Ludouicus.53.diſtinctio.&communem eſſe
opinionem atteſtatur Doctus Beneuent. Strach.
tractat.de adiecto.in 4. part. in prima quæſtione.
numero 4.& ſeq.verſicu.dictio nanque,ſeu.chart.
246.ex his quæ Butrig. ab Imol. Card. & Fel.ſcri-
pſerunt in capit.inter cæteras.de reſcript. vbi etiã
Dec.qui ſub numero 9.dicit, quid ſi teſtator vſus
eſſet particula, vel, ſiue, aut, nam tunc vtrumque
non includeretur,& habetur per Nicol. Auerard.
in ſua centuria loco.49. à natura alternatiuorum,
quod mihi videtur mirum in modum durum, &
contra expreſſam voluntatem teſtatoris, quoad
vulgarizandum dictas dictiones, nam ſub eadem
formâ vulgari ſermone à Notario proferuntur.
Dicendo item concede à Madonna Eliſabetta di
meſſer Camillo Incontri Volterrana ſua dilettiſ-
ſima moglie l' vſufrutto del podere del piano, o
vero di Cotto, & quod iſta verba ſi Notarius pro-
ferat,& ſcribat,item iure legati reliquit vſumfru-
ctum prædij de plano,ſeu de cutto, importare ha-
beant vſumfructum amborum prædiorum, con-
uertendo dictionem, ſeu, in &,nunquam in men-
tem mihi cadere poteſt, quia fieret interpretatio
de directo contra mentẽ teſtatoris, quod fieri nõ
debet,imò debent verba impropriari, vt reducã-
tur ad voluntatẽ teſtatoris,quæ eſt regina, & præ-
dominatur.l.ex facto proponebatur.ff. de hæred.
inſtitut.l.proculus.ff. de vſufru. & Crauet. in Ru-
bric.de legat.1.num. 164. & ideò ſi poſſet probari
per proprietarium, Notarium vulgarizaſſe illam
dictionem,ſeu,pro loquutione, vero, indubitan-
ter eſſet tenendum,alterum tantum vſumfructum
conſequi debere vſufructuariam, quia plus vale-
re deberet,quod verè agitur, quàm quod ſimula-
tè concipitur, vt in Rubric.& in l. prima. C. plus
val.& in l.fin.ff.de probatio. & ignorantia Nota-
rij non debet nocere partibus.Bal. in leg. iam hoc
iure.§.fin.ff.de vulg.ſubſtit.not. Doct. in Authen.
nouiſsima.vbi Iaſ.verſicul.quod ſi Notarius.C.de
inoffi.teſtam.quod eſt multum cordi tenendum.
Et habent locum prædicta,etiam ſi legatum ſit fa-
ctum per dictionem,ſiue,vt dicit idem Beneuent.
Strach.dict.tractat.de adiecto.quæſt.2.nume. 1. &
49 2.char.248. Octauò limita, quando mulier fuiſſet
relicta vſufructuaria pleno iure, vel plenariè, aut
domina,& maſſaria cum pleno vſufructu, vel cum
plena,& libera adminiſtratione, quia tunc etiam
filijs ſtantibus mater habebit totum, & integrum
vſumfructum, deducta ſolum legitima in proprie
tate,& in vſufructu filiorum.Nam dicta verba,ne-
dum vſumfructum, ſed etiam proprietatem im-
portant,vt de verbo,pleno iure,& plenariè, notat
Ferrat. cautel. 32. Quotidie conficiuntur teſta-
menta.Crot.in l.qui Romę.§.duo fratres. numer.
37.ff.de verbo.obligat.& Dec.conſil.498.numer.
8.& 9.vbi dicit, quòd dicta verba intelliguntur ſi-
ne diminutione. &Franc. Marc.deciſio. 387.nu-
mero 1.in 2.part. dicit, quòd omnia comprehen-
dit,& non indiget adiectione,& quòd ille, qui ha-
bet plenam poteſtatem, nullum habet ſupra ſe. A-
lex.conſ.62.viſis his,quæ copioſè.nu.5.vol.6. & in
propoſito loquitur Pariſ.conſ.94.num.37. & ſeq.
conſ.21.volu. 2. & faciunt quæ dicam infra. verſ.&
quamuis iſta vxor.& per Dura. de arte teſtan. titu.
de legat.cautel.24.nu.2.

Nonò limita, quando teſtator dixiſſet, quòd
50 reliquit liberè vſumfructum omnium bonorum:
Nam propter verbum,liberè, dicitur, teſtatorem
legaſſe totum vſumfructum, per tradita per Bal-
dum,in Authe.hoc vſus. C. de ſacroſanct.Eccleſi.
vbi dicit,quòd verba,liberè,& pleno iure,impor-
tant idem,quod ſine aliqua diminutione.& ſequi-
tur Roland.à Valle, de luc.dot.quæſtio.57. nume-
ro 20.Durant.de arte teſtan.titulo de legat.caute.
24.numero ſecundo.Pariſi. dict. conſilio 94. nu-
mero 37.volum.2.& ſentit Iacob. Machel. patroc.
6.ſub numero decimo, & ſequent. charta. 39. &
51 vide quæ ſupra dixi. numero vndecimo. Decimò
limita, quando fuiſſent alimenta relicta mulieri,
& poſtea in teſtamento, vel codicillis fuiſſet vxor
relicta domina,&vſufructuaria omniũ bonorum,

quia tūc totum vſumfructum intelligitur relictū,
vt conſuluit Alexand.conſ.56. perlectis verbis te-
ſtamen.vol.3.Paul.de Caſt.in conſ.218. quod vxor
dicti Piſtorij.volum.1.Doct.in l.1.ff.de vſufru. Ad-
dentes ad Franc.Crem. in ſing. 8. quid ſi maritus.
in 1.limitatione, Rota Bonon.deciſ.98. ſub nume.
1.Iacob.Nouel.in regul.244. in verbo, vxor. Ant.
Gabriel.Roma.in ſuis commun.concluſio.libr.5.
de vſufructu, concluſio.2.num.41. & nume. 42. &
Craue.conſ.32.ſub num.2.volum.1.&hæc alimen-
ta confunduntur cum vſufructu,vti vniformia,ſe-
cus ſi difformia eſſent,& vnum legatum non inclu
deretur in alio, quia ambo deberentur, & non ſo-
lus vſusfructus,vel alimenta, vt conſuluit Crauet.
dicto conſil.32.& in conſ.167. volum. 1. & faciunt
notata per Ruin.conſ.64.volum.2.& Franc. Mar.
deciſi.819.in prima part. Ideò, ſi bona particula-
ria legaſſet maritus vxori ſimpliciter vltimo loco
in teſtamento, vel codicillis, poſt vſumfructum,
vel etiam ante in eodem teſtamento, tunc omnia
legata conſequetur vſufructuaria,& poſtea vſum-
fructum, deductis dictis legatis, legitima, dotib.
& bonis paraphernalibus,& extra dotem,vt con-
ſuluit Bartol.in conſilio 216.Addolandus,volum.
primo,Cornel.conſilio 308.colum.2.& 3. volum.
4.Pariſi.conſilio 45.numero 1.volum.3.conſil.95.
nu.59.volum 2.Soc.Iun.conſi.64. volum. 2. Fran.
Marc.dict.deciſio.819. An dicta relicta. in prima
part.Benedict. in cap. Raynutius. verſicul. cætera
bona.nume.23.de teſtament. Imò plus dicit Ro-
man.ſingu.249.lego Titio fundum. Quòd ſi te-
ſtator legauerit Titio fundum, & eidem æſtima-
tionem vſusfructus omnium bonorum, quòd æ-
ſtimationem etiam illius fundi habebit Titius,
quod eſt notandum,cui adde text. in leg. ſi planè.
§.ſi eadem. & ibi Doctor. ff. de legat. primo. Et ſi
52 iſta vſufructuaria eſſet perſona, cui competeret
legitima,vt eſt mater,pater,auus,&auia,tunc fru-
ctus computarētur in legitimam. l. filiusfamilias.
ff.ad legem Falcid. Petrus de Rauen. ſingul. 231.
fructus.ſequitur Doctiſsimus Roderic. Soarez. in
repet. l. quoniam in prioribus, ampliatio. 16. nu-
mero quinto.C.de inoffic.teſtament. charta. 198.
licet Socin.Iun.in conſilio 64.volumine ſecundo.
tenuerit contrarium. Et ideò animo compenſan-
di, cum ea dictum vſumfructum relictum, cenſe-
retur iuſta.text.in l.fine.§.prim.ff.de iur. patrona.
l. etiam. §. ſi debita. ff. de bonis quæ lib. Amanel.
de claris Aquis.ſingul. duodecimus caſus eſt. Ro-
deric.Soarez. titulo de las Arras. numero 36. ver-
ſic.item in debitore neceſſario.chart.438. tanquā
debitum neceſſarium,vt per Afflict.deciſ. 44. nu.
9.Doct.in l.ſi cum dotem. §. ſi pater. vbi Alexand.
& Iaſ.ff.ſol.matrimo.& Paul.de Caſtr. conſil. 265.
numero 3.volumin.primo.Bero.quæſtio.9.& dixi
ſupra in capit.7.titul.De dote marito conſtituen-
da.vnde colligitur, quòd legatum vſusfructus o-
mnium bonorum,cenſetur relictum animo com-
penſandi cum legitima, donationibus propter
nuptias,alimentis, veſtibus lugubribus, & deniq;
cum omnibus rebus pertinentibus,ad vſufructu-
ariam ex diſpoſitione legali, municipali, & con-
ſuetudinaria,vt dicit Roderic. Soarez. dict. titulo
de las Arras.verſicul. item in debitore neceſſario.
numero 36.& ſequen.& Franc.Marc.d. deciſ. 819.
in prima part.& Octauian. Pedemon. deciſio. 68.
53 Vndecimò limita,quando teſtator dixiſſet:Relin-
quo vxorem meam dominam & vſufructuariam,
exiſtentibus filijs,quia tunc propter talem nomi-
nationem filiorum, de quibus conſiderationem
habuit, videtur totum vſumfructum legaſſe eius
vxori,& illam prædilexiſſe, ita dicit Bald. in leg. ſi
pater. C. de vſufruct. & ſequitur Gabriel. Saray.
in Appoſtill. ad Franc. Cremo. ſingul.8.in ſecun-
da limitatione, & faciunt adducta per Iul. Clar. §.
donatio. quæſtio. 22. quamuis videatur iſte vſuſ-
fructus durare, vſque ad mortem dictorum filio-
rum,adnotata per Decium, conſilio 601. numero
quinto,& conſilio 620.ſub numero primo,&tan-
gam infra.

Duodecimò limita, quando teſtator reliquiſ-
54 ſet vxorem ſuam vſufructuariam, vnà cum filijs
ſuis,quia pro ſua parte intelligeretur vſufructua-
ria, & ſic medietatem vſusfructus conſequetur.
Alexan.conſ.56.perlectis verbis.num.2. volum.3.
Dec.in conſ.454.Iuridicas.nu.3.& 4. Natta conſi.
297.ex teſtamēto. Et hoc videtur intelligendum,
ſi vſusfructus ſit relictus filijs non inſtitutis hære-
dibus,quia tūc vti diuiduus quilibet habebit me-
dietatem,videlicet,vxor pro vna parte, & omnes
alij filij,licèt plures,pro aliqua parte, & ſic in ſtir-
pes,& non in capita.vbi dicit Alex.d.conſi.56.ſub
numero 2.verſicul. & dictæ omnes filiæ. volum. 3.
& Bartol.in l.Sempronio.in princ.ff.de vſufru.ac-
creſcen.Natta d.conſ.297.num.1.& num. 6. ſecus
ſi hæredes eſſent inſtituti collegatarij, quia vide-
retur partem vſusfructus relicti hæredi per viam
legati augeri debere vſufructuariæ per ius accreſ-
cendi,vti legatum nullum à principio ex parte hę-
redis,per tex.in l.planè.§.ſi duob.& l.legatū.§.1.ff.
de leg.1.nam quando legatur corpus hæreditariū
vxori & hæredi,hæres ad illud non admittitur iu-
re hæreditario,quia teſtator ſpecialiter legauit. &
ſic illud legatum ab vniuerſitate exemit, nec po-
teſt venire vt legatarius, quia ſibi non poteſt lega-
ri à ſeipſo, & dominium recta via tranſit in lega-
tariam, vnde non poteſt retinere prætextu alicu-
ius iuris, quod habuerit, vel habere ſperetur, in
dict. re legata, meritò nō facit partem.d.§.ſi duo-
bus,& d.leg.legatum. §. primo. ſecus ſi res legata
eſſet hęredis,aut alterius perſonę,vel haberet ius,
aut ſperaretur habere, vel legata eſſet quantitas
ſeparata,aut aliquid hæreditarium in genere,quia
his caſibus hæres faceret partem, & admitteretur
ad partem legati per ius retinendi, & actionis ex
teſtamento,ita pulchrè habetur per Barto. in leg.
huiuſmodi.§.ſi Titio.& ibi Doctor.ff.de lega.pri-
mo.& vide Aretin. §. ſi eadem res. inſtit. de legatis
ſub numero 2. verſicul. ſextus eſt, & quod vſufru-
ctuarius hæres non faciat partē in legato vſusfru-
ctus, & accreſcat vxori collegatariæ in re teſtato-
ris.ita tenet Iaſ.in d.§.ſi Titio.nume. decimoquin-
to.& ſeq.verſ.ſubdit Bar.ex hoc apparere, & con-
ſuluit Ruin.conſ.39.nume.5.& ſeq.verſ.quoad ſe-
cundum.vol.2.quia dicunt,l.ſi alij.ff.de vſufr. leg.
non habere locum in hærede inſtituto, vt etiā di-
cit Pariſ.conſ.79.nu.1.2.& nu.27.& ſeq.conſil.97.
nu.19.& ſeq.vol.2.& in conſ.45.num.4.& ſeq.vol.
3.vbi dicit cōmunem.& in conſi.94. nu. 28.& ſeq.
d. vol. 2. Contrarium autem tacitè tenuerūt con-
ſulendo.

ſulendo.Alex.d.conſ.56.vol.3.Dec.conſi.454.nu.
3.& 4.& expreſſè Bart.in d.l.huiuſmodi.§.ſi Titio.
ſub numero 1.verſicul.ex hoc apparet intellectus,
vbi allegat text.in l.ſi quis Titio.ff.de vſufruct. ac-
creſcen.vbi ſi quis legat Titio,& hæredibus ſuis v-
ſumfructum, Titius habebit dimidiam, & hære-
des partem faciunt, & dicit, quòd intelligit illam
literam,vt iacet de hæredibus ſuis,ſcilicet teſtato-
ris,& quòd faciunt partem, quia apud eos rema-
net ius dominij,& ſic ius vſusfructus cauſalis,me-
ritò per retentionem poſſunt cõſulere ſibi iſti hæ-
redes,quę eſt ſubtilis ratio propter illud directum
dominium, radicatum in pectore hæredis pro-
prietarij,licèt Alexand. ibi numero 3. dicat, quòd
quando legatur vſusfructus rei hæreditariæ,tran-
ſit ipſo iure vſusfructus in legatarium, & ideò hæ-
res hoc caſu,quoad vſumfructum non videtur ha-
bere magis ius retentionis, quàm quando ſibi,&
alteri legatur aliqua ſpecies hæreditaria, quoad
plenam proprietatem, & dicit hoc etiam tenere
Imol.ibi,& videndum eſſe ſubtilem,& ſingularem
intellectum.d.l.ſi Titio.ff. de vſufructu accreſcen.
traditum à Bald. in l. vnica. §. vbi autem. C.de ca-
duc.tol.colum.1.& minor,quòd ita ſicco pede, A-
lex.Dec.& Natta inſuper in ſupraſcriptis conſilijs
conſuluerint,& ita etiam pertranſit Duran. de ar-
te teſtan.titu.De hæred.inſtit.cautel.4.ſi teſtator,
& de legatis.caute.24.num.4.& pro ſingulari tra-
dit Roman.ſingul.740. text. in leg. vide quod di-
xi infr.numero 63.verſi. aduertendum tamen eſt.
55 Decimotertiò limita,quando fuiſſet dictum, do-
minam,& vſufructuariam in omnibus,& per om-
nia reliquit, & eſſe voluit, quia propter illa verba
intelligitur totum vſumfructum fuiſſe legatum,&
idem ſi fuiſſet dictum ſolum,per omnia, per eaquę
tradit Iaſ.in l.1.numero 20. ff. de legat. 1. vbi dicit,
quòd actiuè,&paſſiuè omnia comprehenduntur,
& quòd rarò in iure reperitur talis modus loquē-
di, licèt Notarij ſæpè vtuntur in contractibus di-
ctis verbis,& ſtatuentes in ſtatutis, & faciunt no-
tata per Ruin.conſil.56. verſicu. ex hoc præſertim
puto veriſsimum, volumine 2. vbi dicit, quòd fi-
lius approbando teſtamentum in omnibus,& per
omnia, dicitur approbare omnia in teſtamento
contenta,perinde ac ſi de ſingulis in eo contentis
facta fuiſſet ſpecialis,& expreſſa mentio,quia nul-
lo modo reſtringuntur dicta verba,ſed vniuerſali-
ter operantur,per latè adducta per Alexa.in l. 1. ff.
de legat.1. & per huiuſcemodi verba comprehen-
duntur ea, quæ aliàs non comprehenderentur, vt
per Rol.à Valle,conſi.60.numer.18.volum.1.quia
ſufficit conſtare de mente teſtatoris per coniectu-
ras,quòd totus debeatur vſusfructus. Adhoc con-
ſuetudo Bulgari non habeat locum: nam illa con-
ſuetudo, quæ reſtringit legatum vſusfructus om-
nium bonorum in alimentis, eſt fundata in con-
iecturata voluntate teſtatoris,qui non videtur vo-
luiſſe in tantum filijs præiudicare,vt nota. Salicet.
in d.Authen.hoc locum,in fin.&ibi gloſſ.& Doct.
C.ſi mul.ſecund.nupſ.& ideò ſi aliter appareat, de
voluntate ipſius teſtatoris illa attenditur. Ita dicit
Dec.conſilio 476.concluſionem ſuperius,ſub nu-
mero tertio,verſic.quia illa concluſio,& Pariſ.cõ-
ſil.97.numer.20.& ſequent.& in conſilio 94.nu-
56 num.39.volum 2. Decimoquartò limita,quando
legatum fuiſſet factum omnium bonorum cum
hoc,quòd vſufructuaria non teneatur aliquã red-
dere adminiſtrationem, ſeu non poſsit moleſtari,
aut inquietari in dicto vſufructu ab eius hæredi-
bus, quia tunc totum, & integrum vſumfructum
habebit mulier,quia illa verba,non poſsit in dicto
vſufructu,ſeu in aliquo moleſtari, ſunt generalia,
& vt verificentur,neceſſe eſt,quòd in omnibus ve-
rificentur, & ſic conſequenter, quòd in minimo
non moleſtetur,quod non poſſet eſſe, ſi moleſta-
retur in vſufructu, vel in aliqua parte ipſius. l. ſi is
qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dubi. & ita con-
ſuluit Pariſ.conſilio 94.numero 37.& ſequen. cõ-
ſilio 97.numer.27.volumin.2.&ſequitur Petr.Be-
nintend.in Rota Bononi.deciſ.98.num.1.& ſentit
Dec.conſ.607.viſo puncto.n.4.& illa verba,quòd
non teneatur reddere aliquam adminiſtrationem
de dicto vſufructu, videntur importare totum v-
ſumfructũ,ex coniecturata mente teſtatoris, aliàs
non verificarentur eius verba,ſi ſolum alimenta ei
deberentur, quia de alimentis non eſt reddenda
ratio,cùm ad victum,& veſtitum ſpectant, & per-
tinent,& in iſto vſufructu,an ſint alimenta relicta,
ſeu totum vſumfructum, colligitur ex mente te-
ſtatoris,etiam quòd ſit coniecturata. Corn. conſi.
3.colum.4.volum.2.Soc.conſ.1.conſ.2. & conſi.3.
volu.4.& Dec.conſ.15. & vbi conſtat de mente te-
ſtatoris, ceſſat, vt dixi, conſuetudo Bulgari circa
alimenta,vt per Crauet.conſil. 32. volum. 1. & Pa-
riſ.conſi.94.num.37.& ſeq.volum.2. vbi dicit cõ-
munem,quia vbi conſtat de mente teſtatoris, non
curamus de proprietate verborum.l. proculus.ff.
de vſufruct.& Crauet. in Rubric. de leg.1. nu.164.
& hoc quando teſtator procedit ad diſpoſitionē,
vt per Doctiſsimum Roderi.Soarez.in ſua allegat.
2.numero 3.& 2.& numero 13.verſicul. non obſtat
argumentum. chart. mihi 36. & faciunt adducta
per Rotam Bonon.deciſi.98.num.1.& ſequ. Pariſ.
conſ.42.num.5.& ſeq.& conſ.44.num.25. volum.
2.Quamuis circa illa verba, moleſtari,&inquieta-
ri, poſſet obijci, intelligi debere de moleſtia, &
inquietatione facti, & non iuris,& cum de iure
ex conſuetudine Bulgari tale legatum vſusfru-
ctus importet alimenta tantùm ſtantibus libe-
ris.d.gl.in d.Auth.hoc locum. C. ſi muli. ſecundò
nupſ.dicendum videretur, non per hoc moleſtari
& inquietari,iux. doctrinam Bal.in l.1.C. de vſufr.
57 vbi dixit: Quòd ſi teſtator priuauit hæredem,ſi
moleſtauerit vxorem in vſufructu, nihilominus
poterit petere cautionem ab ea de vtendo, & fru-
endo vſufructu,arbitrio boni viri, quia intelligi-
tur de moleſtia facti,& non iuris. Rui.conſ.47.nu.
7.& conſ.48.vol.2.& Rol.à Valle,conſ.92.num.9.
volum.1.Dec.conſ.607.viſo punct.ſub nume. 1.&
plura congerit ad propoſitum Corſet.in ſingu. in
verbo,moleſtia.Dec.conſil.613.num.1. conſil.581.
& Franc.Marc.deciſi.846.in prima par. Tyraq. de
retract.§.35.gloſ.4.num.4. Tamen iſta verba non
obſtant in caſu iſto,qui tractatur de interpretati-
one voluntatis teſtatoris,& cũ ex coniecturis ap-
paret,ſenſiſſe de toto vſufructu,tunc ceſſat Bulga-
ri conſuetudo: At in caſu iſto per illa verba, reli-
quit vſufructuariam, cum hoc, quod non poſ-
ſit ab hæredibus in vſufructu moleſtari, vel in-
quietari, magis apparet de voluntate teſtatoris,
quod

quòd voluit totum vſumfructũ relinquere,& non
alimenta. Ergo Bulgari conſuetudo, quæ à conie-
cturata mente teſtatoris proficiſcitur, ceſſare vi-
detur,quia vna coniectura aliam elidit, & maior
vincit minorem.l.diu.ff.de in integ.reſtit.Hyppo.
Pract.crimin.§.diligenter.num.192.& ſequ. verſi.
ſecunda ratio eſt.& cum voluntas teſtatoris ſit ma
gis prægnans in iſto caſu, quàm illa conſiderata à
gloſſ.in d.Authen.hoc locum.æquum eſt, plus a-
liquid operari debere,ad tradita per Baldum. in l.
58 fructus.C.de actio.empt. Decimoquintò limita,
quando inſtituti eſſent fratres, ſorores, concubi-
na,&tranſuerſales extranei,quia iſto caſu non ha-
bebit locum dicta Bulgari conſuetudo,ſed totum
vſumfructum percipiet vxor vſufructuaria, vt cõ-
ſuluit Alexand. in conſilio 57. ponderatis verbis
volum.tertio.conſilio 28.viſo themate. volum. 4.
Ruin.conſil.35.volum.2.Gabriel.Saray. in Appo-
ſtilla ad Franc. Crem. in ſingul. 8. & dixi ſupra in
quinta limitatione,& Rolan.à Valle,conſ. 74. nu.
7.volum. 2. vbi dicit, eſſe idem in aſcendentibus,
de quibus dixi ſupra num.18. Ant.Roma.lib. 5. de
59 vſufruct.concluſ.3. chart. 591. Decimoſextò limi-
ta,ſi ſuperuixiſſet filia donata excluſa à ſtatuto ꝓ-
pter agnatos,& fuiſſet hæres inſtituta, quia repu-
tatur extranea,& dicitur ſuccedere ex teſtamento
vti extranea perſona, quo caſu ſuccedunt ea, quæ
in proxima præcedenti limitatione declaraui, &
loquitur Bened.Capra. in conſil. 72. relatum per
Gabriel.Saray.in d. Appoſtilla ad Franc.Cremon.
d.ſing.8.circa finem ſentit Ruin. conſil.52. nume.
11.& numero 12.volum.2.Nam videmus,quòd iſta
filia excluſa à ſtatuto, quoad agnatos vocatos ab
inteſtato,habetur pro extranea, nec facit partem
in legitima,etiam quòd eſſet hæres in teſtamento,
ſecundum magis communem opinionem, vt per
Socin.in conſilio 278.colum.12.verſicu.circa ter-
tiam quæſtionem.volumin.2. niſi ad commodum
dictorum agnatorum,& maſculorum. Pariſ.conſ.
36.num.27.& ſequ.conſilio 25.numero 40.conſi.
54.num.14.& ſeq.volum.2.Bal.in l.1.in princ.in 8.
quæſt.C.de inoffic.teſtam. & in l. maximum vitiũ,
in vltima quæſtio.C.de liber.præteri.Franc.Curt.
in conſ.35.ſtatuto.colum.fina. & latè per Tyraqu.
de primogenit. in quæſtio.56. Mihi autem magis
placet, iſto caſu vxorem vſufructuariam alimenta
tantùm conſequi debere, & non totum vſumfru-
ctum,cum iſta filia teſtatoris ſit inſtituta hæres v-
niuerſalis,quo caſu apparet,illam multum prædi-
lexiſſe teſtatorem,&ſic vt filiam dilectam,&etiam
à ſtatuto iſto caſu vocatam: & non excluſam fuiſ-
ſe,& non amiſiſſe iura ſuitatis ex teſtamento,& ob
id ratio,&coniectura Bulgari liberis inſtitutis mi-
litat,tàm in filijs excluſis à ſtatuto, & vocatis à pa-
tre,ſicut ſi à ſtatuto non excluderentur,quia con-
ſiderat ſolùm,ſi liberi inſtituuntur, vt notat gloſſ.
& Doctor.in dict.Authen. hoc locum. C. ſi ſecun.
nupſe. mulier. & ita remanet ſua, ſi eſt inſtituta,
prout reperitur ab inteſtato, ſtatuto eam non ex-
cludente: nam ſtatutum excludens filias ab inte-
ſtato,& contra teſtamentum, videtur illas vocare
ex teſtamento, & iura ſuitatis tali caſu remittere,
ita pulchrè conſuluit Alexand.conſi.131.tranſmiſ-
ſum eſt. volumin. 1. & Tyraquel. in l.ſi vnquam.in
verbo,ſuſceperit liberos.nume.123.& ſeque.C.de
reuoc.don.ex quibus datur reſponſio ad obiecta,
quòd procedunt ab inteſtato,& contra teſtamen-
tum,& non ex teſtamento, & in his, quæ ab inte-
ſtato deferuntur,vt eſt ſucceſsio,& legitima, & nõ
in his quæ conſiderari debent ex inſtitutione, vt
eſt in conſuetudine Bulgari, quod eſt mente tenẽ-
dum,quia poteſt dici, hæc eſt filia mea dilecta, in
qua mihi benè complacui,ipſam audite, & ſentit
Brun.de ſtat.exclud.fœmi.arti.9.quæ.9. char. 69.
60 Decimoſeptimò limita,quando iſta vxor eſſet hæ-
res inſtituta in vſufructu omnium bonorum, &
poſt eius mortem alius hæres inſtitutus vniuerſa-
lis, quia tunc integrum vſumfructum habebit v-
ſufructuaria, vt per Durant. de arte teſtand.titulo
61 de legatis.cautela 39. numero 2. Decimooctauò
limita,ſi fuiſſet dictum ita, quòd non importat a-
limenta tantum,ſed totum,& integrum vſumfru-
ctum,vt loquitur Rolan.à Valle,tract.de lucr.dot.
quæſt.39.nume.17.& ſequitur Corſet.ſing.in ver-
bo,integrè. Dec.conſ.454.num.2.Durant.de arte
teſtan.tit.de ſubſtit.cautel.31.num. 3. Quia apertè
conſtat de voluntate teſtatoris, quæ pro lege eſt
ſeruanda, & facit ceſſare Bulgari conſuetudinem,
& interpretationem, ac vſumfructum legati rei
particularis,vt per Pariſ.conſ.49.numer. 44. & in
conſi.67.num.6.vol.2.& Crauet.conſ.32.vol. 1. &
in vltimis voluntatibus totum facit voluntas te-
ſtatoris.l.ex facto proponebatur. ff. de hæred. in-
ſtit.ſentit Corn.conſ.3.col.pen.vol.2.& Dec. cõſ.
16. numero 2.

62 Hinc eſt, quòd ſi teſtator iuſſerit vxorem cõ-
ſequi debere totum, & integrũ vſumfructum, ꝙ
percipiet illum ex bonis, etiam perſonis particu-
laribus relictis, & ipſi legatarij nudam ſolùm ha-
bebunt proprietatem,ſtante vxore vſufructuaria,
& non habebit locum diſpoſitio l. ſi alij. ff.de vſu-
fruct.vt dicit gloſſ.communiter approbata, & ibi
Bartol. & Doctor.Socin.conſil.1.conſil.2. conſi.3.
volum.4.Pariſi.d.conſ.94.num. 45. & in conſ.97.
num.21.volum.2.quod eſt digito legandum, quia
adhoc vſufructuarij non animaduertũt,quod po-
teſt corrobari ex tradit.per Anto. Roma. lib. 4.ad
Trebellianum,concluſ.5.& 6. Quod ſecus eſſet, ſi
ſimpliciter vxorem relinqueret dominam, & vſu-
fructuariam omnium bonorum, quia tunc lega-
tarius fundi concurreret in vſufructu cum mulie-
re.d.l.ſi alij, & dixi ſupra, in ſexta limitatione. A-
lias limitationes, & ampliationes videre poteris,
per Ant.Rom.commun.concluſ.lib.5.de vſufruc.
concluſio.1.2.&3.

63 Aduertendum tamen eſt, quòd licèt vſufru-
ctuaria habere debeat totum vſumfructum ſtan-
tibus filijs,vel extraneis inſtitutis, ſi teſtator inſti-
tuerit eius hæredem vniuerſalem in omnibus ſuis
bonis,cum vſufructu, vel pleno iure, tunc com-
muniter tradunt Doctores, quòd hæres concur-
ret in vſufructu cum vſufructuaria, & ſic ipſa ha-
bebit medietatem vſusfructus,&aliam medietatẽ
omnes alij hæredes inſtituti pleno iure, quia illa
verba important, nedum plenam proprietatem,
ſed etiam vſumfructum, & tunc tanquam re con-
iuncti venient ad vſumfructum,cum vxore. tex.in
l.ſi quis Titio.ff.de vſufruct. accreſcen. & Doct. in
l.re coniuncti, vbi Iaſ.nume. 146. verſic. vltimo, in
quantum Bartolus.ff.de lega. tertio. qui declarat,
quo-

quomodo altero hęrede decedéte, ius accreſcendi habebit locum inter mulierem, & cohæredes, & in propoſito conſuluit Alexan. conſil. 56. perlectis verbis. volu. 3. & ſequitur Ferrat. cautel. 32. quotidie, Natta conſil. 297. ſub numer. 2. & Bald. in leg. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. vbi dicit, ad hoc eſſe meliorem textum de iure, & ſuper hoc fuiſſe interrogatum à Papa, & Aret. conſi. 156. diligenter vitijs, colu. 7. verſic. ſed quando ſubſtitutus, Durant. de arte teſtandi, titu. de hæredibus inſtit. cautel. 4. ſi teſtator, vbi ſub numero, 2. dicit, prædicta non procedere, ſi in teſtamento poſt legatum vſusfructus omnium bonorum dixiſſet, in omnibus alijs ſuis bonis, & quia pronomen, alius, alia, aliud, ſui natura refertur ad ea, quæ non ſunt expreſſa. c. ſedes. de reſcript. ſequitur etiam Ferrat. d. cautel. 32. numer. 3. ſed quando in teſtamento eſt dictum, dominam, & vſufructuariam omnium bonorum, tunc omnia ſunt compreheſa, & expreſſa, ergo ad expreſſa dicta verba non poſſunt trahi, vt etiam ſenſit Pariſ. conſil. 45. num. 5. volu. 3. conſi. 94. nume. 40. volu. 2. faciunt ſupra relata in duodecima limitatione, quæ videntur obſtare in legatario hærede, & certè iſta quæſtio eſt laborioſa, & pro amico, & non video vſque adhuc ſolutionem realem, & claram traditam ad tex. l. planè. §. ſi duobus, & le. legatum. §. 1. ff. de leg. 1. qui indiſtinctè loqui videntur de re qualibet teſtatoris legata hæredi & legatario, & ſic tàm de vſufructu, quàm de proprietate, vti corpus hæreditarium teſtatoris, vt dicit Imol. Alexan. & Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de le. 1. qui reprehendunt Bart. & contra Bart. etiam tenet Aret. §. ſi eadem res. ſub numero, 2. inſtit. de lega. verſic. ſextus eſt, vbi dicit, cauſſam fuiſſe reductam ad concordiam propter authoritatem Bartoli, & mihi etiam videtur, Bartoli rationem poſſe impugnari ex eo, quia illud ius proprietatis & ſic dominij directi, non eſt vetuſtius legato facto per teſtatorem, ſed oritur eodem tempore, & contextu cum dicto legato, ergo non admittendum per viam retentionis, vt dicit idem Barto. & Docto. in d. §. ſi duobus, & in dicto §. ſi Titio, & text. in d. l. ſiquis Titio. ff. de vſufructu accreſcend. patitur plures intellectus, vt dicit Iaſ. in d. §. ſi Titio. numero, 15. & ſeq. & in d. l. re coniuncti. num. 146. verſic. vltimo in quantū Bart. & certè indiget concordia ruſticorum, & indubiè credo, quòd in fauorem filiorum iudicaretur ad hoc, vt minus grauaſſe hæredes, quàm fieri poſsit teſtatorem ſenſiſſe præſumatur, adnotata per text. in l. in obſcuris, & ibi Deci. ff. de reg. iur. & per Crauet. conſ. 32. num. 3. lib. 1. & audiui à celeberrimo D. Paulo Vintha, Volaterrano, auditore almæ ciuitatis Senarum, & hodie à ſecretis Sereniſsimi Coſmi Medicis Magni Ducis Etrurię, ita fuiſſe Romæ iudicatum per tex. in d. leg. ſi quis Titio. ff. de vſufru. accreſcen. & ibi Doct. quem refert, diſputat, & ſequitur Anton. Fume. tract. de coniunctio. Rubrica, quibus caſibus habet locum ius accreſcend. in 2. regula. numero, 2. & ſequen. quamuis Alexand. fuit ſibi contrarius, in d. leg. huiuſmodi §. ſi Titio, numer. 3. ff. de leg. 1. & Rui. in conſ. 39. numer. 5. ſequ. volum. 2. quia ipſe Rui. in conſilio, 40. viſo, & benè ponderato, & in conſilio, 35. numer. 9. volum. 2. conſuluit, hæredem inſtitutum in omnibus bonis concurrere cum vſufructuario in vſufructu, etiam ſi non fuerit hæres inſtitutus pleno iure, vel cum vſufructu: nam dicit, quòd illa verba, pleno iure, vel cum vſufructu, inſunt in reſtitutione vniuerſali omnium bonorum, quia tunc vti legatarij omnium bonorum, & ſic proprietatis concurrere habent cum vſufructu, iuxta text. d. l. ſi alij. ff. de vſufructu, quod ſecus eſſet, ſi ipſos inſtituiſſet hæredes in ſua hæreditate, vel bonorum hæreditariorum ſuorū, quia dicit, quòd tunc non dicitur de bonis feciſſe mentionem, nec corpora rerum, & bonorum demonſtraſſe, & ſpecificaſſe, & ideo non facient partem in vſufructu, quamuis hanc differentiam non admittit Crauet. conſili. 213. numer. 6. lib. 2. & etiam non puto vllo modo tenendum, hæredem inſtitutum in omnibus bonis ſimpliciter concurrere debere cū vſufructuario in vſufructu relicto, quia dict. l. ſi alij. ff. de vſufruct. non habet locum in hærede. vt dicit Pariſ. d. conſili. 94. numer. 28. & ſeq. volum. 2. & conſili. 45. numer. 4. & ſequ. volum. 3. ſed ſolum procedit, quando ex expreſſa mente teſtatoris apparet, hæredem inſtituiſſe etiam in vſufructu, vt eſt, quando dixit, inſtituo hęredem vniuerſalem in omnibus bonis cum vſufructu, vel pleno iure, quod idem eſt per ſupra. & tunc conſequitur partem vſusfructus iuxta diſpoſitionem. l. ſi quis Titio. ff. de vſufructu accreſcend.

64 Quod idem erit in duobus collegatarijs vſufructuarijs, qui concurrunt in vſufructu, vt per Bart. in conſili. 33. præſupponitur. numer. 2. volu. 1. Et ſi vnus moritur ante mortem teſtatoris, vel poſt mortem, agnito legato, totus vſusfructus acquiritur alteri collegatario per ius accreſcēdi, vel decreſcendi, ſi alter non agnoſcit legatum tanquā coniuncti, vt dixi re, & verbis, vt per Doct. in dict. l. re coniuncti. ff. de l. 3. Aret. §. finitur, ſub numer. 5. inſtit. de vſufructu. & hoc, ſiue vnus ſit ſpecialiter conſtitutus vſufructuarius in re particulari, & alter vniuerſaliter in omnibus bonis, cum ſint cōiuncti re, ſi non verbis, vt per Deci. conſil. 590. teſtator. numer. 8. verſicul. in ſecundo dubio, & Alciat. de pręſumptio. regula prima pręſumptio. 43. numer. 2. vbi dicit, quòd ſi eſt legatus vſusfructus ſeni, & iuueni, quòd debet fieri computatio de toto vſufructu ſecundum ætatem illius iuuenis, ex quo præſumitur, quòd ſenex citius moriatur, quo caſu vſusfructus iure accreſcendi pertinebit ad illum iuuenem, per tex. in leg. 1. §. interdum. ff. de vſufructu. accreſcen. quod dicit eſſe notandum. Et idē erit, ſi vſusfructus finiatur aliqua alia de cauſſa, & per tranſitum nuptiarum, iuxta tex. in §. finitur. inſti. de vſufructu, & ita tradit. Ruin. conſilio, 91. numer. 14. & 15. volum. 2. Rationem verò, quare habeat locum ius accreſcendi in vſufructu, tradit Iaſ. in d. l. re coniuncti. numer. 124. & ſeq. nu. 223. & conſuluit Ang. conſili. 154. ruſticus quidā, numer. 2. Moder. Pariſienſ. in leg. corruptionem. numer. 64. verſic. confirmatur. C. de vſufruct. vbi dicunt ſpeciale eſſe in vſufructu acquiſito, quòd habeat locum ius accreſcendi. 65 Quod procedit, etiam ſi collegatarius vſufructuarius repudiauerit, vel renuntiauerit vſumfructum in manibus proprietarij ſpe, aut pretio. Ruin. conſ. 60. nu. 11. & ſeq. vol. 2. qui dicit, hanc quæſtionē tenere etiā

Salic.& Paul.de Caſtr.in l.ambiguitatem. C. de vſufruc. Nam propter talem renuntiationem dicitur repudiare vſumfructum, & velle conſolidari cum proprietate, per tex.in l.fuit quæſtionis.ff.de acquir.hæred.vbi dicitur, quòd ille, qui pretium accepit,vt hæreditatem amitteret, nō dicitur pro hærede gerere,ſed potius repudiare,quod procederet etiam,ſi collegatarius agnouiſſet pro ſua parte legatum, & poſtea repudiaſſet, aut renuntiaſſet ſine,aut pretio, quia per ius accreſcendi, acquiritur alteri collegatario,vt dicit Ruin.d.conſili. 60. numero 13.& ſequen.& in conſil.91.numero 14.&

66 ſequen.volum.2. Quod ſecus eſſet, ſi renuntiaſſet, aut ceſsiſſet vſumfructum dicto proprietario hæredi, alio non dato collegatario, quia tunc valet talis renunciatio,& ceſsio,propter conſolidationem vſusfructus cum proprietate, quod aliàs non valeret,niſi fuiſſet ceſſa, alienata, vel obligata cōmoditas vſusfructus,& non ius,hoc eſt,perceptio fructuum vel ipſi fructus, & non ius, quod habet in vſufructu,per text.in dict. §. finitur. & ibi gloſſ. in verbo,cedendo.& ibi Doctor.& Iaſ. in additio. ad Chriſt.porc.ſub num.4.& §.1.in fi.inſtit.de vſu.& habi; Cornel.conſil.186.col.2.vol.2.Bar.in l.ſi is qui.§.An vſusfructus. ff. de pignori. Tyraquel. de retract.in gloſſ.1.§.26.num.43.& Ioan.Ant.Trigo. in ſuo ſing.50.Pone aliquis Vaſallus.num.6. verſi. Adde quòd voluit, vbi dicit,quòd licet Barto.in d. §. an vſufructuarius, dicat, quòd commoditas vſusfructus poteſt vendi,ac obligari per vſufructuarium,tamen eſt intelligendum, quando vſufructuarius actione perſonali obligaret ſe ad illos fructus, & commoditates vſusfructus, nam tunc obligatio eſſet valida,ſecus autem, ſi prædictis fructibus,& commoditatibus vſufructuarius conſtitueret vſumfructum in re, & bonis datis ad vſufructuandum,per notata per Bartolum,in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legat.ſecund.vbi vult, quòd prohibitus vendere, vel obligare, poteſt tamen fructus rei prohibitæ alienare, obligando ſe perſonali actione ad dandos dictos fructus,quia tunc non eſſet alienatio, non autem poſſet ementi vſumfructum conſtituere, quia tunc conſtitueret ius in re,& eſſet quædam alienatio:l.fin. C.de rea liena non alienanda: hæc ille, & ita intelligenda ſunt adducta, per D.Ant. de Fan. de pign. & Hyppol.in 2.part.in 3.memb.nume.9.& ſeq. verſic.ſecundò,ex iſta ampliatione. chart. mihi 41. vbi latè loquitur de obligatione,& hypotheca iſtius commoditatis, facta per vſufructuarium creditori, & per creditorem alijs creditoribus,& ſentit Craue. in conſi.213.num.2.verſ.circa ſecundum.lib.2.vbi dicit, quòd donans omnia eius bona, reſeruato ſibi vſufructu, non poteſt ius vſusfructus trāsferre in creditores,ſed ſolùm commoditatem, & ſic ipſos fructus, & Franc.Marc.deciſ.822.nume.4.in prima part.dicit, quòd ſententia lata pro debito vſufructuarij, poteſt exequi in commoditate illius vſusfructus, & non in iure vſusfructus, aliàs vſufructuarius perderet vſumfructum, & conſolidaretur cum proprietate.d.§.finitur.inſti.de vſufructu,& per Crauet.conſi.187. circa finem.volum.1.

67 & per alia proximè allegata, niſi mulier vſufructuaria eſſet minor, & ſine ſolemnitatibus vſumfructum alienaſſet:quia tunc non amitteret vſumfructum,vti alienatio nulla,& inualida, adnotata per Franc.Crem.ſing.108.& Tyraquel. de retract. §.1. gloſ.2.numero 6. Et hoc de conſolidatione vſusfructus cum proprietate procederet, quando cōſtaret de expreſſa mente vſufructuarij, voluiſſe alienare vſumfructum, ſecus ſi eſſemus in dubio, quia tunc ad hoc,vt actus magis valeat, quàm pereat, præſumendum erit alienaſſe commoditatem vſusfructus,& non vſumfructum, nec ius illius, vt per Crauet.conſilio 52. numero 5. volumin.1.& in conſil.222.ſub nume.8.verſic.ſed magis in terminis,volum.2.& Moder. Pariſienſ. in nouo intellectu.le.ſi vſusfructus.ff. de iur. dot. & per conſtitutum debitoris vſufructuarij transferretur poſſeſſio dictorum fructuum, & commoditatis in emptorem,& creditorem,ſecundum Tyraqu. de iur. conſtit.in 2.par.33.ampl.& Ant.de Fan.d.3. mem. nu.9.& ſeq.in 2.par.princi. Quamuis ſubtilis Ari. Pinel.teneat,vſufructuarium potuiſſe.& poſſe vſq; ad eius vitam alienare eius vſumfructum, in l. 1. in 3.par.nu.37.& ſequ.verſ.poteſt etiam. C.de bonis mater.char.mihi 335.& allegat leges hoc diſponētes,videlicet,l.cui vſusfruct.& l.arborib.§. vſufru. ff.de vſufru.& dicit tex.in §.fin. inſtit. de vſufr. & l. ſi vſufru.ff.de iur.dot.allegatos per Doctores, tenentes,vſufructuarium non poſſe alienare vſumfructum,probare contrarium: Nam tex.in d.§. finitur. dicit: Nam cedendo, extraneo nihil agit,ſi autem extraneo cedat, nō punit vſufructuarium, ſed dicit,actum non valere,& text.in d.l.ſi vſufructuarius,inquit,cedi non poſſe, niſi domino proprietatis,& ſi extraneo cedatur, id eſt, ei, qui proprietatem non habebat, nihil ad eum tranſire,ſed ad dominum proprietatis reuerſurum. Vnde cùm leges ſuperius adductæ expreſsim permittant vſufructuario alienationem ſui vſusfructus,neceſſe eſt,vt dic.lex,ſi vſufructus.intelligatur ſecundum alias,de materia magis ex profeſſo agētes,& quòd dicamus, quòd Iuriſconſultus,in dict. leg. principaliter.oſtendere intendit, ceſsionem à fructuario factam non nocere proprietario, nec impedire,quin vſusfructus ad proprietarium reuertatur, ſed ea reuerſio non erit fienda ſtatim,ſed ſuo tempore,mortuo ſcilicet vſufructuario, vel alijs modis legitimis. Nec nouum eſt, vt verba alicuius legis intelligantur ex alijs, magis ex profeſſo agentibus de materia.Et reſpondet etiam ad allegata in contrarium per Doctores, vide ibi eum. Et licèt ſecundum communem opinionem, vſufructuarius non poſsit alienare vſumfructum ſine conſenſu proprietarij : tamen ſi conceditur marito pro dotibus, valebit conceſsio, dummodo non concedat vſumfructum æſtimatum, vel cum pacto,de dote lucranda, vt dicit D.Baptiſt. de ſancto Blaſio,in tract.de priuileg.dot.nume. 221. & ſequ. An autem vſufructuarius poſsit relinquere alteri in teſtamento vſumfructum prædictum, & quid intelligatur relictum, not.Bar.in l.ſtich.nu.1. ff. de

68 annu. leg. Et licèt hæres inſtitutus in bonis omnibus teſtatoris, pleno iure concurrat pro medietate vſusfructus cum vſufructuaria omnium bonorum,& poſsit intentari iudicium communi diuidundo inter ipſos pro diuiſione vſusfructus: l.e. cōmuni diuidundo.§. cum de vſufruct. ff. cōmuni diuidund. & Rofred. de libel. Rubric. de actioni. com-

commu.diuidun.numer.1. Tamen idem non erit, ſi vſufructuaria fuiſſet omnium bonorum relicta, & poſt eius mortem Sempronius hæres inſtitutus à teſtatore, quia tūc appareret de mēte teſtatoris,
69 Sempronium vſumfructum dictorum bonorum conſequi non debere, niſi poſt mortem vſufructuariæ, licet Sempronius ſit, & dicatur hæres purè, & ſimpliciter inſtitutus, & non ad diem, & ſi ante mortem vſufructuariæ decederet, transmitteret hæreditatem ad eius hæredes, tanquam purè aditam, cum non potuerit ſtare in ſuſpenſo: tempus enim mortis non eſt adiectum inſtitutioni ad infringendum inſtitutionē, vel ne hæres ſtatim mero iure ſuccedat, aut tranſmittat, ſed quo minus legatarius in vſufructu turbari poſsit. Non igitur hæc verba ſuſpendunt, vel in plus limitant inſtitutionem, ſed oſtendunt enixam teſtatoris voluntatem ſuper viribus legati, vt per Bald. Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. filius à patre. ff. de lib. & poſthu. latè conſuluit Pariſ. in conſil. 21. numer. 94. & ſeque. conſi. 97. numer. 1. 2. & ſeq. volum. 2. & in conſil. 61. num. 51. & ſequ. volumi. 3. qui dicunt, eſſe communem, quam ſequuntur etiam Beltrand. in conſ. 314. vol. 3. Guid. Pap. ſingul. 887. idem eſt. Apoſtil. ad Alex. conſil. 162. ſub numero, 3. volumi. 2. Bened. in cap. Raynutius, verſic. reliquit. nume. 7. & ſeq. in prima par. char. 25. de teſtam. Soc. Iun. conſil. 183. nu. 45. volum. 2. Rui. in conſil. 54. numer. 16. & in conſil. 216. numer. 22. volum. 2. & dicunt eſſe communem opinionem, tale legatum valere, licèt multi alij tenuerunt, non valere, propter agnitionem ſiendam per aditionem hæreditatis poſt mortem vſufructuariæ: & prædicta etiam ſequitur Didac. Variar. reſolu. lib. 2. cap. 2. ſub numer. 4. & numer. 5. verſic. cæterum Rogerius, char. mihi, 412. & Pariſ. conſil. 95. num. 43. volum. 2. & Durant. de arte teſtan. tit. de legatis. cautela. 39. vbi dicit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cleric. dicere, ita ſeruari in practica, & latè examinat. Iaſ. in l. extraneam. numer. 5. & ſeq. verſic. vnam non omitto. C. de hæredi. inſtit. vbi dicit, Paul. de Caſtro, in d. l. filius à patre dicere, vidiſſe quæſtionem de facto, & ita iudicatum fuiſſe: Vnde nedum hæres erit vniuerſaliter inſtitutus poſt mortē vſufructuariæ, ſed etiam ſi luxurioſè viueret, vel tranſiret ad ſecundas nuptias, aut media, vel maxima capitis
70 diminutione pateretur. §. finitur. inſtit. de vſufructu. & eſſent appoſita illa verba, legato vſusfructus, Donec, vel, ſi ſteterit vidua, & honeſtè vixerit, vt per Bart. & Doct. in d. Authe. hoc locum. numero, 10. C. ſi ſecund. mul. nups. & Deci. in l. ſi mater, nume. 6. C. de inſtit. vbi dicit, communem eſſe opinionem, quia teſtator non credebat, vxorē nubere, vel viuere luxurioſè, vt per Ioan. Andr. in addit. ad Spec. titu. de ſecun. nup. in Rubrica. Hinc eſt, quòd legatum vſusfructus relictum vxori, donec caſtè, & vidua vixerit, & poſt eius mortem perueniat ad Sempronium, ſi vxor luxurioſè vixerit, aut tranſierit ad ſecundas nuptias, huiuſmodi legatum vſusfructus tranſit ad Sempronium ſtatim, non expectata morte vxoris, & non hęredes teſtatoris, quia etiam ſi de hoc fuiſſet interrogatus teſtator, ita verò ſimiliter dixiſſet, attento, quòd eius intentio fuit, quòd finito vſufructu in perſona vxoris ſtatim Sempronius ſit vſufructuarius, quod ſufficit, quoad Sempronium, & iſta eſt communis opinio, vt dicit Deci. in dicta. leg. ſi mater. numer. ſexto. Fran. Marc. deciſ. 1056. ſuper clauſula ante. num. primo, verſic. iuxta notata in ſimili, & hanc quæſtionem diſputando tenuit Ricard. Malumb. in ſua diſputatione, incipi. quòd in ſuo teſtamento ſic dixit, vt refert Appoſtil. ad Bart. in l. vxor vſumfructum, in verbo, vxori. ff. de vſufructu. le. Alex. conſ. 98. viſa. vol. 4. Villalob. in ſuis commun. opinio. in verbo, legatum. nu. 12. vbi dicit cōmunem: contrarium tenuit Roma. & Franc. Aret. in l. ſi quis hæres ita ſcriptus. ff. de acquir. hæredi. & facit, quia hic legatum eſt factum Sempronio poſt mortem vxoris, & ſic in tempus incertū, & ſic ſub conditione, cùm tempus incertum habetur pro conditione. l. dies incertus. ff. de condi. & demonſtra. ſimiliter eſt adiecta alia conditio, ſi vxor vitā vidualem, & honeſtam ſeruauerit. Ergo cum hic adſit duplex conditio, non debet ſufficere, quòd vna ſit purificata, vt citius admitti debeat, per regulam l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſtitu. ergo non ſufficit, quòd vxor deſierit ſtare in viduitate, niſi etiā copulatiuè ſit impleta alia conditio mortis, & dixit oculatiſsimus Tyraque. in tract. de retract. conuent. ad finem tituli, nu. 171. quæſt. quadrageſima, char. mihi, 351. quòd emptor emit prædium, cum pacto retrouendendi ad tempus, & in ſuo teſtamento reliquit dicto venditori vſumfructum dicti prædij, & poſt eius mortem voluit Sempronium vſumfructum dicti prædij habere debere, & euenit, quòd infra tempus recetandi venditor redemit prædium pro eodem pretio, & quòd Sempronius non potuit agere contra venditorē ad cauendum, iuxta. l. 1. C. de vſufr. ſed quòd potuit poſt mortem venditoris agere contra hæredes teſtatoris, & repetere illud redemptionis pretiū, poſtquam vſusfructus venditoris ſtatim fuerit extinctus per pretij reſtitutionē, & prædij redemptionem, & quod ita conſuluit latè Anto. Rubri. in conſil. 58. ſeries facti, & ſic demonſtrat, quòd debet expectari mors vſufructuarij, & non extinctio illius vſusfructus: & vidi Montipoliciano, dum ibi erā aſſeſſor, pro ſecūda vice, de anno 1568. quoddam teſtamentum cuiuſdam Florianenſis, qui inter cætera reliquerat D. Angel. & eius vxori vſumfructum quarundam petiarum terrarum toto tēpore eius vitæ, caſu, quo vidua ſteterit, & honeſtè vixerit, & ſi ad ſecūda vota tranſire voluerit, quòd habeat ſuas dotes, & nonnullas pecunias, & vadat in pace, & voluit, quòd dictæ petiæ terrarum reuertantur ad Nerum poſt mortem d. D. Angelicæ, cum hoc, quòd poſt d. mortem debeat ſingulo anno facere celebrare vnum officium mortuorum, conuocatis omnibus religioſis Floriani, & euenit, quòd d. D. Angelica ad ſecundas tranſiuit nuptias, & fuit motum iudicium contradictum Nerum, quòd cecidit à proprietate dictarū petiarum terrarum ex eo, quia non conuocauit omnes religioſos Caſt. Floriani, & ipſe obiecit ſe conuocaſſe, & non teneri ad conuocandū, niſi poſt mortem, d. D. Angelicæ, quo tempore eſt obligatus facere celebrare dicta officia, & non ante, & fuit replicatum, ipſum teneri, & eſſe obligatum à die, quod Angelica per tranſiuit ad ſecundas nuptias, & ipſe cœpit habere proprietatē, & vſumfructum

dictorum bonorum, quia per ſecundas nuptias
fuit extinctus vſusfructus vxoris teſtatoris, & ad
ipſum bona deuoluta, cum onere faciendi quoli-
bet anno celebrare officium mortuorum: nam
teſtator putabat, ipſam vxorem non tranſire ad
ſecundas nuptias, & ſemper vſque ad eius mortẽ
vſufructuare debere dictas petias terrarũ, & ideo
poſt mortem illas reliquit ipſi Nero cum illo one-
re, & tamen vertente lite apud Iudices Rotæ Flo-
rentinæ, fuit iudicatum, dicta bona non incidiſſe
in commiſſum, ex eo, quia dictus Nerus non eſt
obligatus ad faciendum celebrare dicta officia,
niſi poſt mortem dictę D. Angelicæ, vt dicunt ver-
ba teſtatoris, quibus tamen non obſtantib. con-
cluſio ſupradicta eſt communis, æqua, & practi-
cabilis, & ab ea non eſſe recedendum in iudican-
do dicit Iaſon, in l. gallus. §. & quid ſi tantum. nu-
mer. 33. & ſeq. verſicu. pone teſtator in teſtamen-
to. ff. de lib. & poſthum. & in d. l. ſi mater. ſub num.
2. verſiculu. facit iſta lex. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub
condi. fact. & ſequitur Tyraquell. in ſuo tractat.
cauſſa ceſſante. in prima part. nume. 79. verſicul.
& huc quoque ſpectat. Quod ſecus eſſet, ſi huiuſ-
modi legatum relictum poſt mortem vſufructua-
riæ eſſet ſimpliciter relictum Sempronio, ſine illa
dictione, ſi, caſu quo, donec, & quamdiu, vel eſſet
71 relictum poſt mortem hæredis inſtituti, quia tũc
mortuo Sempronio legatario ante mortem vſu-
fructuariæ, vel hæredis inſtituti, legatum eius non
tranſmittet ad eius hæredes, vt facit hæres vniuer-
ſalis, ſed caducum efficitur. Iaſ. in l. illud. numer. 5.
ff. de verbo. obligatio. in conſil. 80. volum. primo
Deci. conſil. 417. num. 2. & 3. Tyraquel. de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 2. numer. 25. & ſequ. Franc. Crem.
ſing. 112. quid ſi teſtator, & ibi Addent. Roland. à
Valle, conſili. 8. numer. 21. volumin. 1. & conſuluit
Venerandus pater meus in conſilio, 79. proponi-
tur, Franciſcu. in 1. volumin. in meis, vbi Franciſ-
cus quidam de Morteto vicinia maſſæ fecit teſta-
mentum, & reliquit D. Franciſcam eius vxorem
vſufructuariam plurium petiarum terrarum, &
duarum domorum, toto tempore vitæ ſuæ, poſtea
prælegauit Antoniæ eius filiæ de bonis ſuis finito
vſufructu ſupradictæ D. Franciſcæ eius vxoris do-
mum dicti teſtatoris, & domum in podio maſſæ
vna cum maſſaritijs, & ſuppellectilibus ibi exiſtẽ-
tibus, & mortua eſt D. Antonia ante mortem, d.
D. Franciſcæ, & conſuluit, hæredes d. D. Antoniæ
prælegatariæ non potuiſſe petere dictas duas do-
mos relictas d. Antoniæ finito vſufructu D. Fran-
ciſcæ, cùm non tranſmiſerit ad eos non purificata
conditione, & allegauit hoc etiam latiſsimè con-
ſuluiſſe Cœphal. in conſil. 98. volum. 2. & mihi nõ
videtur habere difficultatem, quamuis, vt audiui,
Iudex obtuſus, & confuſus, ſeu potius ignarus, cõ-
trarium ſentire videbatur, neſciens diſtinguere in
ter hæredem, & legatarium, ſeu ſubſtitutum. &
ſentit gloſſ. etiam in §. ex conditionali. inſtitu. de
verbo. obligat. & ibi Aret. Attento etiam, quòd
ex verbis teſtatoris non eſt coniectura euidens, ꝙ
tranſeat ad hæredes filiæ, & ita etiam videtur ſen-
tire pract. Papienſ. for. lib. pro lega. rei ſingu. gloſſ.
prima numer. 10. & ſequ. Duran. de arte teſtan. tit.
de legatis. cautel. 54. ſi cui legetur. Fran. Marc. de-
ciſ. 310. quando in legato per totum, & nume. 6. in
prima par. & Fernand. Hiſpan. lib. 3. §. 27. num. 11.
verſ. lego alicui. char. 177. vbi dicit non procedere
in contractibus, per tex. in §. ex conditional. inſt.
de verb. obliga. quia in contractibus conditio re-
trotrahitur, in legatis verò nequaquam, & obliga-
tio, ac hypotheca ſolum oritur à die purificatę cõ-
ditionis, & non ante: Matheſila ſing. 195. Nota in
legatis, & ibi addentes. Petr. Anchara. Regien. in
72 quæſtio. 3. & Ant. de Fan. de pigno. in quinta par.
memb. primo numer. 12. & ſeq. Si verò mulier fu-
iſſet hæres inſtituta in vſufructu donec vixerit, &
poſt eius mortem Sempronius hæres inſtitutus v-
niuerſaliter in omnibus bonis, aliqui voluerunt,
quòd idem eſſet, ac ſi fuiſſet vxor relicta legataria,
& quòd inſtitutio mulieris in vſufructu verè lega-
tum eſſet, quemadmodum dici ſolet de quolibet
inſtituto in re certa alio dato hærede vniuerſali, &
ſic poterit inſtitutus hæres vniuerſalis ſtatim adi-
re, & hæreditatem tranſmittere ante mortem vſu-
fructuariæ, vt in ſpecie conſuluit Paul. de Caſt. cõ-
ſili. 440. colu. 2. lib. 2. & Didac. Variar. reſolu. lib.
2. capite 2. ſub numer. 5. char. 412. ſentit Emanuel,
Soarez. commu. opin. verbo, vxor. num. 114. quod
non placuit Rui. conſ. 54. & conſi. 206. vol. 2. circa
tranſmiſsionẽ, licet circa alia videatur idem ſenti-
re, quia dicit, quòd ſi moritur hæres vniuerſalis
ante mortem vſufructuarię inſtitutæ in vſufructu,
dicta vſufructuaria remanet in totum hæres in v-
ſufructu, & in proprietate, ne teſtator dicatur, ꝙ
pro parte deceſsit teſtatus, & pro parte inteſtatus.
Si autem moritur vſufructuaria ante hæredem
vniuerſalem adita hæreditate per ipſum hære-
dem, cenſetur hęres inſtitutus vniuerſalis ſtatim à
morte teſtatoris, & ſic ſemp dicitur teſtator mor-
tuus teſtatus, nec hæredes vſufructuariæ detrahẽt
quartam Trebellianicæ, tanquam grauati reſtitu-
ere per fideicommiſſum, & dicit, hanc eſſe magis
communem opinionem, & quòd cenſetur habu-
iſſe licentiam accipiendi propria authoritate poſ-
ſeſsionem dictorum bonorum à teſtatore, & latè
tradit tenendo primam opinionem Pet. Pech. in
tracta. dę teſtame. coniug. lib. 5. capit. 5. char. 163.
Quamuis multi alij voluerunt, iſtam vſufructua-
riam cenſeri grauatam per fideicommiſſum, reſti-
73 tuere poſt mortem hęreditatem dicto hęredi vni-
uerſali inſtituto, & ſic hæredes ipſius vſufructua-
riæ debere conſequi Trebellianicam, etiam ſi filij
communes ſuperſint, vt per Alexan. in conſil. 162.
circa primum dubium. volu. 2. Duran. de arte te-
ſtan. tit. de legatis. cautel. 39. num. 2. Rui. conſ. 26.
numer. 5. volu. 2. tangit Bello. conſili. 30. numer. 1.
& conſi. 7. numer. 5. & Iaſo. in leg. extraneum, ſub
numer. 6. verſic. tertiò principaliter. C. de hæred.
inſtit. ſentit Deci. in conſil. 278. Non leuis perple-
xitas. vbi etiam tractat, quòd ſi eſſet hæres inſtitu-
ta ad vitam, & deſcendentes, aut extraneos hære-
des vniuerſales fecerit in inſtitutione vniuerſali
teſtator. Et aduerte, quòd ſi hæres vniuerſaliter
inſtitutus fuerit debitor teſtatoris, non poterit
vſufructuaria agere contra hæredem ad exigen-
dum illud creditum, nec vſumfructum in dictis
creditis conſequetur, quia ius debiti, & crediti
fuit in vnius perſonam reſolutum, & neminem
eſſe ſibi obligatum. leg. ſi quis pro ea. §. item ſi fili-
us. ff. de fideiuſſo. & quando creditor ſuccedit de-
bitori,

bitori, vel è contra, confunditur actio in totum, ſi in ſolidum ſuccedit, vel in parte, ſi in parte tantùm ſuccedat. l. ſi vxor. C. de bon. auth. iud. poſ. Rolan. à Valle conſi. 71. numer. 60. verſic. & ratio eſt. vol. 2. & ita in propoſito diſputat, & ſequitur D. Aug.
74 Bero. in quæſtio. 13. ſi alicui relictus ſit vſusfructus, quod eſt notatu dignum, & vide infra. numer. 111. Et quando hæres eſt vniuerſaliter inſtitutus poſt mortem vſufructuariæ, non videtur vſufructuaria obligata ad cauendum, & conficiendum inuentarium, cum non adſit à principio perſona hæredis, cui talis cautio debeat præſtari, vt ſentire videtur Aret. in leg. filius à patre. colum. 8. in princip. ff. de lib. & poſthum. Bartol. in l. vſufructu. C. de vſufructu. numer. 4. Pariſ. conſil. 61. numer. 50. & ſeq. volum. 3. & in conſil. 95. nume. 63. volum. 2. & Iacob. Porci. in ſuis concluſio. lib. 3. concluſi. 18. in ſeptima limita. char. 579. & ſentit Pet. Pechi in tract. de teſtame. coniug. lib. 5. cap. 9. numer. 2. chart. 169. Quod mihi non placet, cùm ſit vno caſu hæres inſtitutus purè, & non ſub conditione, & alio caſu ſub conditione, vel vt fideicommiſſarius, & ideo ratione ſui intereſſe poſsit cogere ſuis expenſis vſufructuariam ad cauendum, & inuentarium faciendum, adnotata per Capel. Tholoſa. deciſio. 314. & ibi Apoſtill. Bernar. Diaz. Regula. 740. in verbo. teſtator. Plot. in le. ſi quando. numer. 598. verſic. vbi tamen, & ſentit Petr. Ioan. Anchar. quæſtio. 61. in 2. par. & in terminis ita etiam tenet Rui. conſil. 206. numer. 23. & ſequen. volum. 2. & ſentit Franc. Marc. deciſione 820. ſub numer. 5. verſic. & pro hoc facit in prima parte. Quando verò vxor
75 eſt relicta vſufructuaria per verbũ, relinquo, nullo alio dato cohærede, ad hoc, vt teſtamentum, & legatum valeat, dicendum erit, mulierem fuiſſe hæredẽ inſtitutam, & ſic verbum illud, relinquo, importabit hæredis inſtitutionem, & maximè ſtante clauſula codicillari, & omni meliori modo, vt cõſuluit Pariſ. conſili. 3. numer. 11. volum. 3. Bened. in cap. Raynutius. in verb. reliquit. nume. 1. in prima par. de teſtamen. chart. 255. ſentit Ruin. conſil. 54. numer. 16. & conſi. 206. numer. 22. volum. 2. & tali caſu nedum erit hæres in vſufructu, ſed etiam in proprietate, ac ſi vniuerſaliter in omnibus bonis inſtituta fuiſſet, vt per Alex. conſil. 111. viſo themate. volu. 2. & in conſi. 4. Attentis narratis. num. 3. vol. 7. vbi dicit, quòd per tranſitum ad ſecundas nuptias non deſinet eſſe hæres, nec ſubſtitutus admitteretur, nec etiam vſufructuarius cohæres in vſufructu, vti cohæres in proprietate, quod ſecus eſſet, ſi in vſufructu eſſet inſtituta hæres, dato hærede vniuerſali in proprietate, vt ſupra demõſtraui, & tangit idẽ Alex. in conſ. 162. circa primũ. vol. 2. & Rui. conſil. 54. volu. 2. & ſentit Deci. conſ. 278. quãuis cenſeatur grauata reſtituere poſt eius mortẽ venientibus ab inteſtato, vt dicit Petr. Pechi. in ſuo tracta. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 4. char. 162. vbi diſtinguit.

Eſt autem aduertendum, quòd licet vxor fuerit relicta domina, & vſufructuaria bonorũ, & per eius mortẽ vſusfructus dicatur extinctus, & conſo-
76 lidatus cum proprietate, dict. §. finitur. inſtitut. de vſufructu. cùm ſolum vſusfructus, & non proprietas intelligatur relictus, & ad hæredes non tranſeat, vt ibi dicit text. & Iacob. Nouel. regula. 61. in verbo, legatum annuum: Tamen ex coniecturata mente teſtatoris aliquando etiam proprietas, vnà cũ vſufructu, intelligitur relicta: verbi gratia, ſi teſtator reliquit vxorem dominam, & vſufructuariam ad vitam, vel donec, quouſque, & quandiu vixerit, & poſt mortẽ eius voluerit bona prędicta peruenire ad Sempronium, aut ipſam reſtituere debere dicta bona Sempronio, vel hæredi inſtituto. Nam per illa verba, reſtituere, & peruenire, intelligitur, teſtatorem ſenſiſſe etiam de proprietate, & vſufructu in huiuſmodi legato relicto vxori, aliter non poſſet reſtituere proprietatẽ, ita pro ſingulari tradit Rom. ſingu. 563. tu habes. per tex. in l. fi. ff. de vſufructu. Quod mihi non placet, cum videatur aduerſari de directo voluntati teſtatoris, quæ fuit, ipſam relinquere vſufructuariã, & non proprietariam, & quia videbat, ipſam poſſeſſionẽ etiam bonorum adipiſci debere pro vtẽdo, & fruendo, meritò grauauit ipſam vſufructuariã ad reſtitutionẽ dictorum bonorũ per ipſam poſſeſſorum, & ſic ad reſtituendum vſumfructum, & poſſeſsionem naturalem, & non proprietatẽ bonorum, quæ nunquam fuit penes ipſam, & ita tenet D. Boeri. in conſi. 13. pro huius quæſtionis. ſub nu. 2. vbi dicit, ita per maiorem partem dominorum cum ipſo fuiſſe iudicatum, & Paul. à Monte Pico. in d. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. q. 26. & nume. 79. ff. de leg. 2. & ſentit Emanuel Soarez. in ſuis communi. opinio. in verbo, vxor. num. 114. & Nic. Pig. in addit. ad Rom. d. ſing. 563. vbi reſpondet allegatis per Rom. ibi. Similiter
77 proprietas cenſetur legata, quando teſtator diceret, quòd vſufructuarius non poſsit dicta bona vẽdere, vel alienare, aut quòd poſsit pro eius neceſſitate, & indigentia, vel ad eius libitum bona prędicta alienare, quia tunc ſi eſt relictus vſusfructus, ſimpliciter intelligitur etiam relicta proprietas, & ſic vſusfructus formalis, & cauſſalis, adeò, quòd per mortem ipſius vſufructuariæ vſusfructus non extinguetur, nec reuertetur ad hæredem teſtatoris, ſed tranſibit ad hæredes legatarij, detracta falcidia per hæredem, & legatum erit perpetuum, & non extinguetur cum perſona, vt per Bal. in l. proculus. ff. de vſufructu, & in l. vbi adhuc. col. 2. C. de iur. doti. Ferrat. cautel. 2. in prin. & pro ſingulari tradit Hyppo. ſingu. 561. Capias. Marc. Mant. 652. Interrogatus. Franc. Crem. ſing. 28. maritus legauit, & ibi Addent. vbi dicunt communem opinionem, & Rui. conſil. 133. numer. 13. volum. 2. Alexa. conſil. 150. nu. 1. vol. 7. & nouiſsimẽ tradit Fernãd. Hiſpan. lib. 3. §. 21. tit. de tacita ſubſtit. vel iure accreſcen. numer. 52. verſic. tertiò limita communẽ concluſionem, vbi dicit, quòd iſta prohibitio, quę prima facie videbatur adiecta ad moderationem legati, inducit augmentum, & ſic contrarium eius, ad quod videbatur adiecta, vt notat gloſſ. in dict. leg. proculus, & adducit ſimile de mandato generali alicui conceſſo, quod non comprehendit caſus, qui deſiderant ſpeciale mandatum. cap. qui ad agendum. de procurat. lib. 6. & tamen ſi fuerit datum mandatum generale, & adiectum cum hoc, quòd non poſsit debita exigere, vel tranſactionem litium facere, quibus caſibus mandatum ſpeciale deſideratur, tũc per iſtam exceptionẽ augetur ipſum mandatũ, vt cõprehendat etiã omnes

caſus mandatum ſpeciale deſiderantes, præter illos, qui ſpecialiter excepti fuerunt, quamuis exceptione illa nõ facta ex vi mandati generalis procurator ille non poſſet facere aliquem actum, qui mandatum ſpeciale deſideraret, vt etiã dicit Dec. in l.1.numero 31.ff.de regul.iur.& in c. cõſultationibus.in fin.de offic.delega. Alexand.conſilio 36. viſo themate.volum.4.verſicul.ſed tamen his non obſtantibus.Crauet.conſi.214.num. 14. volum.2. & Plot.in l.ſi quando.num.272. verſicul. vbicunq; enim exceptio.C.vnde vi.vbi dicit communem,& tetigi infra numero 83.& diſtinguendo loquitur Petr.Pech.de teſtam.coniug.lib.5.cap.4.char.161. Contrarium autem, quòd non intelligatur relicta proprietas, niſi in caſu expreſſo, hoc eſt, in caſu alienationis, & non in præiudicium hæredis vniuerſalis, faciunt adducta ſupra num. 20. in 3. ampliat.& conſuluit Cornel. conſilio 173. circa primum.volum.3.Boer.d.conſil.13.num.2.Soc.conſil.131.numer.14.volum.1.latè Dec. conſi.278.non leuis. Capel. Tholoſ. deciſio. 462. quid operentur iſta verba,& Ruin.latè in conſ 65.volum. 3.vbi loquitur in fortiori caſu.Nam ita tenetur iſto caſu facere inuentarium, & ſatisdare, ſicut ſi ſimpliciter eſſet relictus vſusfructus, quod facere non teneretur, ſi relicta eſſet proprietas, quia non tranſiret ad hæredes vniuerſales, ſed ad hæredes legatarij, vt dixi ſupra, ita dicit Alexand.in conſilio 58. habita ſuper narratis, numero 10.& num. 11. verſi. nec obſtat etiam, volum.3.& Roland.à Valle, conſilio 92.numero 10.volum. 1. qui allegat Paul. Pic. in d.§.Titia.quæſt.quinquageſima,& hanc opinionem contra communem teneo veriſsimam, vt Euangelium, intuenti, quòd omnes Doctores tenentes proprietatem cenſeri relictam cum vſufructu, fundant ſe ſuper text. l.Proculus. ff. de vſufructu, qui rectè intuenti hoc non dicit,& ſunt ſequuti gl. in d.l.Proculus.ſicuti aues regales, quę quando vna volat, omnes aliæ eam ſequuntur, vt dicit Deci. in conſilio 381.num.12.& Villalob.ſuis communibus opinio. in verb. communis opinio. num.107. & ideò eis iſto caſu bonus Iudex non deberet aliquam, in præiudicium hæredis vniuerſalis, fidem adhibere, ſed adhærere voluntati teſtatoris, vt dicit in ſimili, Iaſ.in conſ.151.colum.6.volu. 4. & Beneuent.Strach.de mercat.tit. de penſionib. nu. 6. char.mihi 119.qui dicunt, quòd Doctorib. aliquid curſim dicentibus, & iuris articulos non diſputãtibus, non eſt admodum habenda fides, & cum omnes iſti Doctores fundant concluſionem per illa verba: non alienãdi, ſeu vendendi, cenſeri proprietatem vſufructuario legatam, ex tex.d.l. procul.ff. de vſufructu,& in illo textu, hoc vllo modo legatur. dicendũ eſt, eorum fundamentum fuiſſe,& eſſe fruſtratorium, cum dictũ Doctoris intelligi debeat ſecundum legem, & quam allegat Barto. in l. non ſolum liberatũ.ff.de lib.leg.& deſtructo fundamento corruit ædificium.l. nam origo. ff. quod vi aut clam.l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius. & Craue. conſ.202.num.28.& ſeq.vol.2. Attento, quòd nullo modo eſt præſumendum, teſtatorem prædilexiſſe vſufructuarium hęredi, imò totum contrariũ apparet,& cenſetur minus ipſum grauaſſe, quàm fieri potuerit,& potius legatũ fuiſſe inutile, vt cõſuluit Craue.conſ.32.nu.3.conſ.149.n.15.cõſ.167. nu.15.& in conſ.187.nu.3.vol.1. Aliàs talis inſtitutio eſſet fruſtratoria, quoad ipſum teſtatorẽ, quod non eſt dicendum, vt per Crau.conſ.161.nu. 3. vol. 1.& maximè.ſi deſcendentes, vel aſcendentes fuiſſent hæredes inſtituti, per tex.in l.cum acutiſsimi. in fi.C.de fideic.Aret.in l.morib.nu.12.ff.de vulga. ſubſt.& in conſ. 167. col.2.vbi teſtator teſtando & codicillãdo, nõ pręſumitur prętuliſſe matrẽ filijs, & deſcẽdentib. nec vxorẽ aſcẽdentib. vt dicit etiã Floria.in d.l. procul.ſecundũ Ferrat.d.caut.2.ſub nu. 2. & etiam, quia apparet expreſſè, teſtatorem reliquiſſe vſufructuariam, & maſſariam omnium ſuorum bonorum principaliter, & ſecundariò voluit, quòd non poſsit alienare de dictis bonis vllo modo, vel quòd poſsit vendere ad eius libitum, & ſic ampliat dictum legatum, & reſtringit, quoad alienationem, & non quoad tranſmiſsionem, vt ſentit Alex.in d.conſ.58.nu.11.verſic.quantum verò. vol.3. Dec.conſi.278.ſub num.3.verſic.quinto hoc idem, & verba legati debent intelligi ſecundum eius principium.l.regul.§.fin. ff. de iur. & facti ignoran.à primordio enim tituli poſterior formatur euentus.l.1.circa fin.C. de impo. lucra. deſcri.lib.10.& multa ad propoſitum ſatis bona cõgerit Crauet.in conſ.25. dubia plenum.num.21.& ſeq.verſic.quartò dubitatur.volum. 1. & in terminis noſtris reperij, ita etiam tenere nouiſsimè ſubtilem Ari.Pinel.in repet.l.1.in 3.part. numer. 41.& ſequen.C.de bon.mater.vbi oſtendit, omnes Doctores in hoc deliraſſe, nec poteſt dici, voluntatẽ teſtatoris in hoc non eſſe attendendam, cum ſit contraria diſpoſitioni, & proprietati verborum, attento, quòd illa verba, non alienare, ſeu vendere, non conueniunt vſufructuariæ, ſed proprietario, quo caſu debemus ſtare regulæ per ea, quæ in ſimili adducit Alex.in conſ.162.circa primum.numero 8.volum.2.ex notatis per Barto.& alios, in l. hæreditas ex die, ff. de hæred.inſtit.vbi dicit, quòd ſi teſtator dicit, inſtituo Titium in ſemiſſe vſq; ad menſem,& Seium in eodem ſemiſſe poſt Paſcha,& Caium in alio ſemiſſe, ſimpliciter tempus ſubducitur de medio,& quilibet intelligetur inſtitutus, per illam legem, quamuis verba, & mens teſtantis repugnat,& ſic videmus, quòd ibi vt ſatisfiat regulæ poſitæ, in d.l.hæreditas ex die, recedimus à verbis,& mente teſtantis,& Seius inſtitutus, & certo tempore, habetur pro purè inſtituto, quia ibi receditur à verbis,& mente teſtantis, ex eo, quia hæreditas non poteſt ſtare in ſuſpenſo, & quia ita expreſſè diſponitur per illam. l.hæreditas. At in caſu noſtro poſſunt verba teſtatoris accommodari, & ſaluari, & non eſt per aliquam legem diſpoſitum, cenſeri proprietatẽ relictam meritò,& quòd mens teſtatoris poſsit habere locum, apparet, quia non alienando magis ſaluatur voluntas teſtatoris, quæ fuit, quòd vſufructuaria ſolum vſumfructum, & non proprietatem conſequeretur, & hæres vniuerſalis poſt illius mortem proprietatem haberet, & ſic poſuit illa verba, quod non poſsit de dictis bonis alienare ad maiorem declarationem, & etiam ad hoc, vt aliquid operarentur dicta verba ad tollendum illam dubietatem, an vſufructuarius alienando ius vſusfructus, & proprietatem, cadat iure ſuo, de quo ſupra dixi. numer.66. Nam quando cõcurrit duplex prohibitio, ſcilicet, pro-

hibitio

hibitio legis,& hominis,tunc alienatio eſt ipſo iu-
re nulla,& poteſt ſtatim à proprietario recupera-
ri,ſine ſpe reuerſionis ad vſufructuarium,iuxta ad-
notata per textum.in l.cum pater.§. libertis. ff. de
legat.ſecundo.vbi Paul.de Caſtr.& Docto. Iacob.
Machael.patrocin.26.numero 14.in fin. & nume-
ro 15.vbi quando teſtator inſtituit, & ſubſtit. cum
prohibitione alienandi,ex eo,quia concurrit pro-
hibitio legis,& hominis,ſtatim ſequuta alienatio-
tio fideicommiſſarius poteſt recuperare bona a-
lienata,& ſequitur D.Bero.quæſtio.41. numero 6.
& quæſtio. 42. & latè per Doctiſsimum Rodericũ
Soarez.in ſuis allegationibus.3. an in bonis maio-
ricatus,ſub numero ſeptimo, verſic. ſolum reſtat.
chart.mihi 43.& etiam alienando in caſu permiſſo
non dicitur per hoc, proprietas alia non alienata.
relicta,vt ſentit Alexand.d.conſil.58.nume.11.vol.
3.& patet ſenſui,attento etiam,quòd nullibi repe-
ritur iure cautum, vſumfructuarium cenſeri pro-
prietarium per prohibitionem, ſeu cõceſsionem
alienandi,factam à teſtatore,vt reperitur in d.leg.
hæreditas ex die.& quia teſtator conſiderabat,ꝓ-
prietatem ad vſufructuarium peruenire debere,
pro vtendo,& fruendo,ideò dixit, quòd non poſ-
ſit,vel poſsit illa bona pignorare, vel alienare, &
non quòd intelligatur relicta proprietas omnium
bonorum,vt præſupponit Socin.in d.conſ.131. in-
præſenti.colum.fina.& Bald.in d.l. proculus.ff.de
vſufructu,& faciunt etiam adducta per Bello.con-
78 ſil.6.num.3.& ſequen.Cenſetur etiam relicta pro-
prietas legatario, quando teſtator dixiſſet in te-
ſtamento,quòd relinquit Titio,ſeu vxori ſuæ prę-
dium del piano, ſeu hortum dallo ſportello ad v-
ſufructuandum,vtendum,fruendũ, ad vſum ſuũ,
in gaudimentum,vel pro alimentis,vt per Alex.in
conſ.223.num.5.volum.2.con.150.num.1. volum.
7.Cœpol.in tract. vrban. præd.tit.de vſufr. cap.4.
nu.4.& 5.Iaſ.in l.cum hi.§.ſi vni.ff.de tranſact.Fer-
rat.Caut.2.nu.1.& 2.Capic.deciſ.188. nu. 4.& ſeq.
Guid.Pap.ſing.442.ſi vxor.Fran.Mar.deciſi.870.
num.7.in prima par.& Doctiſsimus Roderic.Soa-
rez.Hiſpa.tit.de toto Home.nume.25.chart.645.
& Pariſ.in conſ.21.num.36.&ſeq.volum.2.&Fran.
Crem.ſingul.34.lego vxori,& eſt ratio, quia prius
res,& ſic proprietas quàm vſusfructus eſt relicta,
vt per Dec.in conſil.262.in cauſſa,ſub num.6.ver-
ſicul.tertiò,non obſtat.Secus eſt,ſi eſſet relicta ha-
bitatio alicuius domus ad vſum, vel alimenta in
domo,quia tunc non cenſetur relicta proprietas,
ſed habitatio ſolùm,adeò, quòd hæres non pote-
rit ſimul habitare cum legatario in eadem domo,
vt per Afflict.deciſ.401.num.8.D.Bero.quæſt.101.
teſtator,& Dec.in conſ.355. Diſpoſitum fuit Fran.
79 Cremo.ſing.88.relictum. Et licet intelligatur re-
licta proprietas in caſibus prædictis, tamen ſi fue-
rit dictum toto tempore vitæ ſuæ, ſeu in vita, aut
quouſque,dum,donec, vel quamdiu vixerit mor-
tuo vſufructuario,aut proprietario, legatum tale
non tranſibit ad eius hæredes, ſed an hæredem v-
niuerſalem,aut ſubſtitutum,quia illa verba viden-
tur reſtringere legatum,ſolùm ad vitam legatarij,
& non vltra.l.ſi habitatio ibi,§.ſed ſi relict. ff. de v-
ſu.& habita.Bald.in l.1.circa princ. C. de fru.& lit.
expenſ.Pariſ.conſ.21. numero 35. & ſeque. volum.
2.vbi dicit communem, licèt ſit de hoc contro-
uerſia magna inter Doctores,vt dicit Ferrat. dict.
cautel.2.numero 2.& 3. Tamen mihi magis vide-
tur applaudere menti teſtatoris prędicta commu-
nis opinio, quia permiſſum ad tempus, videtur
poſt illud prohibitum,& ſublatum.l. quæſitum.§.
idem reſpondit.ff.de fund.inſtru. le. ſi mulier. vbi
gloſ.C.de pact.tradit Ruin.conſ.29.numer.1. & in
conſi.86.numero 5.volum.2.Iaſ.conſ.15.colum.2.
volum.2.Cornel.conſilio 98.num.7.volu.3.Boer.
conſil.13.ſub num.2.& ſequen.ſentit Capic. deciſ.
203.num.2.& ſequ.& Iacob.Nouel.regul.61.lega-
tum annuum,& faciunt quæ dicam infr. num. 115.
& ſeque.& tantò magis,ſi dictum fuiſſet quamdiu
vixerit tantum, vel tantummodo, aut duntaxat,
per quam dictionem taxatiuam, excluderetur &
tolleretur de medio omnis dubitatio perpetuita-
tis, & tranſmiſsionis ad hæredes legatarij, per ea
quæ conſuluit Paul.de Caſt.in conſi.241.volum.2.
Pariſi.conſ.69.nume.4.& ſeq.volum.2.Beltran.in
conſilio 314.volum.3.& Durant.de arte teſtan.tit.
de hæred.inſtit.caute.5.num.2.vbi habetur, quòd
inſtitutus ad vitam tantum abſque alio cohærede
cum ſubſtituto, cenſetur perpetuò inſtitutus ipſi
teſtatori,& grauatus fideicommiſſo reſtituere ſub
ſtituto,vel venientibus ab inteſtato, ſi nõ haberet
ſubſtitutum, dictam hæreditatem detractis dua-
bus quartis,ſi eſt de deſcendentibus, vel aſcendẽ-
tibus, ſin autem detracta Trebellianica, propter
onus reſtitutionis,& ſequitur Dec.conſi.278. ſub
numero 1.verſic.ſecundus intellectus, tangit Rui.
conſilio 54.numero 2.& 3. volum. 2. Bello. conſil.
7.num.5.& in conſ.30.num.4.& 5. Et idem ſi ſub-
ſtitutio non poſſet habere locum, quia pro non
ſcripta haberetur,vt per Pariſ.in conſ. 65.nu.16.&
ſeq.volum.2.Dec.conſ.419.ſub nu.7. in fin. & hæ-
redi remanebit dicta proprietas,vt per Crau.con-
ſil.80.num.19.volum.1.& per Ferrat.d.caute. 2. &
Pau.de Caſt.in l. Titia.§.fi. ff.de leg.2.& in l. ſi à me.
80 ff.ad leg.Falcid.An autem ipſe legatarius proprie-
tatis,grauatus reſtituere poſt mortem,poſsit pro-
pter onus reſtitutionis detrahere Trebellianicam
Bald.in l.filium,quem habentem. in 15. colum. C.
Famil.herciſcun.tenet,in legatario, & hærede nõ
vniuerſali non habere locum Trebellianicam, &
pro ſingulari refert,& ſequitur Franc.Crem. ſing.
74.filius poſt mortem,& ibi addentes Crauet.cõ-
ſilio 130.numero 11.verſic. ſeptimo poſito, & non
conceſſo.lib.primo. Similiter etiam non detra-
hit Trebellianicam, grauatus reſtitutione ex di-
ſpoſitione legis, vel ſtatuti,quia omnes ſunt hære-
des,& non ſubſtituti: nam ſtatutum poteſt facere
quem eſſe hæredem ad tempus, & quòd poſtea re-
ſtituat directo hæreditatem alteri poſt eius mor-
tem,& quòd decedat pro parte teſtatus, & pro par-
te inteſtatus,vt per Alex.in conſ. 13. circa primum
dubium.num.23.verſi.potuit enim ſtatutum, vol.
3.Pariſ.conſ.85.num.3.volum.2.& Cagnol.in l.ius
noſtrum.num.7.ff.de reg.iur.& ibi Dec.nume.10.
quo caſu non habet locum Trebellianica, vt in di-
recto inſtituto ſentit Ruin.con.54.& in conſ. 206.
volumin.2. & idem in purè grauato reſtituere per
clauſulam codicillarem,vt per Alex.in conſil.142.
numero 12.& ſeq.volum.2.& vide Dec.conſil.242.
in cauſſa.ſub num.4.colum.fin.conſ.220. nume.1.
& ſeq.Iaſ. leg.ſi filius, qui in poteſtate.numer.13.ff.
de lib.

de lib.& poſthum.l. filium quem habentem. num. 11.C.Fam.herciſ.& Duran.de arte teſtan. tit. de li-
81 ber.inſtit.cautel.1.num.5. Et eſt maximi momenti conſiderare,an legatum ſit perpetuum,& ſic ſimpliciter factum, vel ad vitam,aut donec, & quo vſque vixerit caſtè,& honeſtè,& vidua,quia ſi eſt perpetuum,& tranſitorium ad hæredes,& hæres vniuerſalis præmoriatur,legatarius tranſmittit legatum ad eius hæredem, ſi autem nõ eſt perpetuum, ſed ad tempus, tunc mortuo legatario legatum conſolidatur cum hæreditate, & ad hæredem hæredis præmortui reuertitur,vt dicit Bar.in l.Titiæ. §.fin.colum.1.ff.de l.2.& ibi Paul. de Caſt. pro ſingulari tradit Ant.Trigo.ſing.2.aduerte,quia tunc dicitur,teſtatorem habuiſſe potius conſiderationem ad hæreditatem,quàm ad hæredẽ, vt per Iaſ. in l.illud.num.5.ff.de verb.ſign.Ruin. in conſ. 29. nu.16.& ſeq.& in conſ.86.nu.5.vol.2.Pariſ. conſil. 21.nu.40.& ſeq.vol.2.& Moder. Pariſien. in l. trib. num.23.ff.de vſufr.earum rerum, quæ vſu cõſum. chart.173.ſentit Capic.deciſio.203.num.3. & 4. & Pract.Pap.in for.lib.pro lega.rei ſing.glo.1.nu.38. & ſeq.& faciunt adducta ſupra.num. 72. quæ non procederent in vſufructuario, quia legatum non tranſit ad hæredes.§.finitur.inſtit.de vſufru.& per ſupra allegata.

In iſto autem legato vſusfructus omnium bo-
82 norum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum, ſæpiſsimè occurrit diſputare, quæ veniant,& comprehendantur, & ideò vt facilius veritas omnium apparere poſsit, conſideranda ſunt verba teſtatoris circa prædicta: Nam ſi teſtator in ſuo eulogio dixerit, quòd relinquit vſumfructum bonorum mobilium omnium ſuorum, in iſto legato comprehenduntur omnia mobilia,& ſe mouentia,quæ vſu non conſumuntur per triennium, vt ſunt, veſtes præcioſæ, ſuppellectilia, animalia, inſtrumenta prædiorum,&ea quę ad motum mobilia deſtinata ſunt,vt per Corn.conſi.187.colum. 2.volum.2.& eſt text.in l.mouentium. & ibi Doct. ff.de verb.ſignific.latè Tyraqu.in tract.de retract. §.1.gloſſ.7.numero 81.& ſeq. & Beneuent. Strach. in tract.de mercatu.in prima part.num.76.verſic. ſed mobilium.chart.mihi 22. & maximè propter illam dictionem, omnia, quæ de ſui natura nihil excludit,vt dicit Plot.in l.ſi quando. num. 16.verſic.& licet in legato.C.vnde vi. vbi dicit, venire etiam venalia,& quæ in generali obligatione venire non ſolent.Pariſi. conſil. 67. præſens conſultatio,& conſil.79.numer.41.& ſequen.volum.2. vbi circa venalia,ſub num. 47. videtur tenere contrarium,quod quoque ego teneo, vt dicam infra, & prædicta ſequitur Duran. de arte teſtan. tit. de legat.cautel.54.nomina debitorum.vbi dicit,venire etiam fructus nõ ſeparatos à ſolo, quamuis adhuc immobilium naturam retineãt,& caut.9.mobilium. Iac.Mache.patroci.15.num.13. & ſeque. & patroci.16.num.1.Franc.Marc.deciſ.474. num.4. in 2.part.& in deciſ.817.num.4.in 1. part. & Ruin. conſ.160.num.5.& ſeq. volum. 3. vbi ponit etiam, quæ veniunt appellatione bonorum mobilium, ad vſum domus: Non veniunt autem quæ vſu cõſumuntur,quia in eis non cadit vſusfructus. §. cõſtituitur.inſtit. de vſufruct. licet appellatione bonorum mobilium circa proprietatem, veniãt fructus,&ea quę vſu conſumuntur,&functionem recipiunt in genere ſuo,vt dicunt ſupradicti Doctores: Veniunt etiam pecuniæ, quia ſunt de rebus, quæ vſu conſumuntur,vt per Pariſ.in d.conſ.67.& conſ.79.vol.2.vbi etiam dicit, quòd de eis iudicãdum eſt, prout de fructibus, qui triennio conſumuntur,& allegat Angel.in l.1.§. fuit quæſitum.ff. ad Trebel.Corn.conſi.105.viſis.colum.pen.vol.3. &Plot.in l.ſi quando.num.16.C.vnde vi.& latè per Ari.Pinel.in l.1.in 2.par.num.42.& ſeq.C. de bon. mater.chart.203. vbi dicit idem, ſi eſſent ad cambium,vel ſub vſuris,licet ſub numer.50.dicat,hoc hodie ex communi vſu loquendi nõ venire: & Venerandus Pater meus D. Carolus Caualcanus in reſponſ.281.nu.1.2.& 3.volum. 1. vbi dicit, procedere etiam,quòd pecuniæ eſſent pullulatæ ex bonis immobilib. vel paratæ ad emptionem prædiorum,vbi dicit cõmunem, ex ſententia Iaſ. in l. cætera.§.ſed ſi parauerit.num.18.ff.de legat. 1. & in l. 1.§.quæſitum.num.26. ff. ad Trebell. licèt ſit varia Doctorum diſceptatio in bonis deſtinatis pro emptione prędiorũ,vt videre eſt ex traditis per Rom. ſing.104.tu habes,& ibi Addent.Guid.Pap.ſingu. 469.teſtator.Roland.à Valle, tract. de lucro dot. quæſt.91.Boer.deciſio.209.& Ari.Pinel. vbi ſupra num.48.chart. 211. Quando autem in huiuſmodi legato non comprehenditur pecunia,habetur latè per Dec.in conſ.472.Corn.conſ.173.lit.R.volu. 3.& in conſ.64.lit.C.vol.4.Durant. de arte teſtan. tit.de legatis. caute.9.Tyraquel.de retract.§. 1.gl. 7.num.107.& Ari.Pinel.vbi ſupra. num.47. Et etiam veniunt in legato bonorum mobilium penſiones, affictus, &annui redditus regulariter.l.iubemus.l.2.C.de ſacroſanc.Eccleſ.Guid.Pap.ſing. 296.Dec.in cap.in præſentia.colum.36.de proba. & communem dicit Iacob. Porci.in ſuis concluſi. lib.3.concluſio.11.char.560.vbi ponit etiam limitationes,& Ruin.conſ.82.volum.2.& Iaco. Mach. patroci.15.& patroci.16. Prædicta tamen fac vt intelligas,quãdo ſimpliciter eſt dictum,quòd relinquit vſufructuariam omnium bonorum mobiliũ, ſecùs ſi in inſtitutione hæredis,aut in legatis feciſſet teſtator mentionem de animalibus, aut rebus ſe mouentibus,vel penſionibus, quia tunc ex cõiectura ta mente teſtatoris non venirent animalia, & penſiones appellatione dictorum bonorum mobilium.Dec.conſi.655.caſus.colum.2.verſicu. primò quia,& verſicu.ſecundò efficaciter,& Plot. in l.ſi quando.nume.16. C. vnde vi.vbi dicit, idem procedere,ſi ex communi vſu loquendi intelligeretur de maſſaritijs,&ſuppellectilibus appellatione mobilium, quòd eſſet durum hoc probare, licèt hoc obtineret,ſi teſtator dixiſſet, quòd relinquit totum ſuum mobile,quia facilius poſſet probari ex communi vſu loquendi, teſtatorem ſenſiſſe de ſupellectilibus, ac maſſaritijs ſuis,qui cõmunis vſus loquendi,quomodo eſſet probandus,ponit Doctiſsimus Roderic.Soarez.in proœmio Fori.num.12.verſic.melius facit id quod. chart. 335. vbi dicit, hoc ponere Bart.in l.2.col. 18. C. quæ ſit longa conſuetu.& dicit,verbi gratia,volo probare communem vſum loquendi eſſe, appellatione mobilis domus,intelligi ſolum debere de maſſaritijs,& ſupellectilibus,& produco teſtes,& iudex interrogat illos, nunquid viderunt vnquam vti,

quòd

quòd legando mobile domus, vel alienando, ſint data ſolum ſupellectilia, & ſi ipſi dicunt, quòd ſic, probatus eſt vſus, qui eſt diuerſus à conſuetudine, vt ibi dicit Roderi. & colligitur ex traditis per Deci. in conſil. 538. conſi. 215. & conſili. 483. & Pariſ. conſil. 27. numero, 35. volumi. 1. Et ex hoc apparet D. Guidium Orſellum de Cortonio in ſua relatione ad conſilium ſapientis in cauſſa Fornarini de Vulterra ad fauorem Hieronymi de Maccagnatis, non intellexiſſe hunc terminum, & accepiſſe conſuetudinem pro vſu ſoluendi à laboratoribus Spedaleti, vnum ſtare frumenti guardiæ pro quolibet boue, licet in meritis cauſſæ etiam malè & perperam iudicauerit, vt ex meis allegationibus vltimò deductis clariſsimè apparet. Si autem legatum eſſet omnium bonorum mobilium, & immobiliũ,
83 tunc nedum ſupradicta venirent, ſed etiam bona ſtabilia, & immobilia, vt prædia, domus, apotheca, annui reditus ſuper rebus immobilibus, poſſeſsiones, & ſimilia, vt per Barto. in l. ſciendum. in fin. ff. qui ſatiſda. cogan. vel annui reditus ad longum tempus, vt per Frederic. de Senis in conſil. 12. Bald. in cap. 1. colum. 2. de controuerſ. inter vaſal. & epiſco. Alexan. in additio. ad Barto. in d. l. mouentium. ff. de verbo. ſignifi. Pariſ. conſi. 56. num. 13. volumi. 3. Ruin. conſilio, 82. volumi. 2. & Franc. Marc. deciſio. 817. quid contineatur, in prima par. & etiam vſusfructus veniret ſub appellatione bonorum immobilium. Bart. in l. iuſte errare. §. non mutet. ff. de vſucapio. Feli. in Repertorio, in verbo, ſeruitus. Tyraque. de retra. lignag. §. 1. gloſſ. 7. numer. 57. & ſeque. chart. 33. Iura autem, & actiones non venirent, etiam quòd adeſſet locutio generalis, vniuerſalis, omnia, & quæcunque bona vbicunque exiſtentia, ſecundum magis communẽ opinionem, vt dicit Pariſ. conſi. 25. colum. penult. numer. 69. volum. 2. Iacob. Porci. in ſuis concluſionibus, lib. 3. concluſio. 10. aliqui voluerunt. char. 557. Pariſ. conſil. 79. volum. 2. Rolan. à Valle, conſil. 65. nume. 10. & ſeque. volum. 1. Tyraquel. de retract. §. 1. gloſſ. 7. numero, 28. & latiſsimè omnium tradit Ari. Pinel. in Rubric. in prima par. numer. 25. & ſequ. C. de bon. mater. chart. mihi, 20. vbi dicit, habere locum etiam in bonis confiſcatis. Nec etiam venirent nomina debitorum, cum ſint tertia ſpecies, vt dicunt Doct. & eſt text. in l. quam tuberonis. §. in peculio. vbi Bar. & Bald. ff. de pecul. Corne. conſil. 236. diligenter. colum. 2. volumi. 4. Bart. in leg. fina. in prima quæſtio. ff. de vſufructu. Crauet. conſilio, 300. ſub numer. 8. lib. 2. Iul. Clar. §. donatio. quæſt. 19. verſicu. pariter etiam, & Crauet. in Rubrica. ff. de leg. 1. numer. 93. & ſeq. verſic. tertiò principaliter, & Rolan. à Valle, conſilio, 65. numer. 10. & ſeque. volum. 1. & Beneuent. Strach. tract. de aſſecuratio. gloſſ. 35. numer. 8. chart. 140. vbi pulchrè. Nec etiam venirent venalia, vt per Ari. Pinel. in dicta Rubrica, numero, 38. chart. 30. vbi declarat, quæ ſint iſta venalia: licet Do. Bero. quæſtione. 29. videatur tenere contrarium, quando eſt relictum vxori, & coniunctæ perſonæ, & ꝙ non veniant venalia, tenet etiam Pariſ. conſili. 79. ſub numer. 47. volumi. 2. Prædicta tamen ſunt intelligenda, niſi aliter conſtaret de mente teſtatoris, voluiſſe comprehendere etiam iura, actiones, nomina debitorum, & venalia, vt dicit Pariſ. in cõſili. 67. numer. 5. volumin. 2. & ſequitur Ari. Pinel. vbi ſupra. nume. 28. & ſe. verſic. ſed aduertendum eſt. vbi nu. 30. dicit, ꝙ pater inſtituit vnũ ex filijs in mille, alterũ verò in bonis alijs mobilibus, & immobilib. & ꝙ filius obtinebit etiam nomina debitorum ex veroſimili mente teſtatoris, qui aſsignando certam quantitatem vni, & alteri mobilia, & immobilia, videtur ſenſiſſe de omnibus bonis nõ exceptis, de iuribus, & actionibus, quaſi omnia bona huic dare videatur exceptis mille, quæ ſpecialiter, & limitatè alteri reliquit: quod corroborari poteſt ex adductis per Dec. in l. 1. numer. 30. & ſeq. ff. de reg. iur. Crauet. conſil. 214. numer. 13. ſeq. volum. 2. & Fernand. Hiſpa. lib. 3. §. 21. tit. de tacita. ſubſtit. vel iur. accreſcen. numer. 52. & ſeque. ex quibus colligitur, quòd ſi teſtator reliquerit alicui bona mobilia, & immobilia, exceptis mille, quę habet ſub monte pietatis, & ſeruitute itineris, & viæ talis fundi, quòd in omnibus alijs iuribus, actionibus, & nominib. debitorũ non exceptis, intelligitur voluiſſe, legatariã ius habere vſusfruct. & illa cõprehendere ſub appellatione bonorũ omnium mobilium, & immobilium, quia exceptio, quãdo eſt facta de eo, quod in regula continetur, reſtringit regulam, prout loquitur, ſecus ſi exceptio facta ſit de eo, quod in regula non comprehẽdebatur, quia tunc ne exceptio ſuperflua, & inutilis reddatur, regulam ampliare intelligitur ſecundum qualitatem exceptionis, vt dicit Deci. in d. l. 1. nume. 30. verſic. & prædicta concluſio. ff. de reg. iur. & Plot. l. ſi quando. numer. 272. vbicunque enim exceptio. C. vnde vi. ſentit Beneuen. Strach. tract. de aſſecuratio. gloſſ. 35. num. 8. verſic. incurrit hic. charta. 140. tetigi ſupra. num. 77.

84 Quando autem teſtator relinquit vſumfructum omnium bonorum, vel rerum ſimpliciter, tunc veniũt in huiuſmodi legato omnia bona mobilia, ſe mouentia, immobilia, venalia, iura, actiones & nomina debitorum vbicunque exiſtentia, fructus protocolorum & lucrum quod quis conſequitur ex viſione alicuius animalis, vt Florentiæ ſunt leones, vel alicuius monſtri, vt dicit gloſſ. in l. ſtatuę. per illum tex. ff. de vſufru. & eſt tex. in leg. vſusfructus bonorum. ff. ad leg. Falcid. vbi dicit, quòd legato vſufructu omnium bonorum, nulla res eſt, quę non cadat in vſufructu legato, & habetur latè, & pulchrè per Corn. conſil. 187. column. fin. volum. 2. Benedi. in c. Raynutius. verſic. cætera bona. numer. 24. & ſeq. in prima par. chart. 265. Petr. Anchar. Regienſ. quæſt. 64. numer. 17. & ſeq. in 2. par. Tyraquel. in l. ſi vnquam. in verbo, bona. numer. 5. verſic. ſed ante, & numer. ſeque. vſque ad finem. C. de reuoc. donatio. & prædicta procedũt. etiam quòd fuiſſet dictum, omnium ſuorum bonorum, non obſtantibus adductis per Ancha. Regien. quæſt. 7. numer. 7. in 2. par. quia contrarium dixit in quæſt. 64. nume. 18. ead. 2. par. Nam regulariter non poteſt fingi legatum ſine illo pronomine, vt in propoſito latè deduxit, & declarauit Ari. Pinel. in d. Rubric. in prima par. numer. 2. & ſequ. & num. 38. & ſeq. verſic. ex eadem generalite. C. de bon. mater. char. 30. & Franc. Marc. deciſ. 532. quando relinquitur. in prima par. vbi loquitur etiam de venatione, & piſcatione. & Pariſ. in conſil. 96. numer. 6. ſeq. volum. 2. vbi etiam dicit,

quòd loco animalium mortuorum conſiſtentium in grege debēt alia animalia eiuſdem generis poni, & reſtitui finito vſufructu ſecundum formam, leg. vetus.§.fin.cum l.ſeq.ff.de vſufructu, & tradit etiam Bart.in conſil.50. Gili. Petr. nume.4.verſ. adhuc quæritur.vel.primo,& in conſi. 88.Mathi-
85 olus Petr.volum.2.& eſt tex.in §. in pecudum fructu,inſt.de rer.diuiſio.& Gomeſ.regula cancellariæ Regul.de triennali poſſeſsione.q.28.lit.F. car. 398. & vide infra.nume.157.Et intelligitur de vſufructu bonorum exiſtentium tempore conditi teſtamenti,& non mortis teſtatoris, maximè in his, quæ non renouantur, & triennio non conſumuntur,adnotata per D. Bero.quæſt.30.num.2.quia ſi teſtator poſt legatum omnium bonorum ſuorum acquiſiuit alia bona, iſte vſufructuarius omnium bonorū nō habebit vſumfructum illorum bonorum poſt legatum acquiſitorum, quia conceſsio facta alicui,præſumitur facta ſecundum ſtatū præſentem,& de rebus præſentibus,& non futuris,vt per pract. Pap.in for.lib. in actio.confeſſo.in gloſ. ſeruitus.nu.5.verſ.ſed circa quæritur.Iaſ.in l.quominus.nume.136. & ſeq. verſi.quæro vigeſimo ſecundo,de alia quæſtione ff.de flumi.& Fran.Turzan.in ſuis commu.opini.quæſti.83.pactum,ſicut etiam legatum veſtium, pannorum, & ſupellectilium, factum à marito vxori, intelligitur de veſtibus, pannis & ſupellectilibus etiam non ſutis, extantibus tempore teſtamenti,& non mortis teſtatoris,vt dicit Barto.in l.ſi ita.ff.de aur.& arg.lega. Alex.conſi.216.magiſter.vol.7. latè tradit Corne. conſi.14.num.15.lit. Q.vol.1.& addentes ad deciſ. Tholoſa.quæſt.387. ſi de conſuetudin. in quæſti. 190.vbi dicunt,maximè procedere,ſi extarent tēpore mortis teſtatoris, aliàs ſecus, quia venirent alia loco illorum renouat. Petr. Pech. tract.de teſtam.coniug.lib.5.cap. 14.chart.194.& D.Bero.d. q.30.nu.2.& ſentit.Rom.ſing.420.quæſitum fuit, & ſing.435.quæritur,& Alex.in conſi.59.viſis verbis.nume.7.volu.6.vbi dicit etiam,quòd actori incumbit onus probandi, fuiſſe dicta bona mobilia tempore teſtamenti, & non acquiſita poſt teſtamentum,& Bart.in conſi.51.& conſil.52. volum.2. Iul.Clar.in.§.donatio.conſi.19.verſi.Eadem quoque ratione,& in quacunq; materia inter viuos,& vltimæ voluntatis loquitur Feli. in cap. fina.extra de conſtit.& Barba.in conſ.6.in primo dubio.vol. 3. & dixit Capel. Tholoſ. deciſ. 120.quod quidam legauit cuilibet ex omnibus filijs ſuis decem,& teſtamento facto vixit magno tempore,& plures filios habuit,non mutato teſtamento deceſsit, & ibi fuit concluſum, teſtatorē ſenſiſſe de filijs exiſtentibus tempore teſtamenti,& non mortis,per text.in di.leg.ſi ita. ff.de aur.& arg. lega. & ibi hoc etiam affirmat.Stepha.Aufrer. in additio. Nouel. Regula.63. legatum, ſentit Duran. de arte teſtan. titu.de legatis,cautel.10.legatarius.Pariſi.conſili. 21.numero,31.& ſeque.verſicu.quod apertius. volumin.2.vbi dicunt,hoc maximè procedere, quādo teſtator adiecit illud pronomen, meum, & ſuum,quod non placuit Didac.pract. quæſti. cap. 2. numero,2. verſiculo, ſecundo ipſe arbitror.chart 27. vbi dicit idem eſſe in vtroque caſu, & Ari. Pinel.in Rubrica in prima par.ſub numero,40. verſicul. obſtat enim. Cod. de bon. mater. chart. 35.

dicit, ſecundum communem ſenſum non poſſe fingi exemplum legati, ſine illo pronomine, meum, & ſuum, & dixit Barto. in leg.1. numero, 7.ff. de rebu.dub. quòd ſi teſtator legauit pondere ſuum, quod intelligitur de illo, quod habebat tēpore teſtamenti: & in legato equorum, & animalium loquitur Duran. de arte teſtan. titu. de lega. cautel. 12. legatarius,& Petr. Pechi. in tractat. de
86 teſtamen.coniug.libro. 5. cap. 14. charta.193. Ad quorum probationem admitterentur teſtes domeſtici,& affines, cum ſint difficilis probationis, & de rebus,quæ in domo fiunt, vt per Bald. in leg. parentes. C.de probatio.in leg.conſenſu.Cod.de repud. Crot. in tractat. de teſtibus ſub. numero, 126.Ioan. de Amic. conſilio,53. colum. 4. verſicu. prætereà inquiſitus,Paul. Grilan. in tractat.de relaxa. cacer. quæſti.3.numero,3.Plot.leg. ſi quando.numer. 241. C. vnde vi. latè Bertachi. in tract. 88
de Epiſcop. in 4.lib. ſub numero, 60. Quamuis prædictæ concluſioni videatur obſtare tex. in leg. Lucius.ff. de fund. inſtru. qui dicit, quòd in legato vniuerſali inſpicitur tempus mortis, in ſingulari autem legato, tempus teſtamenti, quē refert pro ſingulari Dyn. in ſing. 243. quod in legato, & ſequitur Iaſon, in leg.cum quid. col. penulti.poſt medium.ff.ſi cert.pet. & videtur tex.cum gloſſ. in leg. quoties. §. fin. ff. de vſufructu. vbi quando legatur vſusfructus omnium bonorum, debetur etiam vſusfructus bonorum futurorum, & tangit D.Bero. dict. q.29.& 30.& Rom. ſing.503. text. in leg. ſi ita. & plura congerit Crauet. in repet. Rubricæ.ff.de leg.primo.numero, 91. & ſequen.verſiculu.ampliatur ſecundo.chart. mihi. 282. ſed in conſilio, 139. numero, 4. & 5. verſicul. At ad primum,quòd hic. volumin. 1. conſtituit differentiam inter hæredem,& legatarium,& hæreditatem, ac bona. Nam primo caſu veniunt futura. Secundo caſu tantum præſentia. Et quòd verbū, bonorum,prolatū ab homine,non comprehendit propriè vniuerſitatem, hæreditas autem ſic, quia dicitur ius vniuerſale, & certè articulus eſt diſputabilis,& non cōmittendus groſsis iudicibus, & captioſis,& hoc ſentit Iul. Clar.§.donatio. conſi. 19. verſic.eademque ratione,& ſeq.& Franc. Turzan. commu.opini. q. 83. pactum. ideo à prædicta prima opinione non eſſe recedendum exiſtimo, ex deciſione tex.d.leg.ſi ita.ff.de aur.& arg.lega. & ibi nota. per Bart.& Doct. vbi in legato particulari, & certæ rei non veniunt futura, & quæſita poſt teſtamentum, quatumcunq; ſit factum verbis generalibus,& vniuerſalibus. In vniuerſali vero legato omnium bonorum, vel in inſtitutione vniuerſali, futura benè quidem comprehenduntur, at inſtitutus, vel relictus legatarius in vſufructu omnium bonorum alio dato hærede vniuerſali in proprietate, dicitur in re certa, & particulari inſtitutus,& legatarius relictus, per ea, quæ latè cōſuluit, & deduxit Ruin. conſilio, 40. viſo, & benè ponderato. numer. 7. & 8. volum. ſecundo. ſentit Didac. Variat.reſolut. lib. 2.cap. 2. ſub numer. 5.& Bero. quæſt.13. numero, 2. Guid. Pap. ſingu. 887.idem eſt, & Crauet.in d.Rubrica. ff. de leg.1. numer.98.& ſequ.& dicitur legatarius fructuum, & non proprietatis, quod eſt minus, & alius hæres vniuerſalis in proprietate,ergo vti legatū particulare

ticulare non comprehendit futura, adnotata per Alex.in conſil.118.in caſu.numer.12.& ſequ.verſi. ſed his non obſtantibus.vol.5.Et ad hoc, vt diſpoſitio dicatur vniuerſalis, non ſufficit, quòd ſit quo ad verba, ſed oportet quòd ſit quoad rem, vt dicit Crot.in Rubrica.ff.de leg.1. qui allegat Inno. in c. ex literis. de iur. patrona. At in caſu iſto non eſt vniuerſalis, quoad rem, licet quoad verba, quia qui fructus bonorũ & nõ omnia bona, relinquit, meritò ad futura trahi nõ debet, vt ſatis in ꝓpoſito cõſuluit pater veritatis D. Alexand. in conſili. 171.in cauſſa, & lite, numer.1.& ſequ. volum. 6. vbi teſtator reliquit tertiam partem omnium ipſius teſtatoris bonorum, & tamen conſuluit ſolùm de bonis exiſtentibus tempore teſtamenti, & non mortis, legatarium tertiam partem conſequi debere: Nam dicit, quòd vbicunque ſit diſpoſitio generalis aliqua, in qua venit tranſlatio dominij, prout in legato bonorum, tunc ſi non poteſt præuidere diſponens, quod bona in futurum poſſent cõprehendi ſub diſpoſitione illa, nunquam talis diſpoſitio refertur, niſi ad præſentia, & ita iudicauit Ro-
87 ta Florentina de anno.1570. diè.18. Nouembris contra Petrum de bonis de Piſtorio, & dixit idem Alexand. in conſi. 25. conſideratis verbis. numer. 2.volu. 7. quòd in diſpoſitione hominis, quando fit mentio de re particulari, non comprehenditur incrementum ſuperueniens ſeparabile ab antiquo, & præterito iure, vnde ſi concedo tibi vſumfructum talis fundi exiſtentis iuxta aquam fluminis, & poſtea in loco, vbi erat aqua, naſcatur inſula, & ſic locus terrenus, ille locus non comprehendetur in illa diſpoſitione hominis, & conceſsione vſusfructus, ſed tanquam ſeparatus ſpectabit ad eum, cuius erat proprietas fundi, tanquam nouus vſusfructus bonorum nouiter acquiſitorum, & idem, ſi impetu fluminis bona aliena fuerint vnita cum bonis vſufructuario relictis, ſecus, ſi paulatim per alluuionem vnita ſint, quia tunc vſufructuario, & non proprietario acquiruntur, vt per Pract.Papien. for. lib. quo. ag. ad re.feud. gloſſ.in l.omnibus, Cæpol.de ſeruit.ruſti.prædi. cap.4.de ſeruit.aquæ, ducen. numer. 35. & ſequ.& Iul.Clar. §.emphiteuſis. conſi.41.& §. fundum.q.88.& tangit Tyraquel.de retract.conuentio. ad fin. tit.numer.92.& ſequ.& Alber. Bru. tract.de augmento, in concluſio. 16. limita. 7. vnde apparet, quando adeſt illud pronomen, ſuum, & meum, quòd eſt communis opinio, non venire futura, quia conſtat, de quibus ſentit teſtator per ſupradicta. Etetiam ſi non adeſt, quia non poteſt prędidere, quod bona in futurũ poſſent comprehendi ſub illa diſpoſitione, & quia ſumus in particulari legato. Nec obſtat tex.& gloſſ.in leg.1. quoties.§.fin.ff.de vſufru. quia hoc non dicunt, imo gloſſ.ibi contrarium ſentit, quia loquitur per verbum, fortè, & tenet vltimam opinionem allegando contrarium, adnotata per Bart. in l. bona fides, per illum text. & gloſſ.ff.depoſi.& per Iaſ.in l.1. nume.61. colum. 15.C.de iur. emphit.& dixit Soci.in conſil.252.numer.17.volu.2. quòd opinionem vltimam quis videtur approbare, niſi dictum fuiſſet poſt eius opinionem, alij, vel quidam tenent contra, vt latè per Mathę.Brun.in tract.de ceſsio. bono.quæſtio. 20. in 4.q.principa. nu.23.char. mihi.87.& ſi teſtator

alienauerit bona, vel vſumfructum prædictũ poſt teſtamentum, ex cauſſa voluntaria legatum reuocatum cenſetur, ſi autem ex cauſſa neceſſaria, non erit reuocatum, vt per Paul. de Caſtr.in l.qui poſt teſtam.num.6.C.de leg.D.Bero.q.9.Aret.§.ſi rem ſuam.col.2.inſti.de leg.Capra.in Regula. 108.car. 159.Anchar.Regienſ.q.75.in prima part.& Roderic.Soarez.in l.quoniam in prioribus in 9. q. C.de inoffic.teſta.char. 443. Et veniunt etiam in tali le-
102 do. Si verò teſtator in tali legato vſusfructus feciſ-
ſet expreſſam mentionem de dictis bonis feuda-
libus, emphytheuticis,& fideicommiſſarijs, vſum-
fructum illorum, aut æſtimationem conſequi de-
beret talis vſusfructuarius ab hærede, tam ſi bona
eſſent hæredis, quàm alterius perſonæ, quia lega-
tum de re heredis valet,& tenet.§.non ſolum autẽ,
vbi Aret.num.2.inſtit.de l.Bello.conſ.9.numer.9.
verſicu.tertiò, quod magis eſt,& Roderic. Soarez.
in l. quoniam in prioribus aliqua. colum. 4. ver-
ſic.prædicta tenebit.C.de inoffi.teſtam.chart. 72.
& idem de re aliena nomina.d.§.non ſolum diſtin-
guendo,& ibi per Docto. & Pract. Pap. in for. lib.
pro lega.rei ſing.in gloſ.1.num.17.char.369.Dura.
de arte teſtan.tit.de legatis. caut.32.Rui.con.206.
num.16.& ſeq.volum.2.Albe.d.conſ.73. num.1. &
2.& Bal.in l.ſi ſine voluntate. C. ad Velleia. vbi di-
cit, quòd legatarius habet actionem perſonalem
contra hæredem, & non realem contra dominũ
rei, etiam quòd dominus rei fuiſſet præſens,& ta-
cuiſſet, & ſequitur Iaſ.in l.qui Rom.§. duo fratres.
nume. 33. verſ. in gloſſ. eadem ibi nec obſtat. ff. de
verbo.obliga.Alex.conſ.20. volum.3. Iaſ.in l.cum
alienam.colum.2.C.de leg.& in l. cum proponas.
num.7.& in l.fin.in 7.memb.C.de pact. Benedict.
Capra.in reg.56.nume.15.& numero 16.chart.66.
Phanuc.de luc.dot.gloſſ.13.numer.8.chart.522.&
Pile.gloſſator antiqu. quæſtio. 36.aliquo, ſecus ſi
conſentiret dominus rei, aut actum conſentien-
di feciſſet, quia videretur rem ſuam donare, & cõ-
tra ipſum poſſet agi virtute talis conſenſus, vt per
Durant.de arte teſtan.tit.de legat.cautel.37.res a-
liena. & Bello.conſil. 15. numero 13. verſicul.nam
quoties quis,& vide Franc.Marc.deciſ.229.quan-
do teſtator.in prima par.Petr.Pech.tract.de teſta-
men.coniug.lib.primo, capite decimotertio. nu-
mero 5.& ſequ.char.65.Nec poteſt amplius ſe pœ-
nitere, vt per Franc.Marc.deciſ.826.ſub num.4.in
fin.in prima part.Bened.Capra.regu.106. oppor-
tunè.numero 8. & eſt videndus Rui. in conſ.209.
numero 6.volum.primo, & pulchrè declarat Ro-
deric.Soarez.l.quoniam. in 5. limita. ſub nume.13.
103 & ſequ.C.de inoffic.teſtam. chart. 328. Et ſic ha-
bes, quòd quando legatur res aliena, vel alteri ob-
ligata, quòd hæres,& non legatarius tenetur eam
ſoluere legatario, Natta conſilio 194. numero 14.
& etiam ſequitur Pract.Pap.in for.lib.pro lega.rei
ſingul.gloſſ.nume.17.& 18. & Benedict. Capra re-
gul.106.legatorum materiam. numero 11. & ſequ.
chart.158. & videtur text.in §.ſi rem ſuam.inſtit.de
legat.vbi Aretin.in 2.notab. & ſi legatarius lueret,
poſſet agere contra hæredem ad æſtimationem,
vt per Boer.conſilio 38. numero decimotertio,&
per Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.colum.pen.
verſicul.duodecimò quæro.ff.de verbor. obligat.
Nam legatarius poteſt agere directè contra hære-
dem, vt rem legatam luat. Are.in § ſed ſi rem ſuam.
inſtit.de lega.numer..3.& ſentit Bal.in l.ſi ſine vo-
luntate.C.ad Velleian. Niſi res legata fuiſſet con-
iunctæ perſonæ,& hæres eſſet coniunctior, vt pu-
ta filius, vel deſcendens, quia tunc hæres legatum
luere non tenetur, vt dicit Durant. de arte teſtan.
titul. de legatis.caute.32.numero tertio, verſicul.
& notandum eſt.& Benedict.Capra.in regul. 106.
oportunè ſubſequitur. numero tertio, quod eſt
menti tenendum, & ibi dant cautelam ad facien-
dum, hæredem teneri ad luendum. Et prædicta,
104 quòd in ſimplici legato vſusfructus omnium bo-
norum non veniant bona feudalia, emphytheu-
tica,& fideicommiſſo ſubiecta, procedunt, quan-
do teſtator haberet alia bona, ſecus autem ſi non
haberet, quia iſto caſu talia bona venirent in hu-
iuſmodi legato, ne legatum redderetur inutile,&
inefficax. vt pro ſingulari tradit Petr. Gerard. ſin-
gul.35.Dictum eſt vulgare, Tyraquel. de retract.
lignag.§.15. gloſſ. prima, numero decimoſexto,&
Ari.Pinel.in Rubric.C.de bon.mater. ſub numer.
41.in fin.verſicul.quod vbi excluduntur. in prima
part.char.76.& Roderic.Soarez.Hiſpan.in l. quo-
niam in prioribus.in quæſtio.9.ſub numer.7.ver-
ſicul. Imò quod plus eſt.C. de inoffic. teſtament.
chart.451.colum.1. Etiam quando conſtaret cla-
riſsimè ex coniecturis, teſtatorem voluiſſe relin-
quere vſumfructum etiam bonorum feudalium,
emphytheuticorum, vel fideicommiſſo ſubiecto-
rum, quia tunc heres teneretur dare dicta bona ad
vſufructuandum, aut ſi non poteſt, eorum æſtima-
tionem, adnotata per Afflict.deciſ.44.num.9.ſeq.
Pariſ.conſil.44.numero 14. & conſil. 45. volum.3.
Et dicitur inter cætera conſtare de mente teſtato-
ris, quando dixiſſet, quòd relinquit eam vſufru-
ctuariam omnium,& ſingulorum, ac quorumcũ-
que bonorum,& quoquo modo ipſi teſtatori ſpe-
ctantiũ,& quæ ipſe teneret, & quoquomodo poſ-
ſideret, vt conſuluit Bello. conſiliò 9. numero 14.
verſicul.ſed in inſtitutione, Ruin. conſilio 150. nu.
13.verſic.ex quibus clarè probatur. volum. tertio.
105 Quod ſecus eſſet, ſi ſolùm dixiſſet, omnium, ſin-
gulorum, & quorumcunque bonorum ipſius te-
ſtatoris, vbicunque exiſtentium, quia per illam
dictionem, omnium, quorumcunque, non am-
pliatur diſpoſitio ad bona hæredis, aut alterius
perſonæ, nec ad dicta bona prohibita alienari: vt
dicit D.Bero.d.quæſt.95.& ſentit Craue.conſ.256.
num.8.volum.2.Et dicit Didac.variar.reſolu.cap.
17.numero 7.verſi.& præter hæc.lib.3. char.1027.
quòd dictiones, quoquomodo, quocunque mo-
do,& quomodocunque, licèt ſint vniuerſales, li-
mitantur,& reſtringuntur ſecundum naturam a-
ctus, cui attribuuntur, per legem, emancipati. &
ibi Bar.ff.de adoptio.& Tyraq.de retract.§.primo.

gloſ.7.numero 26. & in fine tituli, numero 98. & Crauet.conſilio 256.numero 8. volum. 2. & licet verba vniuerſalia, & prægnantia multum operantur, & comprehendant ea, quæ de proprietate ſermonis non venirent, vt dicit, & plura accumulat Hieronym.Gigas.in tract.penſio. quæſt. 19. q. 28. & quæſt. 97. & Plot. in l. ſi quando. numero 18. C. vnde vi.verſic.ſed vbi diceretur, dicat, quòd licet immunitas conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis, & inſolitis, non extenditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli diuini, humani, niſi in ſpecie dicatur, tamen ſi diceretur, quòd immunitas eſſet ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, tunc ipſa immunitas extéderetur etiam ad onera ratione belli, peſtis, & alterius magnæ neceſsitatis, & Crauet. conſilio 209.numero 6.volumin. ſecundo, dicit, quòd verba vniuerſalia, & prægnantia comprehendunt ea, quæ excogitari poſſunt, & alia adducit Franciſ. Marc. Plot. in additione, ad conſilia, Martin.Lauden.in conſilio 16. titu. dict. vbi dicit, quòd comprehendunt etiam reſtitutionem in integrum, & Alexand.in conſilio 98. nume. quinto, volumin. 5. dicit venire fructus arborum, & Roland.à Valle, in conſil.79.numero 56 volum.2.dicit, venire in feudo etiam fœminas, & de iſtis dictionibus loquitur etiam idem Roland. in conſil. 5.numero 35.& ſeque.volum.primo. Tamen prædicta, & alia, quæ circa huiuſmodi verba generalia, vniuerſalia, & prægnantia, à Doctoribus referuntur, loquuntur circa eandem materiam & ſubſtantiam non vniformiter intellectam, nec comprehenſam, de proprietate ſermonis: At nos ſumus in re, materia, & ſubſtantia diuerſa, & differente, in qua vna neque propriè, neque impropriè ſub altera comprehenditur, quia alia eſt ſubſtantia teſtatoris, alia hæredis, alia legatarij, & alia extraneæ perſonæ. §. non ſolum autem. inſtit. de legat. & ita pulchrè notat Ruin.conſilio 25. numero quarto, numero 16. & ſeque. volum. 1. & obligatis bonis teſtatoris non cenſentur obligata bona hęredum, vt per Anto. de Fan. de pignor. in 2. par.2. memb.numero 54.55. Afflict. deciſ. 200. & deciſi. 201. Et ideò adita hæreditate vnius, non cenſetur adita hæreditas alterius, quibuſcunque verbis
106 vniuerſalibus non obſtantibus, etiam quòd vna alteri eſſet delata, & ita etiam vna repudiata, altera adiri poterit. l.filiusfamilias.in fi.ff. de acquire. hæred.tradit Bart.in l.Ariſto.numero ſexto, verſicul.circa quartum.ff.eod.Bart.Bal.& Docto.in l. ſi infanti.ff.de iur.deliberan.Bart.in conſi. 23. Nicolaus Feï de Cortonio.volum.primo. Fulg. conſilio 50.verſi.ſuper eo vero de quo quæritur. Petr. Anchara.conſilio 324. & Cornel. conſil. 254. in 4. part. Ergo nullo modo eſt tenendũ, per huiuſmodi verba, vxorem conſequi debere vſumfructum in bonis ſupradictis, quod videtur comprobari per ea, quæ conſuluit Roma. in conſilio 271. Vis tota, vbi dicit, quòd verba vniuerſalia comprehédunt etiam regalia, non expreſſa, modo non diſſimilia præcedentibus, quam refert, & ſequitur Crauet.conſil. 209. numero 7. & 8. volumin. 2. & pulchrè dixit Petr.Benintend. in Rota Bononien. deciſio.72.teſtator. numero 4. quòd non dicitur quis renunciare iuri ſuo, niſi per actum conſtetapertè, vel per conſequens neceſſarium, quòd voluit illo iure carere, vt quando ita de voluntate cóſtat, quòd intellectus non laborat in intelligendo, ſi autem iſto caſu intellectus laborat in intelligendo, bona liuellaria, feudalia, antiqua, & fideicommiſſo ſubiecta, per illa verba, omnium, & quorumcunque bonorum, ex ſupra narratis, & infra dicédis colligi poteſt. Nam tantum laborat, quod vi-
107 detur dilucida, non habere interualla. Et facit, quòd licèt ex clauſulis appoſitis, in libello petes ius & iuſtitiam, & quòd procedatur ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, & omni meliori modo poſsit iudex ſuper facto deducto ex vna cauſſa, & probata ex alia ferre ſententiam ſuper probato, non deducto, vt per Pract.Pap. in for. actio. reali. in gloſſ.ſummariè.chart.51.Maran.Spec. aureo.in quarta part.9.diſtinctio.numero 8.& ſeque. char. 75.Capic.deciſio.10.numero 12.& Blanch. tracta. de compromiſ.in prima queſtio.numero 37.char. 57.tamen ſi factum eſt diuerſum à probatione dictæ clauſulæ, nihil operantur, vtputa, quando actum eſt ad decem, vel ad aliquam rem ex mutuo, & non probatur mutuum, & ſic ex cauſſa mutui, deberi, ſed ex cauſſa depoſiti, aut donationis, vel venditionis probatum ſit debitum, vel ſi ſit actum virtute pacti de retrouendendo quandocunque, & Reus negauerit, & teſtes ꝓbauerint de promiſſione retrouendendi infra triennium, aut biduũ, tunc operantur dictæ clauſulæ, quòd ſuper repetita poſsit iudicari ex cauſſa probata non petita, poſtquam de repetita conſtat, & tradit Tyraquel. de retract.conuent. ad finem tituli. numero 98.& ſequen.charta. 345. & ſententia in qualibet cauſſa debet eſſe conformis petitioni reſpectu rei petitæ, ſecus autem ſi res petita non fuiſſet probata, ſed alia diuerſa, quia tunc ſententia nõ debet ferri ſuper probatis non petitis, vt quando eſt actum ad bouem, & probatum ſit de aſino, vel mulo, vigore dictarum clauſularum, non poteſt ſequi ſententia ſuper aſino, aut mulo non petito, vt dicit Bald.in leg.ędita. numero trigeſimo, verſicul. ſexta principalis quæſtio. C. de edendo, & in additio.ad ſpecul.titul. de appellatio.incip. confeſſus in tormentis.colum.17. verſicul. petij à te bouem & tangit Pariſius. de ſyndica.C. vtrum iudex. cum cap.ſequen.Ioan.Crot.in l.1. §. ſi quis ita. ſub num.11.circa finem.ff.de verbo.oblig.Corn.conſil.138.lit.F.in prima part.Felyn.in c.primo. num. 2.de probatio.Iaſ.in conſilio 158.colum. 2.verſic. prætereà & tertio.volum.2.Rui.conſ.36. nume.7. vol.3.Gozad.in conſ.38.& Alex.conſ. 221. volum. 1.& Capic.deciſi.96.num.8. quia quælibet diſpoſitio debet ſecundum ſuam cauſſam iudicari. Soc. in conſi.181.num.8.volum.2.Beltran.conſ.65.nu. 11.volumin.1.& Crauet.conſ.4. quod potiſsimum probatur ex verbis teſtatoris aſſerentis, velle relinquere vſumfructum omnium, & quorumcunque bonorum ſuorum, vel ipſius teſtatoris, quod pronomen, ſuorum, aut ipſius, in genitiuo poſitum, ſignificat dominium.l.2.§.primo. ff. de relig. & ſump.fune.notat Bart.& Doct. in Rub. de oper. noui.nunciatio.Alex. conſ. 171. in cauſſa. & lit.nu. 3.volum.6.ergo non poteſt verificari in bonis alterius ꝑſonæ, & reſtitutioni ſubiectis, quæ nõ ſunt

In eius dominio, vt dicit Ruin. in conſil. 52. numer. 4. verſic. & magis clarè, & præciſè, & in conſi. 202. ſub numer. 11. verſicu. quinimo vbi verbum bona. volu. 2. & dixit Pariſ. conſili. 51. numer. 35. verſicul. prout idem debetur. volum. 2. quòd bona ſua intelliguntur ipſius teſtatoris, & non hæredis. & in conſi. 98. numer. 14. verſic. eo etiam caſu. eod. vol. 2. & Paul. de Caſtr. conſili. 347. in prima part. conſuluit, donationē factam de omnibus, & quibuſcunque ſuis bonis, intelligi debere de bonis donandis, & non poſt mortem reſtituendis, quia illa deducuntur, vt æs alienum. & ſequitur Roland. à Valle, conſil. 71. numer. 26. & ſequen. volu. 2. & in legato vſusfructus omnium bonorum, deduci debet æs alienum, & funeris impenſa ac infirmitatis, vt ſupra dixi. quia ita intelligitur, vt eſt caſus in leg. vſusfructus, & ibi per omnes, maximè Alexa. ff. ad leg. falcid. & vult Bal. in l. 1. de fructi. & liti. expenſ. verſi. pone maritus, & faciunt adducta per doctiſſimum Roderic. Suarez. Hiſpan. tit. De las Arras. numer. 5. verſic. nota tamen. ſecundum Alfonſum chart. 411. quia in qualibet diſpoſitione vniuerſali bona intelliguntur deducto ære alieno, & funeris, ac infirmitatis impenſa l. princeps bona. ff. de verbo. ſignifi. vbi Bar. & Doct. ſentit. Paul. de Caſtr. in conſili. 294. volu. 2 Deci. conſil. 455. numer. 15. & in conſil. 620. caſus de quo numer. 9. quod ſecus eſſet in diſpoſitione particulari, vt per Crauet. in Rubric. ff. de leg. primo. numer. 110. verſic. ſecunda vtilitas, chart. 283. & tetigi infra. numer. 214. & indubio ita intelligi debet, quia in legatis obſcuris ſemper quod minimum eſt ſequitur. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. vbi Deci. numer. 1. qui dicit, quòd in legatis videtur teſtator minus grauare hæredem, quàm fieri poſſit. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2. Affli. deciſ. 44. nume. 18. & ſeq. & potius toleratur, quòd legatū ſit inutile, quàm quod cenſeatur teſtator grauare hæredem. Crau. conſil. 32. numer. 3. conſil. 149. num. 15. lib. primo, quia non præſumitur voluiſſe magis honorare vxorem, quàm eius fratres hæredes, vt per Pet. Pech. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. primo. & per Afflict. deciſ. 44. numer. 18. & ſequ. & etiam quia dixit, velle diſponere de ſuis bonis, & cœpit diſponere, vnde legatum generale omnium quorumcunq; bonorum ampliat tantum expreſsionem ſpecierum ſupra relictarum in his, quæ ſunt eiuſdem qualitatis, in alijs, q̃ non ſunt eiuſdē qualitatis reſtringit, vt eſt caſus in l. ſi. §. ſi. ff. de trit. vin. & ole. le. & ſequitur Bello. conſ. 30. nume. 11. & 12. Et in ſpecie, quòd dicta bona feudalia, emphiteutica antiqua, & fideicōmiſſo ſubiecta, per illa verba, vſumfructū omnium, & quorūcunque bonorum, nō intelligātur relicta, & vſumfructū in dictis bonis vxor habere non debeat, conſuluit etiam Rui. in conſ. 25. nu. 4. nu. 16. & ſeq. vol. 1. & melius in conſ. 206. ſub nu. 11. & ſeq. verſic. tertiò eſt videndum volu. 2. Cum non tolluntur contra ſonum, & formam verborum, & proprium eorum ſignificatum, vt in ſimili dicit. Ruin. conſil. 61. nume. 15. volum. 2. conſili. 145. numero, 10. volum. primo. Iuli. Clar. in §. teſtamentum, quæſtio. 76. Regula ſeptima, & quæ differūnt inter ſe, vnum non poteſt includi in altero, adnotata per Tyraquel. de retract. conuentio. ad finem tituli. num. 98, verſ. decimo ſexto quæro. car. 345. Petr. Benintend. in Rota Bononienſ. deciſ. 72. allegata autem per Ruin. conſil. 150. numer. 13 lum. 3. Bello. d. conſil. 9. numer. 13. & ſeque. Alcia. conſil. 611. & Albe. conſil. 73. volum. primo, in aliquo non habent obſtare, quia ſi volumus tenere, quòd poſsint dicta bona prohibita alienari, & alteri reſtituenda legari, & relinqui per teſtatorem vxori per coniecturas abſque eo, quod ſit neceſſaria illorū expreſsio, quod videtur difficile, & contra morem. Deci. in conſil. 139. diligenter. numer. 4. Ibi præfati Doctores poſuerunt verba hoc expreſsè denotantia, & maximè Ruin. in conſili. 150. volum. 3. & Bello. d. conſil. 9. quia ibi teſtator vſus fuit verbis, omnium bonorum quomodocunque ipſi ſpectantium, & quoquomodo per eum poſſeſſorum, per quæ verba voluit declarare in effectu, mulierem poſſe conſequi vſumfructum omnium bonorum poſſeſſorum tempore teſtamenti, quomodocunque, hoc eſt, ſiue iure dominij, vel quaſi poſſeſsionis, vel quaſi, vt patet ſenſui, ſecus autem, quando ſolum dixiſſet vſumfructum omnium, & quorumcunq; ſuorum bonorum vbicunq; exiſtētium, quia tunc verba non ſunt tàm clara, vniuerſalia, & prægnantia, & ſolùm demonſtrant bona teſtatoris, & non hæredis, aut alterius perſonæ: ideo miror de Alb. qui in d. conſ. 73. voluerit, quòd per illa verba, omnium bonorum ſuorum, intelligantur bona hæredis etiā relicta, & ſequitur Fran. Marzar. in tract. de fideicommiſſ. in 4. q. verſicul. quartò quæritur. quia ſine ratione, ſpeculatione, & æquitate, & contra communem loquuntur, vt eſt videre ex ſupra allegatis, & etiam deductis per D. Franc. Marzari. in d. q. 4. qui vellet tenere communem, ſed quia aliter iudicauit, dicit, mihi tamē magis placet pars iſta affirmatiua, quæ nullo modo eſt tenenda, niſi ex verbis prægnantibus aliter apparere non poſſet, vt etiam contra eos videtur ſentire Bero. quæſt. 56. teſtator, Et ita quilibet bonus Iudex debet iudicare, & non attendere ſubtilitates aduocatorum, quia nimia ſubtilitate non debent iudicia teſtantium fraudari. Nam ſæpenumero erratur in coniecturando voluntatem teſtatoris, quia eius animum non videmus: nihil enim inter homines ſic indubitatum eſt, vt non poſsit ſuſcipere quandam ſolicitam dubitationē, vt dicit Deci. conſil. 315. ſuperioribus. numer. 6. verſic. tertia ratione. Et ego quoque iudicarem in contingentia facti (alio non obſtante) licet aliter fuiſſet iudicatum in Rota Florentina, de anno. 1567. in cauſſa teſtamenti cuiuſdam Volaterrani, in quo relinquit eius vxorem dominam, & vſufructuariam omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium dicti teſtatoris, caſu, quo vidua, & honeſtè vixerit: qui iudicârunt in huiuſmodi legato per illa verba, omnium, & quorumcunque ſuorum bonorum, venire etiam vſumfructū bonorum emphiteuticorum, & fideicommiſſo ſubiectorum, antiquorum, cum expreſſa prohibitione alienandi, fundantes ſe principaliter ex allegatis conſilijs. Bello. conſili. 9. Alcia. conſilio, 611. Alb. conſili. 73. & Ruin. conſili. 150. numer. 13. vol. 3. qui loquuntur, maximè Bello. & Rui. in alio caſu magis claro, & diuerſo ſupra declarato: præterea quòd in caſu teſtamēti dicti Leonis prædicta conſilia vllo modo debebant allegari, quia nō loquun-

quuntur quando eſt dictum, omnium, & quorumcunque bonorum mobilium, & immobilium ipſius teſtatoris: Nam tunc, & eo caſu nedum non veniunt bona hæredis, ſed nec etiam bona omnia ipſiuſmet teſtatoris: quia non veniunt bona, quæ vſu conſumuntur, & ſeruādo ſeruari non poſſunt. §. conſtituitur. inſtit. de vſufruct. & ſupra dixi. numero, 88. nec iura, actiones, nomina debitorum, nec venalia, vt per Roland. à Valle, conſil. 65. num. 8. volu. primo Tyraquel. de retract. lignag. §. primo. gloſſ. 7. numer. 28. verſic. hinc quæ. char. 29. & ſupra dixi. numer. 83. quò fit, quòd ſi ex dicto legato non veniunt bona ipſius teſtatoris omnia, quæ iuſtè ſunt ſua, & in quibus habet actionem, & ſunt trāſitoria ad hæredes, quod eſt minus. Multo fortius venire non debent bona hæredis, & alterius perſonæ, in quibus non habet teſtator poſt eius mortem actionem, nec tranſeunt ad hæredes, d. l. princeps bona, & ibi Bart. ff. de verbo. ſignific. & per Ruin. d. conſil. 206. numer. 11. & ſeque. volu. 2. Imò Bart. in conſili. 87. Mathiolus Petri Barthol. verſic. hoc autem non contingit. vol. 2. dicit, quod teſtator iura & actiones reliquit hæredi, & non vxori, poſtquam non veniunt in huiuſmodi legat. Et etiam ex proœmio d. teſtamenti apparet, voluiſſe de bonis ſuis diſponere, & non hæredis, quia ibi notarius ſcripſit, volens de ſuis bonis diſponere, quę verba importāt bona teſtatoris, in quibus habet dominium, & actionem, & non hæredis, vt per Bart. in l. non aliter. ff. de leg. 3. ſentit Crauet. conſi. 256. numer. 5. 6. volum. 2. & Alexand. in conſi. 171.
108 in cauſſa. num. 3. vol. 6. Et verba proœmij teſtatoris, declarant mentem finalem ipſius teſtatoris, & de quibus bonis indubio voluerit teſtari, & teſtatus dicatur, vt per Lanfranc. in repet. c. quoniam contra. extra de probatio. num. 13. verſi. ſecundo. Nota quod ex proœmio Bald. in l. 1. ff. de orig. iur. Bar. in leg. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fac. & eſt tex. in l. regula. §. licet. verſi. initium conſtitutionis demonſtrat. ff. de iur. & fac. ignor. & Roland. à Valle, conſil. 86. numer. 58. lib. primo. Et quoties ponitur ſpecies, & ſequitur genus, in diſpoſitione aliqua, per adiectum neutrale, tunc genus ampliat tantum expreſſionē ſpecierum, in his quæ ſunt eiuſdem qualitatis, in alijs quæ non ſunt eiuſdem qualitatis, reſtringit Bello. conſili. 30. numer. 11. & ſeque. Nec habent obſtare verba inſtitutionis, & ſubſtitutionis dicti teſtatoris, vbi voluit, ꝙ poſt obitum ipſius teſtatoris, & eius dilectiſsimæ vxoris, non extantibus filijs maſculis, prædium della colombaia fideicommiſſo antiquo ſubiectum, vadat ad eius fratrem, quia per huiuſmodi verba nō intellexit, dictam vxorem eius vita durante debere habere vſumfructum dicti prædij della colom-
109 baia, vt ſentit Deci. conſili. 476. concluſionem ſuperius. numer. 2. Nam teſtator ſolum habuit reſpectum ad hæredes, & ſubſtitutos, & voluit, quòd eius frater habeat prædium della colombaia fideicommiſſo ſubiectum, poſt mortem ipſius teſtatoris, & eius vxoris, & ſic contulit ad tempus hoc prælegatum rei cohæredis, quod fieri poteſt, vt ſingulariter notat Roma. ſing. 247. lego Titio. per tex. in l. ambiguitatem. C. de vſufructu. & ibi Bald. & Roderic. Suarez. in leg. quoniam in prioribus in 7. amplia. numero, 3. verſicul. & non ſolum. C. de inoffi. teſtam. chart. 72. Non per hoc infertur, quòd viuente vxore ipſa debeat habere dictū prædium della colombaia, primò, quia teſtator hoc non expreſſit, ſecundò, quia hoc non reliquit d. eius fratri contemplatione ipſius vxoris, ſed abſtulit teſtator alteri fratri cohæredi contemplatione ipſius fratris, nimirum, ſi acquiritur fratri ſubſtituto ad tempus præfixum, & cum ante tempus nō abſtulerit, & nihil diſpoſuerit, illud cenſetur remiſſum ſub diſpoſitione iuris communis, l. commodiſsimæ. ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſſa. dat. & in propoſito videtur ſentire Petr. Pechi. de teſtam. coniug. lib. 5. capi. primo. char. 156. ſed de iure communi prædium della colombaia, mortuo dicto teſtatore ſine filijs maſculis, reuertitur ad dictos fratres, & hæredes, pro rata dicti prædij della colombaia, ex fideicōmiſſo antiquo: ergo ad ipſos durante vita dictæ vxoris teſtatoris debet pro virili remanere, & poſtea reuerti ad ſubſtitutum ex diſpoſitione dicti
110 teſtatoris ex ſupradictis, & in propoſito ſentit notabiliter Doctus Roderic. Suarez. Hiſpan. in repe. leg. poſt rem iudicatam, in prima extenſione numero, 10. ff. de re iud. chart. 558. per doctrinam Bald. in l. vnica. colu. fin. C. vt actio ab hære. & etiam quia quando aliquid aufertur alicui contemplatione alterius, illud nō acquiritur ei, cuius cōtemplatione fuit ſublatum, ſi hoc prouenit ex diſpoſitione hominis, ſed ſuſtituto, vel cohæredi q̄ritur. l. vxorem. §. hæres. vbi gloſſ. ff. de. leg. 3. & ibi Bart. facit feſtum, & Roman. ſingu. 699. regula eſt, & ibi addentes, ſecus ſi ex diſpoſitione legis & ſtatuti aufertur, quia tunc ei quæritur, cuius contēplatione priuatus fuit, vt dicit ibi Roma. d. ſingu. 699. Bart. in l. 2. §. videndum. ſub numero, 5. ff. ad Tertul. & Tyraquel. in le. ſi vnquam, in verbo. ſuſceperit liberos. num. 106. verſi. Nam & alias. C. de reuo. donatio. chart. 162. & facit ſimile adductum per Alex. in conſi. 57. ponderatis verbis. numer. 4. verſic. quo ad ſecundum dubium. volu. 3. vbi conſuluit, quòd vxor relicta vſufructuaria omniū bonorum, donec dotem ab hæredibus non petierit, non videtur per hoc excluſa ab vſufructu bonorum dotalium, nec hæredes dicuntur proprietarij, donec vxor non petierit dotem, quia iſtud deducitur tanquam æs alienum, ſicut ab inteſtato deducebatur, & ſic vides ibi, quòd licet ſit facta mentio de dote non ſoluenda, nec petenda, vſufructu durante ab hæredibus, quòd per hoc hæredibus non cenſetur legata dos vſufructu durante, adeo, quòd legitima de dictis bonis non deduceretur, licet contemplatione ipſorum hæredum prohibita ſit vxor petere dotem, cum ipſi hæredes ab inteſtato de iure communi dotem ipſam petere non poſsint, ſed ipſa vxor, multo ergo minus in caſu teſtamenti teſtatoris, vbi non fuit facta aliqua priuatio prædij della colombaia viuente vxore, ſed poſt eius mortem, & ipſa ab inteſtato nullo iure ſuccedat in dictis bonis, ſed ipſi fratres teſtatoris. Authent. defuncto. Cod. ad Tertul. vbi gloſſ. & Doctor. cum ſimilibus. Nec aliquod poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu in illis verbis, quòd poſt obitum ipſius teſtatoris, & eius dilectiſsimæ vxoris, non extantibus maſculis, prædium della colombaia vadat ad fratrem cohæredem,

redem, videlicet, quòd ante obitum vxoris vadat ad ipſam vxorem, quia corrigeret ius commune, & in ſenſu directo aliquid operantur illa verba: Nam frater ſubſtitutus conſequitur prædium della colombaia integrum, quod ſolum dimidium habere debeat de iure communi, & aliud dimidium alter frater abeo ſubſtitutus, adnotata p Doct. in leg.1.ff.de offic.eius.& infra dicam.numer.126. & licet ſit facta mentio de bonis fideicommiſſo ſubiectis antiquis in inſtitutione, non per hoc dicitur tacitè fuiſſe diſpoſitum de illis, in legato vſusfructus omnium, & quorumcunque ſuorum bonorum, imò expreſſe totum contrarium apparet, tùm, quia dixit bonorum mobilium, & immobilium ſuorum, cùm etiam, quia dicit, quòd principaliter voluit de ſuis bonis diſponere, vt ſupra latè demonſtraui, & etiam quia qualitas appoſita in inſtitutione, nō cenſetur repetita in præcedenti legato, vt per Roman. ſingul. 672. ſcis quòd. & dicam infra, numero, 139. & ſeque. & per Natta. conſilio, 459. numero, 17. in ſecunda part. qua de re vllo modo dicti fratres poterant, vt hæredes teſtatoris grauari, ad dandum bona liuellaria, & fideicommiſſo ſubiecta antiqua dictæ vxori pro vtendo, & fruendo (data ſcientia qualitatis dictorum bonorum per dictum teſtatorem) Et ſic videmus, quòd quandoque bonus dormitat Homerus, & in foro conſcientiæ poſſet per denuntiationem Euangelicam cogi ad reſtituendum dictum vſumfructum, ne in peccato continuo verſaretur, adnotata per Corne. conſilio, 137. licet mihi. volumin.2. & Petru. Pechi. tracta. de teſtamen. coniug. lib.5. cap.13. chart.153. Plot. leg. ſi quando. numero, 659. & ſequen. verſicul. ſi quis negauerit. Cod. vnd. vi. & per Didac. c. peccatum. in ſecunda part. in princip. de Reg. iur. in 6. chart.32. quod poteſt extendi etiam ad aduocatos, & iudices, vt per Syl. Nupti. lib. 5. titu. quomodo iudicandum in dubio. numero, 102. & ſequen. chart.540. & tit. ſequenti. numero, 14. Lancilot. Conrad. de offic.
111 prætor. lib. primo. Rubric. de ſententijs. numero, 14. & ſequen. Aegid. Boſſ pract. crimi. titu. de querela contra ſententiam. chart. 329. Et ideo Iudex nota benè quæ dicam infra. numero, 205. Septimò deduceret hæres beneficio legis, & inuentarij omne creditum, quod iam habuiſſet cum dicto teſtatore, & ab eo inuito petere poſſet, nam in hoc vxor non poterit conſequi vſumfructum, vt æs alienum teſtatoris. leg. debitori. & ibi Doctor. C. de pact. leg. fina. §. in computatione. Cod. de iur. deliberand. & ibi Paul. & Doctor. Aret. §. extraneis autem. numero, 3. inſtitu. de hæred. quali. & dif. vbi ponit etiam modum petendi, & Ioan. Anto. Trig. ſingul. 4. notandum habes. ſentit Roland. à Valle, conſili. 14. numero, 23. volum. primo. quod ſecus eſſet, ſi inuentarium non fuiſſet, quia tunc eius creditum eſſet confuſum cum hæreditate ſtatim adita hæreditate, & illud petere amplius non poſſet in præiudicium legatariorum, & creditorum teſtatoris, & ſic non poſſet illud deducere, vt æs alienum in præiudicium vxoris vſufructuariæ omnium bonorum teſtatoris, adnotata pulchrè per Anton. de ſan. de pignor. in 5. part. memb. primo. numero, 49. & ſequent. per Roland. in conſil. 71. numer. 59. ſequen. & numer. 67. & in conſil. 65.

numer.1. & ſub num.12. & ſequ. vol.2. & Ant. Trig. d. ſing. 4. & in propoſito decidit D. Bero. quæſt. 13. & Crauet. conſi. 300. nume. 7. verſic. quartò dubitatur. vol.2. Octauian. Pedemonta. deciſ. 30. quæſitum. num.1.2. & 9. vbi etiam volunt, non procedere in fideicōmiſſo vniuerſali, nam illo caſu hæres grauatus reſtituere fideicommiſſo vniuerſali, poteſt deducere omne ſuū creditum ciuile, & naturale, & ſic bona ſua aduentitia, & legitimam, & Trebellianicam, & ſequitur Ant. Trig. ſing. primo hæres grauatus, Natta, conſ. 255. latè. Crauc. conſ. 144. vol. primo. & venerandus pater meus D. Car. in conſi. 47. vol. primo in meis, & rationem adducit Ant. de Fran. d. memb. ſub nume. 52. char. 278. imò ſi bona hæreditaria aliquo vſu ſint conſumpta, vel deperdita abſque culpa ipſius grauati, non poterit ipſe hæres grauatus cogi ad computandū in eius portionem, ſed in portionem hæreditatis defuncti computabitur. Pariſ. conſ. 55. numer. 27. volu. 2. & in conſi. 55. numer. 26. vol. 3. & ſi ſoluerit legata, & debita aliqua teſtatoris, poterit repete-
112 re à fideicommiſſario, vt dicit Pariſ. d. conſ. 55. numer. 27. volu. 3. Natta, conſili. 255. præſupponitur in facto. in ſecunda par. Crauet. conſil. 144. nume. 5. volu. primo. Vxor verò legataria vſufructuaria omnium bonorum, poterit deducere de huiuſmodi legato dotes ſuas, bona paraphernalia, & extra dotem, & donationes ante nuptias, & finaliter omne eius creditum ciuile voluntariū, vt per Bar. conſili. 216. Addolandus. lib. primo Franc. Marc. deciſ. 837. in prima part. Roland. à Valle, conſili. 74. numer. 26. volum. 2. Benedi. in cap. Raynutius in verbo. cætera bona. numero, 23. de teſtamen. & per Pariſ. conſil. 95. numer. 55. volum. 2. ſentit Roland. conſil. 65. numero, 18. & ſequen. volu. 2. Niſi teſtator in teſtamento dixiſſet, quòd relinquit eam dominam, & vſufructuariam, donec ſuas dotes, & bona non petierit, quia tunc petendo dotes & bona, non poterit vſumfructum cōſequi. Alex. conſili. 57. numer. 4. verſic. quoad ſecundum dubium. volumi. 3. & Roland. à Valle, conſili. 74. numero, 26. & ſeque. volumi. 2. vbi dicit, quòd ſi hæredes ſponte dederint, non perdet vſumfructum, & ſentit Durant. de arte teſtan. titu. de vari. teſtato. præcep. cautel. 8. Nec in legitima filiorum durante vſufructu, dictæ dotes, & bona imputabuntur in præiudicium vſusfructus mulieris, vt dicit ibi Alexand. d. conſilio, 57. d. numero, 4. quod eſt notatu dignū, quia quilibet de facili diceret contrarium, poſtquam in fauorem filiorum fuerit
113 prohibita repetitio dotis, & bonorum ipſius vxoris. Hoc autem legatum vſusfructus omnium bonorum ſimpliciter vxori relictum erit perpetuum, nec per tranſitum ad ſecundas nuptias vxor (non relictis filijs) illud perdet, etiam quòd infra annum luctus nuberet, vt dicit Boeri. deciſi. 193. numero, 2. & 3. & deciſ. 186. Crauet. conſilio, 36. Amadeus lib. primo per text. in Authent. hoc locum. Cod. ſi vxor ſecundò nupſe. & Pariſ. conſi. 95. numer. 17 & ſequen. volum. primo & Ioan. de Garroni. in ſuo tract. de ſecundis nuptijs. numer. 16. verſicul. decima ſexta pœna, vbi ponit, an ſit idem in alimentis, quod ſecus erit, ſi inhoneſtè vixerit, vt per gl. Bar. & DD. in l. foro. C. de his qui. vt indig. & Ang. à gambil. in tract. de teſta. gl. 46. n. 5.

Octaui.

Octauian.Pedemonta.deciſ.77.numer.4.Sed acquirentur fiſco & non hæredi: qa ei aufertur tanquam ab indigno, vt ibi dicunt Doct. licet contrarium ſit verius, quòd per adulterium, & inceſtum conſolidetur ſtatim vſusfructus cum proprietate, per tex.in §.finitur, inſti.de vſufru. & dicam infra, numer.228.& numer.232.& ſeque. Et etiam non perdet per tranſitum ad ſecundas nuptias vſumfructum, ſi non ſimpliciter, ſed donec, quandiu, & quouſque vixerit vxor vſufructuaria, quia vſque ad eius vitam erit vſufructuaria, non obſtātibus ſecundis nuptijs, poſt quam non dixit teſtator, ſi vitam vidualem ſeruauerit: vt per Frederic. de ſen. in conſili. 36. caſus ad finem. Ioan. de Garroni.in leg.1.numer. 26.& ſeque. verſicu. ſed pulchrum dubium eſt. C. de ſecundis nuptijs. Imò fortius dicunt Doctores, quòd ſi fuiſſet dictum, donec caſtè, & honeſtè vixerit, relinquo vſufructuariam, quòd per tranſitum ad ſecundas nuptias dicitur caſtè, & honeſtè viuere, & non amittit legatum, vt per Bart.in leg.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebel.Hippol.in l. vnica. numer.188.
114 verſicul.nota vlterius de raptu. virgi.& Claud. Aquens. in d. §. cum proponeretur, vbi dicit communem, & ita etiam ſequitur Fernand.Hiſpan.tit. de legatis.§.27.lib.3. vbi corroborat ex alia communi opinione, quæ eſt, quòd omnes pœnæ hodie, leg.1.& totius tituli, C. de ſecund. nupti. ſunt ſublatæ, filijs non extantibus, vt dicit tex. in dict. Authe.hoc locum, & tradit Crauet.in conſil.36. & in practica hanc opinionem eſſe ſequendam dicit Corſet. in repertorio ſuo ad Abbatem, in verbo, vſumfructum bonorum meorum. Quamuis contrarium voluerit Iaſ. in l.fin.§.fin.in fin. C.de indi. vidui.tol.vbi dicit communem, conſtituens differentiam inter vxorem, & filiam. & Durant. de arte teſtan.tit de legatis, cautela.39. ſi vxor.nume.4.& Tyraque.in l.boue.§.hoc ſermone.nu.149. & ſeq. ff.de verbo.ſigni.char.33. A prima tamen opinione non eſſe recedendum exiſtimaui in conſulendo, & iudicando, non extantibus filijs, quia non apparet, cui iniuria ſit facta, & cui intereſt hanc defendere iniuriam: & meritò rectè tenuerunt Doctores, huiuſmodi pœnas tranſeuntium ad ſecundas nuptias, filijs non exiſtentibus, de iure canonico & ciuili hodie eſſe ſublatas, & legatum deberi d. Authe.hoc locum.& Tyraqu. in l.ſi vnquā, in verbo, ſuſceperit liberos.num.162. C.de reuoc. donatio.& Boeri. deciſ.186. & neſcio videre differētiam inter vxorem, & filiam (ſublata iniuria mariti, & filiorum) quòd magis in filia, quàm in vxore valeat legatum, & dicatur caſtè, & honeſtè viuere, & non vxor, & ideo truffa mihi videtur, niſi iſta vxor ad tertias conuolaret poſtea nuptias, quia non diceretur caſtè, & honeſtè viuere, vt per Pariſ. cōſili.260.numer.9.volum.4. & ſequitur Phannuci. in ſuo tract. de lucro dot. gloſſ.6.ſub numero, 2.&
115 numer.3.chart.300. quod non tranſit ſine dubio. Si autem eſſet legatum factum cum hac dictione, donec, quouſque, & quandiu caſtè vixerit, & non nupſerit, vel vitam vidualem ſeruauerit, tunc per tranſitum ad ſecundas nuptias amittet vſumfructum, & conſolidabitur cum proprietate, & iſto caſu tale legatum erit annuum. le.legatum.& leg. ſi in ſingulos annos.ff. de annuis legat. & pro primo anno erit purum, pro ſequentibus verò annis erit conditionale, & plura legata eſſe intelliguntur, videlicet, quolibet anno vnum legatū, & ſingulis annis cedit dies legati, inſpicitur conditio perſonæ legatariæ, vt per Barto.& Docto.in dict.l. Titia.§.Titia.in fin.ff.de leg. 2. & in l.moribus.colum. penult. verſicu. ſed quid ſi teſtator.ff.de vulga.& pupil.ſubſtit.Alexand.in conſil.28. viſo themate.colum.1.volu.4.Bart.Paul.de Caſtr.& Doct. in leg.fin.C. de indi.vidui. tol. Soci.in conſili. 81. Non eſt dubium.numer.7.& ſeque.volum.3. Rui. conſili. 190.numer. 1. & ſequen.conſili.51.numer. 17.volum.2.Pariſ.conſili.95. numer.44.volum.2. & Crauet.conſil. 300. numer. 5. volu.2. vbi etiam præfati Doctores concludunt, propter illas dictiones, dum, donec, quandiu, & quouſque, pro tēpore præterito valuiſſe legatum, & licitè fructus vxorem percepiſſe, nec teneri illos reſtituere per tranſitum ad ſecundas nuptias, ſed benè pro tempore futuro ceſſare legatum, ceſſante dicta conditione viduitatis, & honeſtatis, vt etiam ſequitur Iaſon in leg. fundum ſub conditione. §. ſi pater. numer.3. & 4.ff. de leg. primo, quia illa verba, donec caſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, vel non nupſerit, non important de neceſsitate perpetuitatem, ſed temporalitatem, vt patet ex deciſionibus ſupra allegatis, vbi habetur, quòd ſi maritus relinquit vxori vſumfructum, donec caſtè vixerit, & in viduitate permanſerit, quòd ſi iſta vxor ſteterit vidua per triennium, & perceperit fructus triennales, & poſtea nupſerit, non tenetur reſtituere fructus, quos percepit pro illo triennio, quo ſtetit in viduitate, & apertius hoc tenet Bald. & Imol.leg.cum filius.§.qui Mutianam. ff. de le. 3. & Pariſ.conſil.95.nume.47.volum.2. Quod comprobari poteſt per tex. in d.l. fin.C. de indi. vidui. tollen. vbi conditio illa, ſi peruenerit ad viduitatem, vel erit vidua, aut efficietur, verificatur, ſi fuit poſtea vidua, etiam quod nō perſeuerauerit in viduitate, vbi Paul. de Caſt. quem refert & ſequitur Iaſ.in d.l.fin.col. fin. dicit hunc caſum habuiſſe de facto Venetijs, ex quo fuit factum legatum cuidā mulieri, ſi vidua erit, & illa fuit effecta vidua, & poſtea nupſit poſt certum tempus, tamen non propterea debeat amittere legatum, licet non perſeuerauerit in viduitate, quia non requiritur perſeuerantia in conditione, & ſequitur Rola.à Valle, in ſuo tract. de luc. dot. quæſtio. 51. ſtatuto cauetur. numer.4.verſic.tertio accedit, & dicit Iaſo. in d. l. fin.in fi. quod Paul. de Caſt. tenet, idem eſſe ſi teſtator dixerit, ſi vxor mea vel filia reſtaret, vel permanebit vidua propter communem vſum loquēdi, qui eſt, quòd intelligatur de vidua ſemel effecta, & non perpetuò duratura, licet hoc ſibi non placet, & dicit.Paul.de Caſt.iſto caſu loqui ſine ratione, & lege, quod mihi etiam non placuit propter importantiam proprietatis dictorum verborum, quæ denotare videntur perpetuam viduitatem, & firmam permanentiam, & exiſtentiam, vt
116 ſentit etiam Rui.conſil.91.ſub numer.13.& 14.vol. 2. Quamuis in caſu dictionis, donec, & quouſque, requiritur perſeuerantia ad effectum conſequendi legatum, pro futuris annis, cum ſit annuum legatum, & debeatur quolibet anno, quod ſecus eſſet, ſi vnicum ſolum fuiſſet legatum, quia differt

an ſit

an ſit legatum annuum, an verò ſimplex, & vnicũ: nam primo loco non debetur pro futuris annis conditione deficiente: ſecundo loco debetur in perpetuum, & non reſtituitur, vt notat Pract. Pap. in for. lib. quo vxor agit ad dot. in gloſſ. donec. numer. 8. chart. 243. ſentit pulchrè Ruin. conſili. 34. ſub num. 4. & ſeq. vol. 2. Capici. deciſ. 203. num. 4. & Bar. in l. Titia. §. fin. vol. 2. ff. de leg. 2. Et ideo varia, & diuerſa requiritur præſcriptio: quia alia requiritur in legato annuo, & alia in vnico legato, vt ponit Ruin. d. conſili. 34. numer. 5. Franc. Balb. de præſcript. in 4. par. 4. par. prin. in 4. quæſt. nume. 1. & ſeq. Iacob. Machel. Patroci. 29. nume. 18. & nu. 19. Hoſtiens. pulchrè in Rub. de præſcriptio. rerũ immobili. numer. 41. verſic. item non currit præ-
117 ſcriptio. & Hiero. Gigas. tract. de penſioni. quæſt. 83. numer. 5. & nume. 11. & tetigi infra. numer. 168. qua de re verba legati diligenter ſunt conſideranda, quia legatum huiuſmodi poteſt fieri ſub triplici genere, & cõditione, vt dicit Paul. de Caſt. Corne. & Iaſo. in d. l. fin. C. de indi. vidui. tollen. Primò ſub illa conditione, ſi vxor ad viduitatem peruenerit, vidua erit, aut efficietur, reſtaret, & permanebit, & iſta conditio adimpletur illicò, quod peruenit ad viduitatem, & per iſtam conditionem nõ aſtringitur mulier in illa perſeuerare, vt dicit tex. in d. l. fin. in fi. Secundò fit legatum ſub conditione, donec, quandiu, & quouſque vidua erit, aut nõ nupſerit, & caſtè vixerit, & iſta conditio ſimiliter non importat viduitatem, & caſtitatem perpetuam, ſed per tempus. Nam per eam teſtator non prohibet, vt nõ nubat, ſed vult, quòd habeat quouſque non nupſerit, poſtquam verò nupſit, quòd non habeat etiam, quòd mortuo ſecundo marito reuerteretur ad viduitatem, vt latè in propoſito conſuluit Deci. conſili. 621. aliàs conſuluit Ruin. conſili. 65. numer. 1. numer. 6. & ſeque. volumi. 2. Iacob. Machel. Patroci. 50. numer. 1. 2. & faciunt adducta per Iaſo. in leg. ſuis qui pro emptore. nume. 89. ff. de vſucapio. quia vſufructu ſemel extincto non reuiuiſcit, vt dicam infra. numer. 231. Tertiò fit legatum ſub conditione, ſi vxor non nupſerit, vel caſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, & iſta conditio benè inducit viduitatem, & perpetuò debet ſeruari, & debet habere perſeuerantiã, taliter, quòd ſi vxor aliquo tempore ſteterit vidua, & poſtea ſecundò nupſerit, vel inhoneſtè vixerit, priuatur legato, & reſtituere tenetur omnes fructus quos recepit, ſeu percepit pro tempore præterito, tex. eſt in §. ſi vero. & §. ſeque. Authent. de nuptijs. & Authe. cui relictum. C. de indi. vidui. tol. & ibi Doct. & Paul. de Caſt. & Iaſ. in d. l. fi. Cagnol. in l. quod à quoquam. numer. 12. ff. de reg. iur. & latè in propoſito conſulit Pariſ. in conſil. 95. nu. 44. & ſequ. volu. 2. ſentit Franc. Marc. deciſ. 1056. numer. 2. & ſeque. in prima par. & faciunt adducta per Tyraquel. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur. numer. 277. C. de reuoc. donatio. Et etiam fuit diſputatum in ciuitate Aretij coram eximio legum Doctore D. Camillo de Incontris, ſocero meo honorando, ibi officium aſſeſſoris exercente, ſuper dictione, dummodo, an importaret perpetuam viduitatem, vel ſolùm temporalem, ſicut donec, & quouſque. Nam teſtator quidam Aretinus reliquit eius vxorem dominam, & vſufructuariã toto tempore vitæ ſuę, dummodo vitam honeſtam, caſtam, & vidualem ſeruauerit, ſi verò tranſierit ad ſecunda vota, tunc eidem reliquit tantũ florenos ducẽtos vltra dotes & lucra, & fuit iudicatũ ꝑ Rotam Florenti. dictionẽ illam, dummodo, importare modum, ſeu conditionem finalem, ſicut importat dictio, ſi vitam vidualẽ ſeruauerit, & cõſequenter dictam vxorem per tranſitum ad ſecundas nuptias, amiſiſſe vſumfructum, & obligatam fuiſſe reſtituere omne illud, quod percepit tẽpore viduitatis, propter modum, ſeu conditionem, & teſtatoris voluntatem non adimpletam, & ſcutos ducentos vltra dotes per talem tranſitum ad ſecũdas nuptias petere non potuiſſe, poſtquam elegit à principio vitam vidualem, & vſumfructum percepit, & certè rectè fuit iudicatum, vt etiam D. Carolus pater meus, D. Dyoniſius Germanus, & D. Camillus ſocer affirmârunt, quia dictio, dummodo, importat modum, ſiue conditionem, & cauſſam finalem, vt per Bar. in l. quibus diebus. in §. fi. verſic. quid de dictione dummodo. ff. de condi. & demonſtra. in l. cum ab eo. ff. de contra. emptio. vt dicit Bal. in. c. dudum. col. 6. verſic. & hæc faciunt, de electio. quòd dictio, dummodo, obligat vxorẽ ad ſic faciendum. Ant. Blanch. de cõpromiſ. quęſt. prima ſub numero, 28. char. 48. & faciunt tradita, per Aret. in l. ſi ita quis. ff. de verbo. oblig. Rui. cõſ. 202. nume. 4. & ſequent. volum. primo. Alex. in l. 1. colu. 1. ff. ad leg. falcid. & latè Tyraqu. de retract. §. 8. gloſſ. 8. chart. 179. verſic. hæc galica. vbi de ſignificatu talis dictionis, dummodo, loquuntur, & legatum factum ſub modo, vel ſub conditione pari caſu ambulat. l. 1. C. de his quæ ſub modo. lega. & quando dictio, dummodo, apponitur poſt diſpoſitionem perfectam, tunc ſignificat etiam conditionem, vt per Bald. in d. l. fin. colum. fin. verſic. in gloſſa. Quin etiam Barba. in c. cum vt, de vſu. Soci. in conſili. 148. numer. 4. & numer. 46. volum. primo. Iaſ. in conſil. 104. colum. 4. volu. 4. & D. Bero. quæſt. 99. nume. 3. At in caſu iſto factum fuit legatum perfectum, relinquendo eius vxorem dominam, & vſufructuariã toto tempore vitæ ſuæ, nec erat neceſſarium adijcere dictionem, dummodo, ergo adiecta facit cõditionem, & perinde eſt, ac ſi teſtator dixiſſet, ſi vitam caſtam, & vidualem ſeruauerit, per ſupr. & maxime Soci. in d. conſi. 148. Et dixit Bald. in d. l. fin. in d. verſic. in gloſſa. quin. etiam, quòd vxor prohibetur à marito tranſire ad alium virum ſub modo, vel ſub conditione, & non obſeruando modum, vel conditionem, priuatur legato, & cogitur reſtituere fructus, & ſequitur Alexan. in conſilio, 102. colum. 1. 2. verſicul. ſecundò principaliter. volumi. primo. Cornel. conſili. 162. lit. T. & V. volu. 2. & colligitur ex adductis per Pariſ. conſilio, 20. & in conſilio, 95. numero, 44. volum. 2. & ſentit Dom. Bero. quæſti. 99. numero, 3. Et ideo talis mulier vſufructuaria, vt ſupra dixi, tenetur, antequam incipiat vti & frui legato, præſtare ſacramentum, & cautionem Mutianam hæ-
118 redibus mariti, de conſeruanda viduitate, & honeſtate, vſque ad mortem, etiam parte non petente, ſi vult ingredi poſſeſsionem bonorum ad vſufructuandum, vt per Doct. in Authen. cui relictũ, vbi Iaſo. colu. penult. verſic. ſed poſt annum bene. C. de indi. vidui. tol. & ſentit Paul. de Caſtr. etiam,

N ibi

ibi verſic. Sed ſi fuiſſet. Rui. conſi. 34. numer. 4. vol. 2. & Soci. in l. mutiana. numer. 5. & numer. 6. C. de condi. & demonſtra. & dixi ſupra. numero, 91. & Natta. conſil. 459. numer. 17. & infra. nume. 132. Et
119 non eſt mirum, quòd vſufructuaria teneatur reſtituere vſumfructum perceptum per tranſitum ad ſecundas nuptias, quando eſt relictum ſub dictione, ſi, dummodo, caſu quo, viuendo tamen, dato quod, ita tamen, ita quod, & alia ſimilia, idẽ importantia, vt de dictione, dummodo, & ſi, ſupra latè declaratum eſt, de dictione, ita quod, viuendo tamen, & ita tamen, habetur per Crauet. conſ. 201. numer. 40. & ſeque. lib. 2. & Pariſ. conſil. 17. nume. 19. volumi. primo. De dictione, caſu quo, traditur per Corne. in conſili. 187. circa hanc conſultationem. lit. G. verſicul. & ponderanda ſunt illa verba. volum. 2. & Crauet. conſil. 98. numero, 6. lib. primo. Quia vltra alias rationes, quæ mouent vſufructuarium ad reſtituendum totum, & integrum vſumfructum, perceptum à morte teſtatoris vſq; ad ſecunda vota, eſt iſta, quia contrafecit voluntati teſtatoris, & ideo cenſetur ſemper fuiſſe in mala fide, & cum animo tranſeundi ad ſecunda vota, vt per Iaſo. in dict. Authenti. cui relictum. colum. 3. in 3. notab. numer. 7. & Paul. de Caſtr. in leg. 1. & ibi. Iaſo. C. de his quib. vt indig. ſub numer. 1. Vnde poſſet dubitari, ſi non contrafeciſſet voluntati teſtatoris, ſed menti ſtatuti figentis in loco teſtatoris, an teneretur talis mulier vſufructuaria reſtituere totum, & integrum vſumfructum, perceptum ſecundum mentem teſtatoris, & contra intentionem ſtatuentium, & prima facie videretur dicendum huiuſmodi vſufructuariũ teneri ad reſtituendum totum vſumfructum, per doctrinam Guid. pap. ſing. 181. & ſin. 259. in fi. vbi dicit, quòd emens, vel aliquid acquirens contra mentem ſtatuti, vel legis, dicitur malæfidei poſſeſſor, & Corn. conſili. 243. lit. d. volum. 2. & Ruin. conſili. 60 numer. 28 & ſequen. volum. primo. & ideo non pręſcribit, vt per Plot. in l. ſi quando. numer. 226. verſicul. Decretum eſt. C. vnde vi. & ſic non lucratur fructus, iuxta latè tradita per Deci. in l. generaliter. numer. 32. ff. de Regu. iur. & latè per Aret. §. ſi à non domino. numer. 3. inſtitu. de rerum diuiſio. & Boeri. deciſ. 98. numer. 3. & per Didac. cap. peccatum. in 2. par. §. 3. numer. 9. & ſequen. verſic. nono
120 hinc. de Reg. iur. in 6. chart. 80. Quia ignorantia in eo non præſumitur, cum quilibet præſumitur ſcire iura, & conſtitutiones ſuæ ciuitatis, & patriæ, vt per Spec. tit. de conſtit. §. primo. verſ. quid ſi extraneus. Roma. in conſili. 228. colu. 3. & Iaſ. in conſili. 83. ſub numer. 2. volum. primo. vbi extendunt etiam ad forenſem, habitantem in loco ſtatuti per annum, & ideo mulier nec ruſticus excuſantur ꝑtextu talis ignorantiæ, nec reſtituuntur in integrum, vt conſuluit Alex. in conſi. 165. dubitatur an mulier. volum. 6. & Plot. in l. ſi quando. num. 440. & ſeque. verſicul. fallit ſecundo, & nume. 262. verſicul. quarto dico. Co. vnde vi. & Octauian. Pedemont. in deciſ. 87. quæſitum fuit. numer. 4. & ſeq. char. 332. Nam ſcientia iuris in dubio præſumitur, niſi probetur ignorantia, vt per Ruin. conſili. 26. numer. 30. volum. 3. Et cum ſciuerint, aut potuerint ſcire, dicuntur in mala fide, & titulus dicitur procuratus, & habens titulum procuratum non facit fructus ſuos, vt per Roma. ſing. 343. tuſcis. &
121 ſunt videndi Docto. in l. apud antiquos. §. fin. vbi. Bar. & Bald. C. de fur. Quod autem talis vſufructuaria, quæ percepit vſumfructum ſecundum voluntatem teſtatoris, nõ teneatur reſtituere vſumfructum, & fructus perceptos, niſi à die litis conteſtatæ, vel proteſtationis factę, de conſeruando diſpoſitionem ſtatutariam, facit, quia cum bona conſcientia iſta vſufructuaria potuit percipere vſumfructum ſibi relictum ex teſtamento non ſolenni, & inualido, donec de inualiditate nõ fuerit oppoſitum, cum tale legatum in foro conſcientiæ valeat, & teneat per ea quæ tradit D. Abb. in c. relatum il primo colum. 6. de teſtamen. Imol. in leg. nemo poteſt. & ibi Alexand. colum. 10. ff. de leg. 1. Paul. de Caſtr. in le. ad tertium. §. conditionem. ff. de teſtamen. Abb. in c. primo. colum. 2. quod met. cauſſa, & eſt communis opinio, vt per Brun. de ſolennit. in vltimo effectu. verſicu. tertio dicta concluſio reſtringitur, chart. 60. facta verò dicta oppoſitione benè verum eſt, quòd tunc talis vſufructuaria tenetur reſtituere vſumfructũ de præſenti, & non de præterito, hæredi ab inteſtato, aut ex teſtamento petenti, vt per Calderi. in diſp. incip. Bononienſi ſtatuto, vbi dicit, ꝙ hæres ab inteſtato licitè petere, & habere poteſt, etiam in foro cõſcientiæ, hæreditatem illius, qui teſtamentum fecit, & alium ſcripſit hæredem, quoniam teſtamentum ſuum factum eſt irritum, eò, quia nõ fuit poſitum in memorialibus ſecundum formam ſtatuti, & latè proſequitur Alexand. in conſili. 119. volu. 6. Nam ſtatuta etiam in foro conſcientiæ ſunt ſeruanda, quando per rationem, & non per ſolam præſumptionem ſunt condita, & diſponunt, vt per Bald. in leg. penultima. §. illo. Cod. de neceſſari. ſer. hære. inſtitut. & Iaſon, in leg. certum eſt numero, 14. Cod. vnde legit. & in leg. ſi poſt diuiſionem. numero, 6. Cod. de iur. & fact. ignor. Nec eſt abſurdum, quòd poſsit aliqua res iure permittente hinc inde retineri, videlicet per eum, qui innititur voluntati non ſolenni, & per alium, qui eſt tutus præſidio legis aduerſus talem voluntatem, vt l. militis codicillis. §. Veteranus. ff. de teſtame. milit. & patet ex multis exemplis traditis in cap. quia plerique. de immuni. Eccleſiæ. Et ideo per legatarium non poteſt exceptio obijci contra eum, qui innititur legis præſidio ab inteſtato, quia hoc eſſet per indirectum deſtruere iura communia, & dare materiam iurgiorum, vt per Imol. in dict. le. nemo poteſt, & Calder. d. diſput. & ſequitur Brun. vbi ſupra. verſicul. tertio dicta concluſio reſtringitur, circa finem. Et ita circa fructus hæreditatis fuit iudicatum Florentiæ per excellentiſsimum D. Paulotium auditorem magnificorum dominorum, conſeruatorum legum, de menſe Aprilis annno. 1563. virtute cuiuſdam teſtamenti celebrati per quandam D. Claram de Cicerano, ſine ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis, & ſequitur Cagnol. in leg. qui in alterius, ſub numero, 26. ff. de Regu. iur. & Plot. in leg. ſi quando. numer. 226. verſicu. quarto dico. in fin. numero, 268. verſicul. Sed redeundo. in fine. & numero, 280. verſicul. hæres enim inſtitutus. Codic. vnde vi. & Iaſon, in leg. cum fundus. num. 2. ff. ſi cert. pet. ergo multo magis in fructibus rei legatæ ex teſtamẽto minus ſolenni

ſolenni procedere habet, quia legatum retinetur,
& per poſſeſsionem conualidatur, vt dicit Capici.
deciſ.89.in cauſſa Ioannis Baptiſtæ. nume. 1. & ſe-
que. licet iſto caſu non ſit ex defectu ſolennitatis,
ſed poteſtatis nullum legatum, quod multum dif-
fert, adnotata per Iul. Clar. §. teſtamentum. q. 18.
& q.6. verſic. ſed quæro. car.10. col.1. in fi. & Didac.
in c. peccat. in 2. par. §.3. n.9. & 10. de reg. iuris in 6.
& ſic patet, vſufructuariā non eſſe obligatā reſtitu-
ere fructus perceptos ex vſufructu ſibi relicto iu-
dicio teſtatoris, niſi à die interpellationis, litis mo
tæ, aut conteſtatę, & ſic à die motæ. Didac. d. cap.
peccatum. d. §.3. numer. 9.10. & Petr. Pechi. tract.
de teſtam. coniug. lib.4. ca. 13. Poſtquam cum bo-
na conſcientia potuerit talem vſumfructum con-
ſequi, & percipere, iuxta tradita per Aret. in §. ſi
quis à non domino. numer. 3. inſtit. de rer. diuiſio.
& Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſ. remedio. 15.
q.40. numer. 580. chart. 172. & per ſupra allegata:
quamuis videatur poſſe aſtringi ad reſtituendum
vſumfructum extantem, & ad illud, quòd appare-
ret ex dicto vſufructu factus locupletior, vt bonę
fidei poſſeſſor, adnotata per Alexan. in conſil. 90.
in cauſſa, & lite. nume. 11. verſi. quo autem ad fru-
ctus. volum. 2. Plot. d. l. ſi quando. nume. 28. verſi.
hæres enim, & Didac. Couar. in ſuo tract. varia. re-
ſolutio. lib. primo cap.3. ſub numer. 7. verſi. quar-
122 ta concluſio. chart. 73. vbi dicit, hoc procedere, ſi
infra triennium fructus fuerunt petiti, aliàs ſibi
acquirit bonæfidei poſſeſſor per vſucapionem, &
dicit eſſe communem opinionem, & Iacob. Me-
noch. in ſuo tract. de recuper. poſſeſ. remedio 15.
quæſt. 40. chart. 171. numer. 580. & ſequ. in ſecun-
da concluſione, & numer. 593. verſic. prima con-
cluſio. & num. ſequ. & prædicta nota benè tu Vo-
laterranus, quia habes ſtatutū ſub Rubr. 104. quid
maritus vxori diſponens, quòd maritus poſsit re-
linquere vxori ſuę vſumfructum omnium ſuorum
bonorum, & eam relinquere dominam, & vſufru-
ctuariam in caſu, quòd honeſtè viuat, & vitam vi-
dualem ſeruet, ſtando in domo eius viri: Nam ſi
maritus relinquit vxorem dominam, & vſufruc-
tuariam omnium bonorum, donec, & quouſque
caſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, vel to-
to tempore vitæ ſuæ, etiam quòd transeat ad ſe-
cundas nuptias, & eueniat poſt aliquos annos, ꝙ
iſta vxor tranſeat ad ſecundas nuptias, nihilomi-
nus nō tenebitur reſtituere totos, & integros fru-
ctus illius vſusfructus perceptos, antequam ſecū-
dò nuberet, niſi fuerit proteſtatum ante per hære-
dem, de importantia dicti ſtatuti, cum iudicio te-
ſtatoris, cum bona conſcientia vſumfructum ac-
ceperit per ſupra. & faciunt tradita per Plot. d. le.
ſi quando. numer. 253. verſic. fallit in caſu quo. C.
123 vnde vi. Et nulli dubium eſt, quòd tale ſtatutum
potuit hunc modum relinquendi vſumfructum
inducere, & valet, tenet etiam, quòd auferret, di-
cta conditione non adimpleta, liberam teſtandi
aut relinquendi facultatem, per ea, quæ conſuluit
Anchar. in conſil. 14. videretur, Iaſo. in l. ex facto.
ff. de vulg. & pupil. Alexa. in conſil. 54. in caſu quo.
numer. 9. volu. 7. Soci. conſil. 74. volu. 3. Deci. cō-
ſi. 196. in caſu propoſito. Iaſ. in l. ſciendum. nu. 6. ff.
de l. primo. Hyppol. ſing. 569. pia cauſſa. num. 2. &
Durant. de arte teſtan. tit de his qui non hab. teſta.
factio. cautela 2. & in terminis noſtris quòd tale
ſtatutum debeat obſeruari, tradit Iac. Nouel. reg.
124 245. in verb. vxor. in 2. fallentia, & ſentit Boeri. de-
ciſ. 198. num. 4. & Pet. Pechi. in tract. de teſtam. cō-
iug. lib.4. cap.13. char. 153. Quod ſtatutum nedum
haberet locū in legato vſusfructus, facto per ma-
ritum vxori, ſed etiam econtra in legato facto per
vxorem marito. vt dicit Plot. in d. l. ſi quando. nu.
433. & num ſeq. verſi. & quamuis. C. vnde vi. & vi-
de Rui. conſi. 174. nu. 6. & ſeq. volu. primo. & faci-
unt quæ infra dicam, in cap. 11. tit. de pœnis tran-
125 ſeuntium ad ſecundas nuptias. num.3. & Deci. in l.
ſicut in bonis. nume. 9. & ſequ. C. de ſecund. nupt.
Et licet ſtatutum prædictum in ſenſu directo non
videatur imponere neceſsitatē marito, relinquē-
di vſumfructum vxori ſuæ, in caſu, quòd honeſtè
viuat, & vitam vidualem ſeruet, ſtando in domo e-
ius viri, cum per verbum, poteſt, loquatur, quod
verbum quando negatiua oratio non præcedit,
non importat neceſsitatem, ſed liberā relinquen-
di voluntatem. gloſ. in c.1. de reg. iur. in 6. Abb. in
c.1. de fid. inſtrum. & præcipuè in ſtatutis, in qui-
bus tale verbum poteſtatem concedit, non autem
inducit, vt tradit Cuman. in conſi. 148. circa medi-
um, tamen ex eo, quia tale ſtatutum in ſenſu dire-
cto nihil operatur, à contrario ſenſu ſumit argu-
mentum, quòd ſi non reliquerit in caſu, quòd ho-
neſtè viuat, & vitam vidualem ſeruet, ſtādo in do-
mo viri ſui, ſed donec, & quouſque, & tranſeunte
etiam ad ſecundas nuptias, tale legatum ſit nul-
lum, & maritus tali caſu, non poſsit vſumfructum
vxori ſuæ relinquere, & hoc modo intelligendo
ſtatutum aliquid operabitur in ſenſu contrario, &
ita omninò in caſu iſtius ſtatuti dicendum eſt: quia
quotieſcunque ſtatutum in ſenſu directo nihil o-
peratur, tunc & eo caſu ſumi debet argumentum
à contrario ſenſu, ad hoc, vt aliquid operetur, &
non ſeruiat de vento, etiam quòd tale argumen-
tum derogaret iuri communi, & corrigeret illud,
vt per Doct. in l.1. ff. de offi. eius. vbi Iaſo. & Deci. &
in l.2. ff. ſol. mat. & eſt communis opinio, vt ibi per
eos, quos ſequitur Nicola. Auer. in ſua centuria, in
loco, à contrario ſenſu. lit. A. Deci. in conſili. 484.
126 numer. 10. & ſentit in conſili. 364. viſis his. numer.
4. Et quòd ſtatutum prædictum Volaterranum in
ſenſu directo nihil operatur, patet, quia diſponit,
quòd maritus poſsit relinquere vxori ſuæ vſum-
fructum ſuorum bonorum, & eam relinquere do-
minam, & vſufructuariam, in caſu, quòd honeſtè
viuat, & vitam vidualem ſeruet in domo eius viri,
& nulli dubium eſt, quòd maritus poterat, & po-
teſt etiam hoc legatum facere de iure communi,
vt quotidie videmus fieri in teſtamentis, & eſt tex.
in d. l. fin. in fi. & in Authen. cui relictum. & ibi Do.
C. de indi. vidui. tol. §. ſi vero. & §. ſequ. Authen. de
nup. & Durant. de arte teſtan. titu. de his, qui non
hab. teſtamen. factio. cautel. 13. & hoc in iure non
habet aliquod dubium, aliàs ſecus eſſet, ſi apud
Doctores articulus eſſet dubius, quia tunc nō ſu-
meretur tale argumentum, attento quòd opera-
retur aliquid ſtatutum: nam tolleret illud dubi-
um: & reduceret ad caſum clarum actione ex ſta-
tuto, vt dicit Crauet. in conſili. 25. numer. 31. & in
conſi. 70. num. 29. lib. primo. Bello. conſ. 7. nu. 14.
& faciunt adducta per Doctiſsimū Roderic. Sua-

N 2 rez.

rez.Hiſpan.allegati.25.numer.6.chart.272.& Bar. in le.qui Romæ.§. fin.in 6.oppoſi.ff.de verbo.obliga.& hoc ſufficeret ad tollendum tale argumentum,vt per Brun.de ſtat.exclud.fœmi.in 8. articu. q.20.numer.97.chart.59. & Alexand. conſili.17. viſis.numer.4.volumi.2. Cum igitur nihil operatur tale ſtatutum in ſenſu directo, ideò a contrario ſenſu argumentum eſt ſumendum neceſſariò, vt conſuluit in propoſito Anchar. in conſili.214. quem refert & ſequitur Brun.in tract.quod ſtanti. maſculis.in 7.articu. quæſti. prima,vbi conſuluit, quòd ſtatutum diſponens, quòd mulier non habés filios poſsit dimittere & legare dotes ſuas cuicunque voluerit, à contrario cenſetur diſponere, quòd mulier ſi habet filios, non poſsit dimittere, & legare dotes ſuas, & hoc, quia in ſenſu directo nihil operatur tale ſtatut.& pdicta refert,& ſequitur Roland.à Valle, in ſuo tract.de luc.dot quæſti. 43.quæritur,& quæſti.33. numer.4. poſt Bald.in l. conuenticulam.C. de epiſ. & cleri.columi.1.Crauet.conſili.201.numer.12.volum.2.qui extendunt etiam ad ſtatutum Florentinum, loquens, quòd quælibet mulier in hæreditate patris poſsit ſuccedere, ſi non extiterint filij maſculi,aut nepotes ex filijs maſculis: nam ſi extiterint filij, aut nepotes, non poſſunt ſuccedere, quia ſtatutum in ſenſu directo nihil operatur, de quo ſtatuto etiam facit mentionem Capici. deciſ.21.in cauſſa Liſæ.nume. 3.& faciunt adducta per Blanc. in ſuo tract. de cōpromiſſ.in prima quæſti. ſub numer. 28.chart.48. & hoc procedit, non obſtante illa friuola ratione tenentium contrarium, videlicet, quòd ſtatutum videtur aliquid diſponere,hoc eſt, inducere actionem ex ſtatuto,vt dicit,& reſpondet Alber. Bru. d.tract.de ſtat.exclud.fœmi.artic.7. numero, 5.& 6.chart.47.& ob hoc dixi, ſtatutum Montis Politiani ſub Rubri.86. ſecundi libri,diſponens,quòd ille, qui eſt in ſua poteſtate,& nō minor annis ſexdecim, poſsit teſtari ſecundum ius commune, & maior viginti annis donare: ſi erunt minores annis ſexdecim, & viginti reſpectiuè, non poterunt teſtari,& donare, quia in ſenſu directo nihil operatur ſtatutum, & idem ſi patrem haberent, & eſſent maiores ſexdecim annis, quia non poterunt teſtari,nec donare ad hoc,vt aliquid operetur ſtatutum, & ſaluetur ius commune, vt etiam conſuluit Alex.in conſil.17. viſis, & oportunè.volu.2.& Iul.Clar.§.teſtamentum.q.5.verſi. ſed nunquid. & q.18.& §.donatio q.6.& conſului latè in primo anno mei doctoratus,qui fuit de anno.1561.in conſi. primo. volu. primo, vbi ſtatutum Cecirani ita diſponebat:Che ciaſcuna donna di detto commune poſſa far' teſtamento, & ogn' altra ſua volunta cō licentia, & conſentimento del ſuo marito, & di due ſuoi piu proximi, ò veramente con conſentimento delli Conſoli di detta Terra ſenza altra perſona, & vaglia non obſtante legge alcuna parlante in contrario,& oſtendi ſtatutum prædictum à contrario ſenſu diſponere. Quòd ſi non fuerit factum teſtamentum cum conſenſu mariti, & duorum propinquorum, aut conſulum, non poſsit talis fœmina teſtari, & teſtamentum factum ſit nullum, & ita obtinui de anno.1565. Florentiæ, vt ſupra dixi ex relatione celeberrimi Domini Ioannis Mariæ Paulotij Auditoris conſeruatorum legum, annullando teſtamentum cuiuſdam Dominæ Claræ de Cecirano, factum etiam extra caſtrū Cecirani in loco, vbi tale ſtatutum non vigebat, quia loquebatur in perſonam,& à principio inhabilitauit perſonam ſubditam vbique locorum, ſecundum communem opinionem, vt conſuluit Bald.in conſili.60.quædam ſoror.volum.5.conſi. 418. ſuper primo puncto.numer.1.volum.4. & in ſuo tract.ſtatuto.in verbo. habilitare, Capra.conſili.21.& latè per Tyraquel.de legib.cōnnub. gloſ. 8.numer. 216.& ſentit Alexand.in conſil.116.viſis. numer.6. volum. 6. & licet tale ſtatutum Cecirani videatur diſponere, che ciaſcuna donna poſſa far teſtamento conſenſo del ſuo marito, & di due piu proximi, ò, veramente delli conſoli, & ſic, quòd ſi fecerit iſta mulier maritata teſtamentum cum cōſenſu conſulum, abſque mariti, aut propinquorum licentia, & conſenſu, quòd valeat tale ſtatutum, quia loquitur alternatiuè, & in alternatiuis ſufficit vnum adimplere, regula in alternatiuis. de regu. iur.in 6. & Deci.conſili. 530. numer. 6. & ſic videtur loqui ſtatutum tantummodo de muliere maritata, & non de virgine, & vidua, & ſtatutum loquens in maritata, non habet locum in non maritata,vt per Ruin.conſili.206.numer.7.volum.2. Pariſ.conſil.16.numer.12.volum.3. & Tyraquel.in d.tract.de legib.cōnnub.in gloſſ. 6. numer. 40 Et econuerſo, ſtatutum loquens in non maritata, nō habet locum in maritata. Ferrat. cautel. 29. nu.4. Plot.in l.ſi quando.nu.472.C. vnde vi. niſi adeſſet eadem ratio,vt per Pariſ.d.conſili.16.nume.40.& ſeq. Tamen rectè intuenti loquitur ſtatutum etiam de non maritata, & in non maritata erat caſus, de quo ſupra feci mentionem, & propter generalitatem ſtatuti, quod dicit: che ciaſchuna donna poſſa far teſtamēto, & qui omne dicit nihil excludit, imò includit illud, ꝙ aliàs non includeretur, vt per Bar.in l.generali.§.ſi vxori.ff.de vſufr. le. Deci. in l. omnia.ff.ſi cer.petat.& in conſi.30.col.3.verſ. non obſtat.& Plot.in l.ſi quando.nu.15.& ſeq.verſic.& illa dictio, omnia.C.vnde vi. Sicut etiam appellatione fœminarum, & mulierum omnes fœminæ continentur. Bart.in leg.ſi ſeruus, per illum tex.ff.de leg.3. Plot. d.l. ſi quando.numer. 340. in fin.verſi.decretum, & pulchrè per Alex. in conſil. 101.ſuper eo, de quo.volum.3. Sed vt intelligas verum ſenſum, & intellectum iſtius ſtatuti, ne decipiaris, ſi mulier non maritata, aut vidua teſtaretur cum conſenſu, & licentia duorum propinquorum, ſcire debes, quòd ſtatutum diſponens, che ciaſchuna Donna di detto commune poſſa far teſtamento con licentia, & conſenſo del ſuo marito, & di due piu proximi, ò, veramente con conſentimento delli Conſoli della terra, ſenza altera perſona, vult intelligere, quòd mulier, quæ virum habet, debeat teſtari cum licentia mariti, & duorum propinquorum, & ſic iſta duo copulatiuè requiruntur, aliàs teſtamentum eſſet nullum, vt per Plot.in dict.l.ſi quando.numero, 345. verſic. imo quod cum.C.vnde vi. Anchar. Regiens.in quæſti. 72.numer.33.in prima par. Crauet.conſili. 15. numer.3. in conſili. 80. numer. 13. volumi.primo, & Pariſ.in conſi. 56.num.16.volu.2. Si autem maritū non habuerit, tunc vult ſtatutum, quòd poſsit teſtari cum conſenſu conſulū dictæ terræ, abſq; alia per-

perſonā,&nihil diſponit de conſenſu propinquo-
rum,& hunc intellectum applaudent multum li-
teræ dicti ſtatuti in illis verbis, ò, veramente con
conſentimēto delli conſoli ſenza altra pſona,& ſic
videntur ſtatuentes tunc non intellexiſſe de mu-
liere maritata,quia non eſt credendum, quòd vo-
luerint dare authoritatem mulieri maritatæ, te-
ſtandi abſque ſcientia eius viri,& hunc aureum in-
tellectum etiam ſequutus fuit D. Ioannes Maria
Paulotius in ſupradicta relatione, vbi formaliter
in prædicto meo conſilio,poſtquam concluſi, hàc
fuiſſe mentem ſtatuentium, & cauillationes Do-
ctorum locum habere non debere ad tradita,per
Bald.in conſil.174.in 2.part.& Crauet. in conſilio
4.num.21.volum. primo, poſuit additionem hu-
iuſmodi tenoris, cauillationis aduocatorum: Nō
eſt hæc cauillatio,& reſponſio ſumi debet ex tra-
ditis per Alexan.num.18.per Claud.num.10.poſt.
Bald.& alios,quos citat.in l.hoc edictum. ff. quod
quiſque iur. Nam qualitas illa,quòd virum habeat
talis mulier, appoſita expreſſè non fuit in prima
parte,alteratione ſtabat, ex qua videbatur decla-
randa ſecunda pars alternatiuè : iuxta text. cum
notat. per Bartolum,in l.1.ff.de reb.dub. per Dec.
in conſil.317. num.5. Sed ſubauditur illa qualitas,
ſcilicet,ſi virum habeat,&hæc etiam reſponſio da-
ri poteſt ad tradita per Alciat.poſt Panormitan.in
c.cum non ab homine.num.8.de iudic. quæ vide-
ri poſſunt obſtare. Et ſic in non maritata requiri-
tur ſolum ſcientia,& conſenſus conſulum Cecira-
ni, & profectò pulchra eſt hæſitatio: hæc ille: &
prædicta nota benè, quia ſunt menti tenenda, &
quilibet de facili ex cortice literarum dicti ſtatuti
diceret contrarium,videlicet, quòd poſſet teſtari
etiam ſine conſenſu conſulum, aut propinquo-
rum, vel quòd maritus poſſet relinquere etiam
vxori vſumfructum ſub dictione, donec, quam-
diu,& quouſque, cum authoritate tranſeundi ad
ſecundas nuptias, quòd non eſt admittendum,
quia ſtatutum Volaterranum prædictum dat for-
mam teſtandi & relinquendi vſumfructum, quæ
debet ad vnguem ſeruari,&importat ſubſtantiam
actus: vt per Dec.in conſil.429. in cauſsis. num.5.
conſil. .51.& tradit in propoſito Ruin. conſil.159.
127 num.4.volum.5.Pariſ.conſil. 61.numero 13.& ſeq.
volum.3.& Ant.Blanch.de compromiſ.quæſt.pri-
128 ma.ſub num.28.chart.48. Et legatum factum per
dictionem, donec, dum, quamdiu, & quouſque,
differt à legato facto ſub dictione, ſi, dummodo,
& caſu quo, vt ſupra docui, & habetur per Doctor.
in d.l.fin.C.de indi.vidui.tol.& per Pariſ. conſ.95.
num.44.& ſeq.volu.2. ergo vnum non poteſt dici
incluſum in altero,adnotata per Tyraquel. de re-
tract.conuent.ad finem titul.nume.98.verſic.de-
cimoſexto quæro.char.345. & factum vltra verba,
& mentem ſtatuti non valet: Nam quod fit forma
non ſeruata, irritum & inualidum eſt ipſo iure, vt
per Mayner.in l.id quod noſtrum.nu.2.ff.de regu.
iur.Fely.in c.Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ſub num.81.
de conſtitut.vt dicit Caſſane.in conſil.39.numero
33.& numero 34.quòd quando ſtatutum dicit, nō
poſſe aliquid fieri,ſi fit ipſo iure, quod factum eſt,
non valet, licèt vlterius non procedat ſtatutum
annullando actum, & allegat idem tenere Bald. &
Iaſo.in l.1.C.de legib. & in propoſito tradit Schal.
Pataui.in tract.ſuo,de contract.& vltim. volun.ca.
11.Vbi dicit,quòd contractus, in quo deficit con-
ſilium ſapientis,quod ex legis, vel hominis diſpo-
ſitione requirebatur,eſt ipſo iure nullus: & Afflic.
deciſio.378.& Bal.in tractat. ſtatut. in verbo. Ga-
bella.num.3.in fi. & numer. 4. vbi ſubtiliter more
ſuo loquitur,& plura adducit Roderic.Soarez.tit.
de las Deudaſ.num.36.& ſeque.verſicul. ſed pone.
chart.525. & quod ſtatutum prædictum Volater-
129 ranum formam inducat, apparet, quia diſponit
præter ius commune,videlicet,quòd poſsit relin-
quere vxori ſuæ vſumfructum, caſu quo honeſtè
viuat,&vitam vidualem ſeruet in domo teſtatoris,
ita dicit Ruin.volum.5.conſ.159.num.4.deciſ.612.
num.2.&3.& pulchrè habetur per Pariſ. d. conſil.
61.num.13.& ſeq.volum.3.vbi dicit,debere ad vn-
guem obſeruari, aliàs eſt ipſo iure nullum tale le-
gatum aduerſario volente,&ſequitur Socin.regu.
fallentia.261.& habetur per D.Bero.quæſt.24.Nec
130 omiſsio talis formæ excuſaret ruſticos, mulieres,
minores, & milites, ac alios priuilegiatos, vt per
Baldum,Salic.& alios,in l.iuris ignorantia. C. qui
admitti.Tyraquel.de retract. conuent. §. quarto.
gloſſ.7.num.15.& Hyppol.in conſi.131.num.17. &
ratio adducitur per Alex.in conſi.165. num.6.vol.
6.Plot.in l.ſi quando.num.259.verſi.primo, quo-
tieſcunque.Cod.vnde vi.& ſupra dixi. numer. 89.
Nec per clauſulam codicillarem ſubſtineretur in-
ſtitutio,& vltima voluntas, vt per Durant. de arte
teſtan.tit.de his qui non habe.teſta. factio. cautel.
8.numero 3.& ſentit Deci.conſil. 455. numer.9.&
131 ſeque. Et hæres non tenetur tunc ſeruare factum
defuncti,& poteſt contra illud venire, vt per Iaſo.
in l.filium quem habentem. numero 13. C. Famil.
herciſcund.Grammat.deciſi.93.num.8. Bart. in l.
filios.C.de reuocand. his quæ in fraud. Iaſon. in l.
iuſiurandum. §. procurator. in decima limitatio-
nē.ff.de iur.iurand.& Deci.in conſil.587. verſicul.
132 ſecundò reſponderetur. Remedium autem eſt,
quando caſus eueniret in Ciuitate Volaterrana,
quòd vſufructuaria teneatur fructus pceptos re-
ſtituere per tranſitum ad ſecundas nuptias, quòd
facias præſtare ei ſacramentum,& Mutianam cau-
tionem de conſeruando perpetuam viduitatem,
& caſtitatem in domo teſtatoris, vel de reſtituen-
do vſumfructum perceptum, non obſtante lega-
to facto per maritum vxori, ſub dictione, donec,
& quouſque, & licentia data ſe maritandi, ſi no-
lueris dicere à principio de nullitate legati, quia ſi
noluerit iurare,& cauere,non faciet fructus ſuos,
vt per Doctor.in d. Authen. cui relictum. vbi Iaſo.
colum.pen.verſicu.ſed poſt annum, & ſupra dixi.
nume. 118. & etiam proteſtari,quod intelligis pe-
tere integros fructus,caſu quo honeſtè non viuat,
& vitam vidualem non ſeruet, ſtando in domo e-
ius viri,iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti ad hoc, vt
non poſsit prætendere ignorantiam, & legatum
133 conſequi cum bona conſcientia.Et ſi cupis huiuſ-
modi legatum valere vltra formam ſtatuti, fac vt
teſtator in huiuſmodi relicto interponat ſacramē-
tum,& extendat ad hæredes: Nam virtute ſacra-
menti ſecundum aliquos legatum valebit,non ob
ſtante ſtatuto, quod non habet locum in actu iu-
rato.vt conſuluit Alexan.conſ.18. & in conſi.120.
volum.4.conſi.38.& in conſi.53.volum.3.conſ.27.

viſo libello.colum.fin.volum.1.Capic.deciſio.75.
num.4. Ant. & Abb.in c.penult.per illum text. de
iur.iurand.Dec.in l.ſemper in ſtipulationib.num.
16.ff.de regu.iur.Pariſ.conſil.97.nume.1.& 2. vo-
lum. primo, & latè per Crauet. conſ. 102.Ioannes.
libro primo.licet Bartol.in l.ſi quis pro ea.in 3.co-
lum.verſic.tertio dixit.ibi, aduerte tamen. & in 5.
colum. in fin. quintæ quæſtionis. ff. de fideiuſſori.
tenuerit contrarium per pulchras rationes, & te-
tigi ſupra cap. 1.de tutore, & curat.num.168. ver-
ſic.quæ autem procedunt,vide ibi, & cogita. Ideò
nota benè tu Fiuizanenſis, & Volaterranus aduo-
catus prędicta omnia,quia vſque adhuc neminem
vidi conſideraſſe legata maritellorum facta vxo-
ribus,pręterquam legatum factum à Leone D.Ti-
tæ eius vxori, & ſic poteris corruere mille legata,
& teſtamenta, ſi vadis, vbi bona iuſtitia admini-
ſtratur, & non ad illos, qui parùm guſtârunt de
brodio iuris, quibus periculoſum eſt ſubtiles cauſ
ſas committere, vt dicit Durant. in ſpecul. aur. in
ſexta part.in ſecundo actu principali. numero 67.
chart.227.& ſcribit latè Syl. Nuptia.libro quinto,
titul.quomo.iudican.in dubio. Et eſt aduerten-
134 dum, quando legatum eſſet factum cum illa di-
ctione,ſi, vel dummodo vitam vidualem ſeruaue-
rit, & ſi ad ſecundas nuptias pertranſire voluerit,
quòd habeat eius dotes, & ſcutos centum: quòd
ſi vxor à principio elegerit vitam vidualem, & per
aliquos annos vſumfructum perceperit, & poſtea
tranſeat ad ſecunda vota, quòd non poterit iſta
mulier petere ſcutos centum, & vſumfructum to-
tum perceptum reſtituere tenebitur,& ita fuit iu-
dicatum Aretij de anno 1563. per ſocerum meum,
ad fauorem Pucij de Pucis, & confirmatum per
Rotam Florentinam in præallegata cauſſa Areti-
na: nam ibi illa vxor petebat ſcutos illos ducen-
tos per tranſitum ad ſecundas nuptias Pucio de
Pucis,& fuit iudicatum,petere non poſſe,& vſum-
fructum perceptum reſtituere debere, & ob id
Bigius de quarateſis maritus ſecundus illius mu-
lieris, occidit poſt ſententias dict. Pucium, poſt-
quam reperiebatur, habere vetulam viduam in
vxorem ſine aliqua dote,& vtilitate,& quidem be-
nè meo iudicio fuit iudicatum, quia à principio i-
pſo vxor vſufructuaria relicta deliberare debebat,
quod legatum volebat acceptare de duobus ſibi
factis, alterum de vſufructu in caſu quo voluiſſet
ſtare vidua,alterum verò ſi voluiſſet tranſire ad ſe-
cundas nuptias: vnde acceptando legatum vſuſ-
fructus,videtur elegiſſe vitam vidualem,ideò non
potuit poſtea variare, & velle conſequi ſecundum
legatum. Nam intentio mariti fuit, quòd acce-
ptaret vnum,& non duo: vnde imputetur ſibi, ſi à
principio non elegit, ſe velle iterum nubere, vt
conſequeretur ſecundum legatum de Florenis
ducentis: ſi quidem electo vno non datur regreſ-
ſus ad aliud, quia variatio non admittitur, nec mu
tatio voluntatis.leg.nemo poteſt mutare. ff. de re
iudic.& per Iaſ.in l.quicquid aſtringendæ. colum.
3.C.de codicil.& in l.ſerui electione,in princ.ff.de
legat.primo.Dec.conſil.35.num. 8. maximè in vl-
timis voluntatibus,vbi non poteſt variare legata-
rius.Bart.in l.huiuſmodi.§.ſtichum.ff. de leg. pri-
mo,& Ruin.conſ.166.num.8.volum.3. cum iſta e-
lectio procedat ex diſpoſitione hominis volunta-
ria,& non neceſſaria,vt per Tyraq.l. boues. §. hoc
ſermone.lim.9.ff.de verb.ſign.nu.9.Et facit, quia
quādo duo proponuntur alicui, vno electo, aliud
videtur reiectum. ca. nonne, & ibi per ſcribentes.
de præſcriptio.& facit quod dicitur, via,quam ele-
giſti,tibi pateat.l.ſi mulier.§.ſi.ff.quod met. cauſſ.
præterea de hoc eſt bona deciſio Soci. in d. l. ſerui
electione,vbi dixit,quòd quando eſt facta electio
per legatarium,& data ſibi res legata, dicitur tunc
perfecta electio, & ideò non poteſt aliud eligere,
& idem ibi dicit Ripa, & videtur facere text. & ibi
Bart.in l.ſi is cui.ff.de lega.2.vbi quando eſt legatū
illud,vel aliud,ſi legatarius elegit vnum, ius eligē-
di conſumitur, & ideo non poteſt alterum conſe-
qui, & Capic.deciſ 119.numero 6.& ſeque. facit e-
tiam text.in l.ſi Titio fundus.ff.de vſufructu. lega.
& l.cum filius varijs.ff.de legat. 2. & corroboratur
prædicta concluſio per ea, quæ tradit Socin. Iun.
in conſil.89.num.26.& in conſil.122.num. 10. vo-
lum.1.vbi habetur,quòd eligens vnum,ex duobus
incompatibilibus, dicitur alteri renuntiare, & ad
illud poſtea redire non poteſt,& plura adducit Pe-
trus Benintend.in Rota Bonon. deciſio. 72. teſta-
tor.& Martin.Lauden.in conſil.32.numer. 2. & li-
cet Doctor. videantur facere aliquam differen-
tiam inter electionem, & declarationem, vt per
Gabriel.Saray.in additio.ad Matheſil. ſingul. 171.
nota,quòd vbicunque.numero 1.& Bart.Bald. Iaſ.
& Doctor.in l.quicquid aſtringendæ.ff. de verbo.
obligat.tamen concordant in hoc, quòd idem ſit
in duobus incompatibilibus, & etiam ſentit Petr.
Duen.regul. 233. in verbo, eligens. & Grammat.
deciſio. 68. numero 8. Attento etiam, quòd iſto
caſu dicitur potius declaraſſe, quàm elegiſſe, quia
iſta mulier ſub duplici modo fuit relicta legata-
ria,vno modo,ſtando vidua, altero modo tranſ-
eundo ad ſecunda vota, & ipſa declarauit prius,
velle ſtare vidua,& poſtea voluit mutare, & tran-
ſire ad ſecundas nuptias, quòd facere nequiuit,
cum iſta duo ſint incompatibilia, & de directo
contraria,ergo non variabilia, & his rationibus
pariet caſum figuratum per Franc. Crem. ſingul.
75.ſi maritus, fuiſſe inconſideratè, & indiſtinctè
poſitum,& non quadrare eius deciſionibus, licèt
allegata per eum in ſuo caſu ſint vera, ſed ipſe malè
loquitur: Nam vult,quòd illa mille relicta vxori,
ſi vitam vidualem ſeruauerit, per tranſitum ad ſe-
cundas nuptias, non reuertantur ad filios primi
matrimonij,etiam poſt mortem vxoris, qui vide-
tur teſtator per ſecundum legatum relictum, caſu
quo nupſerit,dediſſe ei licentiam nubendi, quod
non eſt verum,tàm de mille legatis propter dictio
nem, ſi, quæ importat perpetuam viduitatem,
quàm etiam propter ſecundum legatum de quin-
gentis,caſu quo nupſerit, & ipſa ſteterit per prius
vidua, & illa mille fuerit conſequuta, & poſtea ſe
maritauerit,quia neutrum horum legatorum,ne-
dum ipſa mulier,ſed neque etiam eius filij ſecun-
di matrimonij conſequi debent,per ſuperius alle-
gata. Licèt exiſtimem, illud ſingulare fuiſſe cor-
ruptum,& illam non fuiſſe mentem Franciſci Cre-
menſis, ſed ipſum intellexiſſe de illis quingentis:
& non mille,dato, quòd tranſire voluerit ad ſecun
das nuptias, ante legatum de mille petitum, quia
tunc ipſe in effectu nihil aliud vult dicere, niſi,
quod

quòd illud legatum mulier non tenetur pręſerua-
re filijs primi matrimonij per tranſitum ad ſecun-
das nuptias, ex eo, quia habuit licentiam à marito
nubendi, & vt ad rem redeamus, dixit Dec. in con-
135 ſilio 300. in cauſſa mihi commiſſa. numero 13. in
decima concluſione, quòd vxor, cui per maritum
fuit relictus vſusfructus omnium bonorum, cum
onere, quòd intelligatur quietata, & finita de do-
tibus ſuis, ex quo acceptauit legatum vſusfructus,
videtur iura dotis ſuæ remiſiſſe, quia legatum cum
onere ſuo acceptatum intelligitur. l. ſed ex duo-
bus. ff. de legat. ſecundo, & l. Imperator. §. ſi cen-
tum. ff. eodem. niſi onus eſſet tale, quod non po-
tuiſſet de iure imponi, quia tunc non intelligitur
acceptatum legatum cum onere illo. l. vxorem. §.
hæres, & legatarius. ff. de legatis tertio. l. prima. ff.
de cond. inſtit. Bald. in conſilio 161. in fi. vol. 5. ſen-
tit Roderic. Soarez. in l. quoniam in prioribus. in
6. amplia. numero 1. 2. C. de inoffic. teſtam. chart.
72. qua de re videtur reddi dubia prędicta conclu-
ſio Decij, circa remiſsionem dotis, cum mulier
non poſsit ſibi in dote præiudicare, nec conditio-
nem dotis facere deteriorem ob vtilitatem publi-
cam. l. 2. C. de pact. dota. Auth. ſiue à me. C. ad Vel-
leian. ſentit Plot. in l. ſi quando. nume. 22. verſic. &
iſtud. C. vnde vi. Ruin. conſ. 53. num. 11. verſi. quar-
to, & vltimo. volumin. 2. etiam iureiurando, vt per
Pariſ. conſil. 75. volum. 3. quod procedit etiam in
Antiphato. Afflict. deciſio. 154. quædam muler. vi-
de Petr. Gerard. ſing. 32. Ant. de Fan. de pignorib.
in 2. part. 4. membr. num. 92. Paul. de Caſtr. conſil.
71. in prima part. tamen prædicta Decij concluſio
eſt vera, & tenenda, cum tale legatum fuerit reli-
ctum poſt mortem ipſius mariti, & ſic ſoluto ma-
trimonio, & vxor illud acceptauit vidua effecta,
quo caſu mulier cum ſit ſui iuris iam maritata, &
vidua relicta, potuit ſibi in dote præiudicare ex
cauſſa, acceptando legatum vſusfructus omnium
bonorum, vt per Alex. in l. 2. in 3. notab. §. quòd ſi
in patris. nu. 3. & ibi Iaſ. in 9. not. nu. 12. ff. ſol. matr.
Dec. in conſ. 536. ſub nu. 3. Rub. Alexan. conſi. 54.
& ſentit Alexand. in conſilio 57. numer. 4. volum.
3. & Roland. à Valle, in conſi. 74. nume. 27. volum.
2. vbi præſupponunt, legatum vſusfructus factum
vxori, ſi dotem non petierit, valere, & tenere, & li-
gare mulierem vxorem, licèt Doctores aliqui vi-
deantur diſtinguere inter viro copulatam, & non
copulatam, & ſic virginem, vt per per Bal. & Paul.
de Caſtr. in Auth. cui relictum. numero tertio. C.
de indi. vidui. tol. & Dec. in Rubric. C. de ſecund.
nupt. numero tertio, & 4. Et prædicta de legato v-
ſusfructus in caſu viduitatis, & ſcutorum ducen-
torum, ſi maritabitur, non haberent locum, quan
do conſtaret ex mente teſtatoris, vtrumque debe-
ri in caſu ſuo, vt conſuluit Ruin. conſil. 53. de duo-
bus. volum. 2. & Pariſ. in conſil. 67. num. 6. volum.
2. & ideò ſi teſtator diceret, quòd relinquit v-
ſumfructum, donec vitam vidualem ſeruauerit, &
ſi tranſire voluerit ad ſecundas nuptias, relinquit
ſcutos quinquaginta, & eius dotes, quòd tunc li-
cèt ſteterit vidua, poterit petere ſcutos quinqua-
ginta, quia non erat obligata ſemper ſtare vidua,
ſed ſolùm amittit vſumfructum futurum, & tunc
apparet de mente teſtatoris, ipſam nô debere ſem
per ſtare viduam, & tranſire poſſe ad ſecundas nu-
ptias, adnotata per Doct. in d. l. fin. C. de ind. vidu.
tol. & per Franc. Crem. ſing. 75. ſi maritus ibi. quia
ita dicendo, maritus videtur licentiare vxorem.
136 Et ideò bonũ eſt, quòd Notarij (vt eſt maior pars)
ſint legibus incapaces, & tanquam pipiticus gal-
lus, & pica loquantur ſine intellectu, & intelligen-
tia iſtarum clauſularum, dictionum, & verborum,
vt ſentit Bald. in l. fin. colum. penult. C. de edend.
Roma. ſingul. 52. quid operatur. Alexand. in l. a-
gentarius. §. cum autem. colu. fi. C. eod. Mar. Man.
ſingul. 527. aſſeſſores. Boeri. in additio. ad Dyn. in
c. non eſſet ſine culpa. de reg. iur. in 6. vbi habetur
de importantia notariorum, & in propoſito con-
ſiderat Ferrat. cautel. 32. quamuis de iure teneã-
tur ſcire iura. gloſſ. in l. generalia. Cod. de Tabella.
ſcrib. libr. decimo. Guid. Pap. ſing. 407. & Durant.
de arte teſtan. titu. de teſtam. ordina. cautel. 11. ſub
numero 7. quia ſi poſsiderent prædictas locutio-
nes, aliquãdo aliqua de cauſſa ponerent vnam lo-
cutionem præ alia, in fauorem legatarij, vel hære-
dis ſibi magis propitij, ad eorum libitum: tametſi
ignari aliquando in hunc incidunt errorem, vt vi-
di, pauci dies ſunt, in Ciuitate Montis Politiani,
vbi quidam Notarius ſcripſerat: item iure legati
reliquit vxorem dominam, & vſufructuariam, vi-
uendo tamen caſtè, & vidua, pro eo putans (inter-
rogatus à me) idem eſſe, ac ſi ſcripſiſſet, donec, &
quouſque, & in ciuitate Piſtorij, in teſtamento cu-
iuſdam Piſtorienſis, vbi ſcriptum fuit, quòd mari-
tus reliquerat omnes pannos linos, & lanos, & le-
ctum cum fulcimentis, & arneſijs vxori ſuæ in ca-
ſu, quo vidua ſteterit, & donec vidua ſteterit, pu-
tans idem eſſe, & tamen iſto caſu attenderetur vl-
tima dictio, donec, adnotata ſupra. numero 23. &
numero 51. & pulchrè per Decium, conſi. 317. viſis,
quæ accuratiſsimè. numer. 4. & ideò putârem eſſe
bonam cautelam legatario, vel hæredi, dubitanti
de voluntate teſtatoris circa huiuſmodi legata, ob
tales dictiones à Notarijs ſcriptas, prius facere in-
terrogare à iudice dictum Notarium, vt declaret,
& vulgarizet prædictum legatum, ſicut dicimus
de Notario ignorante, quid ſit Senatusconſultum
Macedonianum, Velleianum, & alia beneficia per
ſonis competentia, quibus dicunt mulieres, & cõ-
trahentes renuntiaſſe: nam ſi interrogatus igno-
ret vim, & importantiam illorum verborum, re-
nuntiatio huiuſmodi nihil nocere habet renun-
tianti, & in eius fauorem eſt fienda interpretatio,
vt pro ſingulari adducit Hyppol. ſingul. 661. exa-
minaui tibi. numero primo. Franc. Hercul. in tra-
ctat. de modo proban. negati. num. 220. char. 166.
Et dixit Alex. in conſ. 183. num. 8. & in conſ. 166. in
cauſſa. numero 5. volumin. 6. quòd teſtis, qui non
cognoſcit, & ignorat nomen contrahentium, &
illorum vocem, non probat, & ſequitur Crauet. in
conſ. 169. num. 4. volum. 1. & vide Alex. conſil. 99.
num. 5. volu. 3. Quia ignorantia notariorum, qui
ignorant vim clauſularum, non debet eſſe teſta-
toribus, & eorum hæredibus damnoſa. Bal. in leg.
iam hoc iure. §. fin. ff. de vulg. ſubſtit. Marti. Mant.
ſingul. 220. Notarij ignorant. Craue. conſil. 147.
num. 5. volum. 1. ſentit Tyraquel. de retract. ligna.
§. 36. gloſſ. 2. numer. 45. in 15. quæſtio. chart. 256. &
faciunt in propoſito notata per Doct. in Auth. no-
uiſsima, vbi Iaſ. numer. 30. verſi. quid ſit Notarius.

C.de inoffic.teſtament. vbi dicunt, quòd ſi Notarius ſcripſerit in teſtamento, qualiter pater relinquit filio centum,iure reſtitutionis, cum voluerit ſcribere,iure inſtitutionis, non præiudicabit hæredi inſtituto,& idem ſi deberet ſcribere, qualiter mulier renunciauit Velleiano, & ſcripſerit Valeriano,licèt eſſet in curia periculoſum obtinere,cũ potuerit hoc dicere Notarius ad æmulationem, vel in fraudem illius, contra quem allegaret ignorantiam dictarum clauſularum,vt ſentiunt præallegati Doctores,niſi ex aliquibus coniecturis appareret,teſtatorẽ voluiſſe dicere cõtrarium illius, quod ſcriptum fuerit per Notarium. Et aduerte
137 circa iſtas dictiones,donec,& quouſque, vltra ſupra dicta, quòd ſi teſtator reliquerit vxorem vſufructuariam, donec hæres eius infra ſcriptus, vel Sempronius peruenerit ad vigeſimum quintum annum, & eueniat, quòd hæres, vel Sempronius moriatur ante dictum tempus, nihilominus iſta vxor conſequetur vſumfructum vſque ad tempus annorum vigintiquinq;, quia potius tempus quã perſonam teſtator conſiderauit.argumẽ.l. ambiguitate.C.de vſufructu. & ita dicit ſumma armilla tit.de vſufruct.num.7 Roma.ſingul.287.lego Titio,& Iacob.Nouel. regu. 61. legatum annuum in ſecunda fallentia: ſecus ſi vſusfructus relinquatur ad certum tempus,& vſufructuarius moriatur ante tempus,quia tempore illo non obſtante finitur
138 vſusfructus,vt per Paul.de Caſt.in d.l. ambiguitatem,numero 2.C.de vſufruct. & eſt text. in §. finitur.inſtit.de vſufruct.ſi verò teſtator dixerit,quòd illam relinquit vſufructuariam , donec in domo teſtatoris cum filijs ſteterit, & filij ſuperuiuant teſtatori per aliquod tempus,poſtea moriantur,aut maritentur filiæ fœminæ, tale legatum extinguetur,& non poterit legatarius amplius petere vſum fructum, cum potius contemplatione filiorum, quàm ipſius legatarij intelligatur relictum, etiam quòd eſſet legatum alimentorum, ſecundum cõmunem opinionem, vt conſuluit Dec. in conſilio 621.Ruin.conſil.42.num.22.conſil.46.numero 9. volum.2.& Iacob.Nouel.regul.46.legatum factũ vxori.& infra dicam cap.10. tit. de bonis quæſitis per mulierem.Quod ſecus eſſet, ſi contemplatione legatariæ legatum fuiſſet relictum vel ſub conditione accidentali,vt per Rui.conſil.37. circa legatum.volum.2.& Petr.Ben[illegible]ted. in Rota Bononienſ.deciſ.98.num.2.& ſequ. verſic. ſecunda fuit maxima difficultas. chart.159. vbi latè loquitur & ponit coniecturas,quando contemplatione vxoris legatum factum dicatur, & quando non, & vide infra quæ dicam. Quid autem, ſi teſtator reliquerit vxori ſuæ alimenta,donec vidua ſteterit,an iſto caſu alimenta ſint præſtanda ab hæredibus teſtatoris extra domum,aut teneatur dicta vxor ſtare in domo teſtatoris cum filijs , & hæredibus,ad vnam menſam,& vnum panem ,pro deciſione eſt aduertendum,quòd aut teſtator dicit ſimpliciter, quòd relinquit alimenta vxori, aut dicit in domo ipſius teſtatoris,aut cum filijs ſuis, nam primo, & ſecundo caſu mulier nõ tenetur ſtare in domo dicti teſtatoris, & ibi alimenta accipere, ſed poteſt aliunde habitare, vt puta in domo ſui patris, aut fratris, vel de per ſe, dummodo honeſtè viuat, vt per Bart.in l.libertatis.§.Lucius.ff.de alim.& ciba.

lega.& in l.diuortio.in princip.ff.ſolut.matrimonio.Pract.Pap.in for.libe.pro lega.rei. ſingul. nu. 106.verſic.& ex his colligi poteſt, in gloſſ. coram. vobis.Capic.deciſi.24.num.8.verſic.tertiò an debeat.& Petr.Pech.de teſtam.coniug.lib.5. cap.10. num.4.chart.177.Tertio autem caſu, quando alimenta reliquit in domo cum filijs,aut hæredibus, tenetur ipſa mulier ſtare in domo cum dictis filijs, ad vnam menſam,& vnum panem, quia tale legatum alimentorum videtur relictum , contemplatione ipſorum filiorum,vt per Docto.in d. leg.diuortio.vbi Paul.de Caſtr.numero 9.& Iaſ. numer. 14.ff.ſolu.matrimonio.Pract.Pap.vbi ſupra. num. 106.Capic.deciſio. 24.numer.8. Dec. latè in conſil.485.in 3.volum. & in conſilio 554. ſentit Bero. quæſtio. 101. teſtatur.Ruin. conſil.34. volum.2.& vide Alexan.conſil.178 videretur forſan. volum. 6.& in conſil.100.vol.primo. Nam in dubio legatum factum videtur in fauorẽ illius,cum quo quis morari,& habitare debet,vt per Petr.de Anchara. conſ.237.quia.in 1.q.&Dec.con.601.viſo elegant. conſi.nume. 1. ſecus autem ſi non tenetur ſtare legatarius cum aliquo , quia in dubio tunc cenſentur relicta alimenta in fauorem legatarij , vt nota. per gloſſ.Bart.& Doctor.in l.1.C.de legatis , vt per Dec.d.conſil.601.nu.8. & quando mulier tenetur ſtare cum filijs,ſi cõmodè ſtare non poſſet & quietè,ac ſine verecundia,vt puta , quia eſſet nouerca, & iuuenis, & filij iuuenes, & luxurioſi, aut malis moribus imbuti, rixoſi, & crudeles, vel quotidie moleſtarent dictam mulierem , tunc ſtando ſeorſum poteſt petere alimenta , vt per Doct. ſupra allegatos.Pract.Papi. in for.libero quo vxor agit ad dot.& vſumfructum, in gl. ac etiam alimentis. nu. 3.ver.hic autem de vno quæritur.char.218.Bart.in l. Gaio.§.Imperator.& addent.ad Bart. in l.libert. §.Lucius.ff.de alim.& ciba.lega.Iaſo.conſil. 44.ad dubia.nume. 2. volum.primo,& ſequitur Pariſ.de Syndi.cap.ſi officialis decedat.colum.prima, & 2. vbi loquitur , in nouerca, quòd poteſt ſeorſum à priuignis habitare, & ſequitur Boer.in additio. ad Dynum,de regul.iur.in 6.in cap.imputari.colum. penult.in fin. qui allegat, hoc tenere Bal. in Auth. hoc loco.l.pen.C.ſi ſecund.nupſe.& in Rubric. de cohabi.cleric.& mulier.& per Bello.conſil.31.numero 45.Roland.à Valle,conſil.22.nume.11.&ſeq. volumin. primo, & eſt ratio in nouerca, quia cum priuignis ita quietè, & pacificè poteſt cohabitare,ſicut nurus,cum ſocru,aut Canis cum Gata, nã nouerca præſumitur inimica priuignorum,vt per Paul.de Caſtr.in l.non enim.ff. de inoffic. teſtam. & latè Boer.deciſ.194. & ideò dicitur tunc : Cornix albeſcit,cum ſancta nouerca quieſcit, & quod facit pater contra ſuos filios,illi priuignos, præſumitur ſuaſu eius facere, per text.in l. 5. in fin. ff.de inoffi.teſtam.vbi habetur, quòd pater aliquando ſolet odio proſequi filios ſuos blandimentis nouercalibus,& per Franc.Marc.deciſi.850.in prim. part. vnde nouerca dicitur, nocens arcus, vt per Beltrand.conſilio 336.in prima part.refert Caſan. in conſuet.Burg.Rubri.6. des infanſ. de pluſi. lie. in princip.ideo mi chariſsime frater, non eſt mirum, dum eramus in ſtudio, ſi malè vexabamur à domeſticis noſtris, & in vltimo vitæ ſpiritu Sol, & & Luna eclipſabit ob inæqualitatem ſeruatam.

Et mu-

Et mulieri dicenti, commodè ſtare non poſſe cum filijs, aut hæredibus teſtatoris, incumbit onus probandi, vt per Anchar. conſil. 254. ſuper primo quæſito. Pract. Papi. in d. gloſſ. ac etiam alimentis. num. 3. Durant. de arte teſtan. titu. de legat. caute. 56. alimenta. num. 1. Ruin. conſi. 34. num. 2. volum. 2. Alex. d. conſ. 100. volum. 1. Rolan. à Val. conſ. 22. num. 18. volum. 1. & Petr. Pech. de teſtamento coniug. lib. 5. cap. 10. Et quando alimenta ſunt relicta mulieri, donec ſtabit in domo teſtatoris cum hæredibus, aut filijs, ſi omnes moriuntur, aut maritentur, alimenta debentur, quia fauore alimentorum durat legatum, aliàs non duraturum. leg. qui concubinam. §. vxori. ff. de legatis tertio, cum ibi not. per Bart. ſentit Bald. conſil. 140. caſus talis eſt. volum. 5. ſequitur Durant. de arte teſtan. dict. cautel. 56. in fin. Dec. conſil. 620. caſus. num. 6. & ſeq. & Petr. Pech. dict. conſil. 10. Contrarium tamen etiam in legato alimentorum in caſu iſto communiter concludunt Doctores, vt ſupra dixi paulò ante, etiam quòd filiæ maritatæ poſtea reuerterētur ad domum teſtatoris, quia habentur pro mortuis quoad habitationem, cùm teneantur ſequi domicilium viri, vt per Decium, conſil. 485. conſi. 621. & conſil. 622. Ruin. conſil. 45. & conſil. 46. volumi. ſecundo. Hinc eſt, quòd ſi ſit legatum vſumfructum, aut alimenta alicui mulieri cum hoc, quòd debeat ſtare in domo dicti teſtatoris, ſi accipit maritum, & maritus vult illam ad eius domum ducere, & ipſa proteſtatur hæredibus teſtatoris per ſe non ſtare, nec ſtetiſſe, quòd poteſt petere vſum fructum, & alimenta, vt per Socinum, conſil. 68. colum. 3. volum. primo. Dec. conſ. 454. Iuridicas. numero 5. & 6. Rolan. à Valle, d. conſil. 22. numero 13. volum. primo. Ruin. conſ. 37. num. 8. volum. 2. licèt in conſi. 43. & ſeq. verſicu. ſed præmiſſis non obſtantibus, eodem volu. 2. tenuerit contrarium: & ideò, ſi teſtator filium ſuum minorem reliquerit, cum hoc, quòd mater, aut nutrix illius debeat ſtare cum dicto filio, & ipſe filius educari, nutriri, ac alimentari, penes dictam matrem, & nutricem, vel ipſam eſſe gubernatricem, & adminiſtratricem minoris & bonorum, tali caſu alimēta etiam matri, & nutrici cenſentur relicta, vt ſupra tetigi numero 39. & per Bald. in l. ſi mulieri. in fi. ff. de vſufructu accreſcendo. Pariſi. conſil. 21. volum. 2. & conſilio 21. numer. 2. & 3. volum. 3. Fran. Crem. ſing. 66. teſtator iuſſit, & Crauet. conſil. 32. teſtator reliquit, & tetigi ſupra titu. de tutore. numero 17. Sed iſto caſu mortuo filio aut hærede, alimenta amplius non debentur matri, aut nutrici, cum contemplatione ipſius filij relicta cenſeantur, vt latè conſuluit Signoro. de homode. conſilio 179. in themate præſuppoſito. columna final. verſicul. ſed per alium modum, ſequitur Dec. conſilio 485. numero quinto, conſilio 526. numero 5. & conſil. 601. numer. 3. Niſi ex mente teſtatoris colligeretur, contemplatione legatarij alimenta cenſeri relicta, vt quando dixiſſet, relinquo vxorem meam dilectam propter benemerita, aut immenſum in me amorem, aut quòd nutrire, & educare debeat filios meos confiſus in bonitate, amore, & ſufficientia ipſius, quia tunc per mortem filiorum non extinguueretur legatum vſusfructus, aut alimentorum, vt ſupra dixi. numero 41. & infr. numero 184. & habetur per Dec. d. conſil. 601. in conſilio 526. numero ſeptimo, & per Petr. Benintend. in deciſi. Bononienſ. 98. numero 2. vbi latè. Et iſta alimenta debentur in ſpecie, & non in quātitate, niſi corrumperentur ſpecies, ſi pro toto tēpore daretur, vt ſunt carnes, poma, & ſimilia, quia tunc pro eis æſtimatio debet fieri in pecunia, vt l. mella. §. quidam. ff. de alim. & ciba. lega. & Pract. Pap. in for. lib. pro lega rei. ſing. in glo. coram vobis. num. 103. verſic. deinde. Guid. Pap. ſing. 83. aliquis. Alex. conſ. 178. videretur. num. 7. volum. 6. & debentur per hæredes teſtatoris ſingulis menſibus, quę recipiunt commodam diuiſionem, quę autem non recipiunt commodam diuiſionem, vt veſtimenta, & calcearia, debentur ſolùm cum neceſsitas immineat, vt per Pract. Pap. vbi ſupra. numero 102. verſicul. inſuper quæritur. & Roland. à Valle, dict. conſilio 22. num. 22. & ſequ. & ideò ille qui petit alimēta, nō debet petere pecuniā, ſed frumentum, vinum, ligna, calciamenta, & ſimilia, aliàs ſuccumberet in ſua petitione, vt docet Bartol. quem cæteri Doctor. communiter ſequuntur. in l. libertis, quos. §. manumiſsis. ff. de aliment. & ciba. lega. quem refert, & ſequitur Iacob. Machel. patrocin. ſuo. 28. oppoſitæ exceptionis. numero 24. verſic. ſexto actor. Alexand. dict. conſilio 178. nu. 7. volumin. 6. Guid. Pap. ſingul. 83. pater meus venerandus, in reſponſ. 319. libr. primo. & vide Petr. Pech. in tract. de teſtam. coniug. libr. 5. cap. 10. ſub num. 2. in fi. char. 176. & debent taxari iſta alimenta, ſecundum quod teſtator erat conſuetus præſtare in eius domo, aut ſecundum gradum, & conditionem perſonæ, cui debentur alimenta arbitrio boni viri, vt dixi ſupra, numer. 27. & ſeq. Ioan. de Amicis. in conſi. 56. Boer. deciſ. 46. numer. 6. & per Petr. Pech. d. cap. 10. numero 1. & ſequ. Corſet. ſing. in verbo, conditio perſonæ. Bald. conſ. 221. in 4. part. & Dec. conſi. 545. num. 5. & veniunt appellatione alimentorum relictorum à teſtatore cibaria, veſtites, habitatio, medicinæ, calcearia, expenſæ ſtudij, & omnia quę ad victum hominis ſunt neceſſaria. l. legat. ff. de alimentis lega. Bal. in l. ſi maritus in id. in fi. ff. ſolut. matrimonio. Marc. Mant. ſingul 551. in facto, vbi loquitur etiam de pitantia relicta monachis. Alexand. d. conſil. 178. nume. 7. verſ. quo ad tertium volum. 6. Iaco. Machel Patro. 28. ſub num. 18. & ſequ. Roland. à Valle, conſil. 22. num. 1. & ſeq. volum. 1. Corn. Beninc. de paupertate. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 33. & ſeq. char. 73. & dixi ſupr. num. 27. Et quando ſunt plures hæredes, aut filij, & vxor tenetur ſtare cum illis, dicit Durant. de arte teſtand. titul. de legatis. cautel. 56. alimenta. Quòd ſi hæredes inter ſe diuidant, & vxor cum vno iuerit ad habitandum, poterit petere talia alimenta, & conditio adimpleta diceretur, & ſequitur Petr. Pech. in d. cap. 10. num. 4. char. 179. Licèt poſsit iſta vxor, ſi vult, diuidere conditionem morandi cum illis, vt per Cuma. conſil. 38. Martinus, Dec. conſil. 485. numer. 12. in fi. conſil. 526. in caſu. colum. fin. Ruin. conſ. 49. nume. 6. & ſeq. verſi. nec obſtat, quòd non poſsit, conſil. 80. & conſilio 81. volum. 2. & Rolan. d. conſil. 22. num. 14. & ſeq. volum. primo. Si autem non tenetur ſtare cum hæredibus, vt in primo, & ſecundo caſu ſupradicto, & plures ſint hæredes, aut filij, & vxori interſit, ea alimenta

menta non capere minutatim, tunc adibit iudicem, & iudex ex his vnum eliget, per quem alimẽta integra præſtentur cæteris, conferentibus partes ſuas, vt per Anchara, dict. conſilio 254. in fine. Brun. in tract. de rebus dubijs. charta. 8. colum. 2. Minſiger. in centuria prima. obſeruatio. 63. & latè Rui. d. conſ. 80. & conſ. 81. nume. 4. volum. 2. & ita vidi iudicatum per D. Dyoniſiũ Germanum meũ, quod eſt menti tenendum: An autem hæredes debeant portare alimenta ad domum legatariæ, vide Bal. in l. acceptam. in 15. quæſtio. C. de vſuris, Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. in ſexta par. quæſt. 14. num. 15. chart. 72. Iaſ. in l. fructus. verſic. adde, quòd colonus. ff. ſoluto matrimonio. Petr. Duen. regula, 161. in verbo, creditor. Pract. Pap. in for. lib. pro lega. rei. ſing. in gloſ. coram vobis. numero 105. verſicu. ſed hic inſurgit dubium. Plot. in l. ſi quando. numero 182. verſicul. aduerte tamen, in ſecunda fallentia. C. vnde vi. Roland. à Valle, conſil. 87. numer. 13. & ſequen. volum. primo. Nec tenetur iſta mulier legataria operari in domo, nec ad aliqua abſque alia, & diurnia, niſi ad eius commodum, vt per Bart. Paul. de Caſtr. & Doctor. vbi etiam Iaſ. numero 24. & 25. in l. diuortio, in princi. ff. ſolut. matrimonio. Alex. conſi. 131. colum. 3. volum. 4. Corſet. ſing. in verbo, vxor. Pet. Pech. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 10. chart. 176. numer. 4. & ſeq. Pract. Pap. vbi ſupra. num. 107. verſ. ſed quid ſi teſtator, licèt contrarium tenuerit Alex. in conſil. 100. num. primo. volum. 1. & Duran. de arte teſtan. titu. de legat. cautel. 56. qui loquuntur contra cõmunem, quando debentur alimenta ex diſpoſitione hominis, ſecus autẽ, quando ex diſpoſitione legis deberentur, qui tunc tenetur operari, & alia obſequi, alia facere, vt dicunt ſupradicti Doctores, & ſequitur Capic. deciſ. 24. nume. 10. Et quando petuntur alimenta, debet ſummariè procedi, & diebus feriatis, & maximè, quando debentur pauperibus, vt per Gomeſ. in §. præiudiciales. ſub num. 5. inſtit. de actio. Maran. ſpec. aur. quarta par. diſtinctio. 9. conſ. numero 52. char. 80. & poteſt agi tàm coram iudice laico, quàm Eccleſiaſtico, etiam quod deberentur ſpurijs, ſecundum communem opinionem, vt refert Dec. in cap. in præſentia. ſub num. 33. de probationibus. Rip. in l. prima. in fi. ff. de verbo. obliga. & Capic. deciſ. 164. & vide Boer. deciſio. 127. & Afflict. docare. ſegreti. nume. 10. & conſtit. quam plurimum. num. 15. in 6. quæſt. Et pendente lite, aut appellatione debent alimẽta præſtari, donec non fuerit deciſum, cum petẽs habeat fundatam intentionem in teſtamento. Iaſ. conſ. 124. ſub num. 2. volum. 1. Afflict. conſtitu. deciſio. 152. Dec. conſilio 509. numero 3. Pet. Pech. dict. capit. 10. in fin. Didac. pract. quæſtio. capit. 6. num. 8. chart. 85. Stepha. Aufre. in addit. Tholoſa.
139 deciſ. 77. Poſtquam vero ſumus in iſto legato cõditionali ſub iſtis dictionibus, dum, donec, quouſque, ſi, dummodo, & caſu quo, mihi occurrit in medium adducere illud, quod ſæpiſsimè multis in legatis ſolet euenire, ad maiorem totius materiæ declarationem, & ideò ſcire debes, quòd ſi reperiretur, per maritum factum legatũ vxori, & à principio relinqueret eam dominam, maſſariã, & vſufructuariam, donec, & quouſq; caſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, vel ſi honeſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruabit, & poſtea ſequenti legato dicam, item iure legatum reliquit prędictæ eius vxori omnes eos pannos lanos, & linos, item reliquit lectum, & ſcutos quinquaginta, quòd in legatis ſequentibus purè relictis non cenſetur repetita illa conditio, ſi vitam vidualem ſeruauerit, & donec caſtè vixerit, ſed ſtatim amore teſtatoris conſequetur legatum prædictum tanquam purum, & non conditionale, & ſentit Barto. in conſ. 39. Cola reliquit, volu. 1. Et melius ipſe Bart. & Fran. Tigrin. in conſil. 49. teſtator reliquit vxori habitationem. volum. ſecundo. & per Duran. de arte teſtan. titul. de legat. cautel. 58. An autem ſit idem, ſi conditio huiuſmodi poſita in vltimo, & ſequenti legato ſit, videlicet, an cenſeatur repetita in præcedenti legato, & quòd non intelligatur repetita, quidam D. Nicolaus Alexandri de Peruſio conſuluit, cuius conſilij verba hæc ſunt. Quidam nomine Titius ſuum condidit teſtamentum, in quo inter cętera ſic diſpoſuit: item iure legati reliquit Dominę B. partem hoſpitij, & vineæ dicti teſtatoris poſitæ, idem Dominæ B. vnam petiam terrę, item reliquit prædictæ Dominæ B. omnes panos lanæ, & lini, ad vſum ſuum, & dicti teſtatoris, & dominam maſſariam, & vſufructuariam bonorum dicti teſtatoris, dum honeſtè, & caſtè vixerit, & ad ſecunda vota non tranſierit, & commorabitur cum infraſcripto filio, & hærede ſuo, quæritur, vtrum dicta Domina B. vxor dicti teſtatoris, quæ ad ſecunda vota tranſiuit, debeat habere legatum eidem relictum primo loco, ſcilicet, partem hoſpitij, & vineæ, & terræ, non obſtante conditione vltimo loco appoſita, ſcilicet, dum caſtè, & honeſtè vixerit. An verò conditio vltimo legato appoſita, & ſcripta, in præcedentibus legatis, repetita intelligatur: in Chriſti nomine, Amen, viſo, & diligenter conſiderato puncto prædicto, ac etiam teſtamento dicti teſtatoris, & legatis in eo factis Dominæ B. videtur de iure dicendum, quòd dicta conditio, dum caſtè, & honeſtè vixerit, vltimo loco appoſita, non intelligatur repetita in præcedentibus legatis, & ſic poſito, quòd Domina B. nupſerit, & cum filio non moreretur, tamen prima legata, ſcilicet, partis hoſpitij, vineæ, & petię terræ, tanquam purè relicta Dominæ B. debeantur certum eſt, cum teſtator plurib. orationibus diuerſas res legat eidem, & vna quoque oratio habet in ſe verbum aptum ad legatum, & plura legata ſint diuerſa, & ſeparata, vt ff. de lega. 2. l. 2. & l. ſi duobus, & ff. de verbor. obliga. l. ſi ſcire debemus poſt prin. facit l. plura. ff. de leg. primo. ſed in puncto præpoſito teſtator Dominæ B. plura & diuerſa legata reliquit, de vnoquoque per ſe clarè faciendo, & cum verbo apto ad legatum, ſic dicẽdo: item iudicauit, & reliquit, &c. & poſtea ſubdit, item reliquit eidem Dominæ B. igitur cum plura, & ſeparata ſine conditione in legato appoſita, & maximè in vltimo legato, non debet intelligi in legatis præcedentib. & maximè, quia conditio in fine poſita, non eſt ita potens ad limitandũ præcedentia, ſicut eſt appoſita in principio, ad limitandũ ſequentia, vt probatur. ff. de l. 3. l. quiſquis cũ gl. 1. facit. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. Nec obſtat l. in repetendis. ff. de leg. 3. quæ vult, quòd per hãc dictionẽ, item, inducitur conditio, quãdo legata fuerit eidẽ perſonæ, q̃a illa lex nullo modo

modo reſpicit caſum noſtrum: Nam in fine dicitur, quòd conditio præcedentibus aſſcripta legatis, videtur repetita in ſequentibus legatis, factis eidem perſonæ per hanc dictionem repetitam, item, ſed in caſu noſtro fuit totum contrarium, quia conditio nõ fuit adiecta primis præcedentibus legatis, ſed vltimo legato tantum, & ſic non eſt de aliqua repetitione tractandum, cum illud quod non præceſsit, ſcilicet, conditio, non poteſt dici quod repetatur, quia hoc verbum, repetitio, appoſitum eſt, & de ſui propria ſignificatione importat actum, vbi repetitio inducitur præceſsiſſe, vbi not.ff.ſolut.matrim. ſuper Rub. & facit l. verbum reddendi.ff.de verbor. ſignifica. Non obſtat prædictis l.ſi tibi plura.ff.de legat.3.& ff. de cond. & demonſt.l.libertis.& l. Auia. in princip.in quibus in ſequente diſpoſitione, & legato videtur repetita conditio præcedens diſpoſitum, & legato adiecta, quia in omnibus præallegatis legibus teſtator legauit per has dictiones, hic amplius, vel eò amplius, quæ dictiones cum habeant annexã relatiua, repetunt ipſam rem primo legatam, meritò per has videtur repetita conditio primæ diſpoſitioni appoſita, ſed in caſu noſtro fuit dictum ſecũdo loco per hanc dictionem, item, quæ dictio nec repetit rem legatam, ſed ſolum actum, vt hic, & ſic non obſtant iura prædicta, ex quibus vt ſupra, concludo, quòd Domina B. poſsit petere dicta duo legata, tanquam purè & ſine aliqua conditione ſibi relicta, & eſt ratio, quia maioris virtutis eſt præcedens clauſula ad ſequentia, quàm ſequẽs ad præcedentia.d.l.quiſquis.ff.de leg.3.hæc ille: & hanc opinionem etiam ſingulariter ſequitur Roma.ſing.672.ſcis quòd conditio.vbi dicit, eſſe caſum in l.filium, & ibi.gloſſ.ordina. ff. quando dies legat. ced. de quo Bartol.in d. l. Auia facit feſtum, & in hoc videtur errare Petr. Anchara. Regienſ. in quæſtio.53.in præſenti, in ſecund.par. licèt alias adducat rationes, & fundamenta. Quando autem conditio poſita in vno legato cenſeatur repetita in alio, colligitur ex adductis per Doctor.in d.leg. Auia.ff.de cond.& demonſtra. Roma.conſilio 17. Ioan.de Anna, in conſi.8.viſo puncto, & ibi Ludo. Bologni.in additio. & addentes ad Roma. ſingul. 237. Dico tibi vnum, vbi Roman. dicit ibi, quòd quando conditio appoſita in primo legato tacito ineſt, & intelligitur in ſecundo legato, nunquam cenſetur repetita, per text.in l. ſi iudicet. §. fina. ff. de condi. & demonſtra. vbi dicit eſſe mirabilem, & menti tenendum, & vide Dec.conſilio 190. circa primum dubium.Bartolus in dict. conſilio 39. Cola reliquit.volumin.primo, & Alexand. conſil. 158.Abunde.volum.6.Ioan.de Garroni. in repet.

140 Rub.ca.de ſecundis nupt. in prima part. numero 97.verſic.teſtator reliquit, & Petr.Anchar.d.quęſtio.53.part. 2. In diſpoſitione autem vniuerſali, & ſpeciali, an vna diſpoſitio cenſeatur repetita & incluſa in altera, videtur dicendum, quod ſic: nam ſi teſtator legauit mulieri fundum, & poſtea in alio legato reliquit æſtimationem eidem vſusfructus omnium bonorum, mulier tali caſu habebit etiã æſtimationem vſusfructus illius fundi relicti, vt pro ſingulari tradit Roma.ſingul. 249. lego Titio fundum, vbi dicit, eſſe eam ſingularem. in l. ſi alij. §.rerum. ff. de vſufructu. & per hæc poteſt etiam decidi legatum, in quo Abbati fuerunt relicta decem, & omnibus fratribus cappa, quòd Abbas habebit etiam ipſe cappam, tanquam vnus de fratribus, vt dicit Bart.in l. Titia.§.qui Marco.numer. quarto. ff. de annu. legat. Et pauci dies ſunt, quòd vidi teſtamẽtum cuiuſdam Antonij de Cuntucijs Politianenſis, vbi cuidam fraternitati legauit libras decem ceræ, & in alio legato legauit omnibus fraternitatibus decem, quòd illa prima fraternitas debet etiam ipſa habere decem, tanquam vna de illis fraternitatibus, ſicut iſta mulier æſtimationem vſusfructus illius fundi relicti, tanquã vnus de omnibus illis bonis: & nota, quia ſeruiet, ad multa, & ad quæſtionem Bart.in l.ſi conſul.numero ſecund.ff.de adoptio.vbi determinat, quòd ſi fuit factum legatum prioribus ciuitatis de centum, & Titio quinquaginta, ſi Titius erat de prioribus, quòd debet habere vtrumque legatum, & Bald.in leg.ſi tibi homo.§.primo.ff.de leg. primo. ponit quæſtionem de Papa, qui pro certo debito creditori Eccleſiæ ſoluendo, mandat imponi poſſe collectam clericis alicuius Ciuitatis, & poſtea mandat imponi clericis totius prouinciæ, an etiã clerici illius ciuitatis poſsint ſecundo loco grauari. Bartol.autem in l.quæſitum. §. ſi quis fundum. numero 11.& ſequent.verſicul. prima igitur quæſtio eſt.ff.de fund. inſtruct. loquendo de rebus, & perſonis diſtinguit, aut præceſsit generalis diſpoſitio, aut ſpecialis, ſi generalis proceſsit, tunc ſupra dicta habẽt locum, videlicet, quòd generi per ſpeciem non derogatur, ſi præceſsit ſpecialis, circa perſonas generi per ſpeciem derogatur, circa autem res multas facit diſtinctiones, vt ibi per eũ. & in dict.§.qui Marco. & videtur Deciſ. Tholoſa. deciſ. 58. ſi ſit factum legatum, & ibi Stephanus Aufrer. vnde ex prædictis multum erunt conſideranda verba legati, videlicet, an diſpoſitio ſpecialis præcedat, vel ſequatur, & an ſit ſuper eodem iure, vt per Dyn. & ibi addent. in regul. generi. de regul.iur.in 6.Ruin.conſilio 40.numer. 8.volum. ſecundo, & Franciſ. Marc. deciſio. 845. numero 3. in prima part. In ſtatutis autem an generi per ſpeciem derogetur, vide Alberic.in tracta.ſtat.in prima part.quæſt.20.Corſet.ſingul.in verbo, ſtatutũ. il.5.& dicam infra.capitul.12.de conſilio ſapientis & habetur per Decium, conſilio 222.ſub numero quarto, & quinto, & in conſilio 44.numero 2.7.& 8.Pariſi.conſilio 166.numero 14.& ſeque. volum.

141 4.& Corſet.ſingul. verbo, ſtatutum. il 5. & 19. Et circa huiuſmodi legata facta per dictionem, donec, & quouſque, cum ſint annua legata, vt ſupra dixi. numero 115. aduertendum eſt, quòd differunt à legato fructuum, aut redituum aliquorum bonorum, & ſunt incompatibilia, & diuerſum ꝓducunt effectum, vt habetur per gloſſam, in leg. ſi quis ita.ff.de vſufructu, per illum text. & latè plura adducendo declarat Didac.variar.reſolut. libr. 3.capitul.9.numero 10.chart.903. Nam legatum fructuum, aut redituum bonorũ importat, quod legatarius debeat fructus, aut reditus recipere de manu hæredis in dubio, & non propria authoritate.l.fundi Trebatiani, vbi Barto.& Doctor.ff. de vſufructu lega.Bartol.in l.vnica.§.libertatibus.C. de caduc.tol.vbi etiam dicit, quòd hæres tenetur facere, & curare, quòd iſta bona colentur & ſeminentur,

ne[illegible]r, ac conſtruentur, imò dixit Roma. ſingul.
434.lego,quod poteſt hæres ſolùm æſtimationem
dictorum fructuum, & relictum ſoluere legata-
rio,& vendere proprietatem bonorum,dummo-
dò quantitatem fructuum illius fundi legatario
præſtat,per tex.in d.l.fundi Trebatiani, & ibi Bar.
& intellige quantitatem,aut æſtimationem dicto-
rum fructuum deducta portione coloni,aut dedu
ctis expenſis,datijs,& gabellis,vt per Barto. in d.l.
fundi Trebatiani.in fin. & ibi Appoſtill. & in leg.
fructus.vbi Iaſ.numero 1.& ſequ.ff.ſol.matr.Bald.
& Docto.in l.nihil.§.fin.ff. de leg. primo. Tyraqu.
de retract.lignag.§.15.gloſ.prima.nume.16.verſic.
fallit ſecundò.Bernard.Diaz. reg.302. fructuum.
Roma.& Soci.in d.l.fructus. Afflict.deciſ. 44. nu-
mero 32.& latè per doctiſsimum Roderic.Soarez.
titu.de las arras.ſub numero 5. verſicul. conſidera
tamen.chart.412. Niſi legatum eſſet ad pias cauſ-
ſas,vt per Roma.& Socin.in d.l.fructus.Capic.de-
ciſ.26.numero 8.& numero 9.& Tyraquel.d.gloſ.
prima.num.16.& ſeq.quæ æſtimatio fructuum, &
redituum,quomodo fieri debeat, tradit Bart.in l.
cotem.§.fin.num.9.de publi.vectigal.Corn. con-
ſil.249.lit.F.volum.3.Afflict.d.deciſi.44. num.32.
& Alexan.in l.hæreditatem.num.9. & in l.1.§. ſi v-
ſusfructus.numero 4. ff. ad legem Falcid. Lega-
tum verò vſusfructus bonorum importat, quòd
de manu ſua habet fructus colligere, & commo-
dum vſusfructus percipere: nec hæres poteſt in-
uito vſufructuario,& eo irrequiſito,aliquid de di-
ctis bonis diſponere,& alienare,nec per ſe retine-
re,aut boues,& animalia è prædijs mouere, vt per
gloſ.in dict.leg.fundi Trebatiani,in verbo, diffe-
rentiam,& ibi Bart.& Doctor.gloſſ.in l. ſi quis ita.
ff.de vſufru.Corne.conſi.8.circa primum. colum.
3.verſic.poſt ſupra.volum. 2. Cæpol. in tractat. de
ſeruit.vrba.prædio.cap.4.tit.de vſufru.nume. 89.
Marc.Mant.ſingul.498.Ad idem ferè, Bero. quæ-
ſtio.101.numero 4.& ſeq.tangit Iaſ.in l.prima.nu-
mero 63.ff.de lega.primo. & hanc differentiam e-
tiam tangit Alexan.in d.l. de pupillo.§. ſi in pluri-
bus.numero 6.ff.de nou.oper.nuncia.gloſſ.in d.l.
ſi quis ita.per illum text. Aegid. Boſſ. in ſua pract.
tit.de bono publ. nu. 73. & vide ſubtiliter per Ari.
Pinel.in l.1.in 2.part.numero 11. verſicul. pro no-
titia,& vtilitate terminorum,& numero 74. C. de
bon.mater.char.272.& facit Tyraquel. de retract.
conuenti.§.primo.gloſſ.6.numero 29. chart. 293.
vbi loquitur etiam in pacto de retrouendendo.
Franc.Marc.deciſio.824.in prima part.& deciſio.
493. in 2. part. Solùm poteſt proprietarius etiam
ad commodum vſufructuarij bona cuſtodire in-
uito vſufructuario, & alteri locare, ſi vſufructua-
rius non benè cuſtodierit, vt per Aretin.§. primo.
in fin.inſtit.de vſufru.Franc. Marc. deciſio.834.in
prima part.& tetigi infra. numero 573. Et ante-
142 quam vſufructuarius conſequatur vſumfructum,
tenetur facere inuentarium de omnibus bonis te-
ſtatoris, & idoneam præſtare cautionem parte pe-
tente: aliàs iſtorum aliquo deficiente, non lucra-
bitur fructus vſufructuarius, & ſi fuerit in mo-
ra ſatiſdandi, aut rectè conficiendi inuentarium,
perceptos fructus reſtituet, & vſumfructum per-
det,& conſolidabitur cum proprietate, vt conſu-
luit Bello.conſilio 54.numero 8.& ſequent.verſic.
ad quartum, & vltimum, per textum. in l. ſi vſuſ-
fructus nomine.ff.de vſufru.& Ari.Pinel. in l. pri-
ma.in 2.part. numero 79. verſicul. in hoc vtiliſsi-
mo.C.de bon.mater.char.286.& tetigi ſupra, nu-
mero 89.& ſequent. Et quamuis vſufructuarius
non teneatur ſatiſdare, nec facere inuentarium,
donec fuerit ingreſſus poſſeſsionem bonorum re
lictorum,vt per Soc.in con.128.num.1.colum.pe-
nult.volum.3.Gozad.in conſil. 91. & in conſil. 95.
& proprietarius ſatiſdederit de patiendo vſufru-
ctuarium vti,& frui vſufructu,& de non moleſtan-
do eum in ſuo vſufructu, adnotata per Cæpol. de
ſeruit.vrbano.prædio.cap.4.titul.de vſufruct.nu-
mero nono.verſicul.dubium etiam eſſe poteſt, &
Fran.Marc.deciſ.830.deciſ.882. in 1.par.tamen v-
nico actu,& inſtrumento bona conſignari debet,
& cautio per vtrumque præſtari, ac fieri inuenta-
rium,vt per Boer.in conſil.49.numero 4. Moder.
Pariſienſ.in l.tribus.numero 15.& ſequen.verſicu.
in tertia part.ff.de vſufru.earum rerum. char.170.
& Roland.à Valle,conſilio 92. numero 12. volum.
primo. & ita videtur ſentire Ruin. conſilio 202.
numero quinto.& ſequent. volumine ſecundo, &
ita intellige Bal.in l.ſi cuius. ff. de vſufru. & Socin.
in conſil.131.colum.fi.qui dicunt, quòd cautio, &
confectio inuentarij poteſt peti duobus modis,
vno modo officio iudicis,altero modo antequam
res tradetur iure repulſionis,vt dicit etiam Rolan.
143 in dict.conſilio 92.numero 12.& ſeque. Quod in-
uentarium debet fieri ſecundum ſolemnitatem.l.
fin.C.de iur. deliber.ſi non eſt remiſſum à teſtato-
re,ſi autem remiſſum eſt, licet non valeat talis re-
miſsio, tamen non tenetur vſufructuarius facere
cum ſolemnitatibus, ſed ſufficit aliquam deſcri-
ptionem facere omnium bonorum, vt per Iacob.
Philip.Porc.libr.3.concluſio.18. verſi.tertiò limi-
tà.vbi dicit communem,& Petr.Pech.in tracta.de
teſtam.coniug.lib.5.capit.9.numero tertio.char.
170.& ſic omnia bona mobilia,ſe mouentia,& im
mobilia, iura, & actiones, & nomina debitorum
inſcribere cum omnibus eorum qualitatibus, cõ-
ditionibus,& ſignis,videlicet, bona mobilia, po-
nere diſtinctè cum pondere,numero, & menſura,
ac bonitate,vel prauitate, & ſecundum commu-
nem opinionem,cum æſtimatione illarum rerum,
ſecundum tempus rei acceptæ, & non reſtitutio-
nis,vt per Paul.de Caſtro. in l. cum tale legatum.§.
Titius.verſic.dicebatur contrarium. ff. de condi.
& demonſtrat.Alexand.conſil. 58. ſub numero 4.
verſicu.poſito ergo.volum.3.Paul.de Caſtr. in cõ-
ſilio 221.colum.fin.volum.2.Pariſ.conſil. 25. num.
51.conſil.61.colum.fin.conſil.95. numero 62. & in
conſil.96.num.3.& ſequ.volum.2.Bertran. conſil.
57.nume.25.volum.1.licet Aret. in §. conſtituitur.
colum.4.verſic.in glo.æſtimante.inſtit. de vſufru.
videatur ſentire, quòd non ſit neceſſaria æſtima-
tio,& loquitur contra communem, & ſequitur e-
tiam pulchrè Plot.in l.ſi quando.num.604.& ſeq.
verſic. vſufructuaria. C. vnde vi. Rol.à Valle,con-
ſil.92.num.24.& ſeq.volum.primo, & pulcherri-
mè loquitur,in conſ.73.num.27.& ſequ. volum.2.
quia vbi quis tenetur reſtituere,tenetur æſtimare,
quòd procedit etiam in principe, vt dicit Iacob.
de Bello.viſu.in ſua pract. crimin. titu. de iniurijs.
nu.28.verſ.item,iux.hoc.char.11.& maximè in his
rebus

rebus, quæ vſu conſumuntur, & corrumpuntur, vt eſt vinum, oleum, frumentum, veſtes, ſegetes, ſuppellectilia, ligna, libri, pecuniæ, baliſtæ, argentum, & aurum, vt hæc ferè omnia connumerat Alexand. d. conſilio 58. habita ſuper narratis. numero 7. volum. 3. Roland. dict. conſilio 92. numero 24. & ſequ. Afflict. deciſio. 342. Frederic. de Sen. in conſil. 46. iure cautum eſt. Rui. conſ. 51. numero 9. & conſil. 206. num. 24. & ſequen. volum. 2. Abb. in c. iam conſtet. de pignor. Alexand. conſil. 220. quia opportunè. volum. 6. Franc. Marc. deciſ. 818. in prima part. & Iaſ. in l. 1. §. fuit quæſitum. verſic. in ea gloſſ. ibi. ſed hoc non reperitur in adulto. ff. ad Trebel. licèt Corn. conſil. 119. colum. fin. volum. 2. videatur tenere contrarium in ſuppellectilibus, quòd non ſint de rebus, quæ vſu conſumuntur, & malè per ſupra, & per verba generalia. §. cōſtituitur. inſtit. de vſufructu. ſecundum Ari. Pinel. in l. 1. in 2. part. numero 80. circa finem. C. de bon. mater. & vide Tyraquel. de retract. §. primo. gloſſ. ſeptima. numero 96. & ſequent. Bona autem immobilia debet deſcribere clarè, diſtinctè, per fines, quantitates, iugera, & qualitates, & cum oneribus ad hoc, vt tempore reſtitutionis poſſit dignoſci, quæ ſint reſtituenda, & quæ non, & quod pretium, quæue æſtimatio, & deterioratio: Aliàs poſſet contra vſufructuarium hæres iurare in litem, & tenebitur hæredi ad omnia damna, expenſas, & intereſſe, vt per Plot. in dict. l. ſi quando. numero 604. verſicul. vſufructuarius, & nume. ſequ.
144 Immò ſi doloſè occultauerit aliqua bona, & non deſcripſerit in inuentario, perdet vſumfructum, ſi bona illa ſunt magnæ æſtimationis, vt conſuluit Crauet. conſilio 300. in facto propoſito. libro ſecundo, quod conſilium non ita abſolutè, & ſimpliciter intelligo, ſed quòd vſufructuarius amittit vſumfructum illarum rerum, quas occultauit doloſè, cum æſtimatione dupli. leg. fin. §. licentia. vbi Iaſon, ante finem. C. de iur. deliber. Bello. conſilio 30. numer. 6. & Cornel. Benincaſ. tractat. de pauperta. quæſtiō. 9. ſpecial. 10. numero 31. chart. 210. dummodo per hæredem probetur occultaſſe doloſè, & in fraudem, vt dicit Bello. d. conſil. 30. numerò 6. & non quòd amittat omnem vſumfructū, vt per Pariſ. conſil. 37. numer. 13. volum. 3. & Ruin. conſ. 48. num. 12. volum. 2. & hoc inuentarium, ſeu deſcriptio debet poni, & ſcribi in inſtrumento cautionis, & ſatiſdationis, etiam quòd eſſet remiſſum à teſtatore, aliàs non valeret, & non prodeſſet vſufructuario, vt per Alexand. d. conſil. 58. ſub numero 11. apparet ergo. volum. 3. Rolan. d. conſ. 92. num. 20. verſic. aduertendum tamen. volum. 1. & Ari. Pinel. l. 1. in 2. part. nume. 22. C. de bon. mater. chart. 190. & Ruin. conſil. 206. nume. 23. & ſeq. volum. 2. & Petr. Pech. in tract. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 9. nume. 3. 4. char. 171.
145 Et licet æſtimatio ſecundum communem ſit fienda: tamen non puto per hoc vſufructuarium vſumfructum amittere, cum ſit parui præiudicij adnotata ſupra tit. de tutore. numero 81. & potius redundet in vtilitatem proprietarij, quàm vſufructuarij, dummodo aliæ qualitates, & ſigna clarè appareant, iuxta notata per Rolan. d. conſ. 73. num. 27. & ſeq. vol. 2. & Plot. d. l. ſi quando. nu. 604. & ſeq. verſ. vſufruct. C. vnd. vi. & alios ſupra allegatos: Nam ſi non adeſt æſtimatio, tenetur ad tantundem in genere eiuſdem qualitatis, & bonitatis, & non ad æſtimationem, vt per Alexand. conſilio 120. qui opportunè. numero 2. verſicu. ſed cum in caſu propoſito. volum. 6. ſi adeſt æſtimatio tenetur ad pretium, vel ad rem tradendam arbitrio ipſius vſufructuarij, vt dicit Alexand. d. conſi. 120. num. 1. & infra proximè dicam. quo caſu ſi ipſa vſufructuaria viderit fructus plus valere tempore reſtitutionis, quàm acceptationis, poterit æſtimationem factam reſtituere, ſi non erit facta, tenebitur tantundem in genere reſtituere, & ſic erit deterioris conditionis, & debet ipſa vſufructuaria animaduertere ad hoc, & proprietarius non tantùm ſe curare de huiuſmodi æſtimatione, ſed benè de alijs qualitatibus, ſignis, & diſtinctionibus, ſupra à Doctoribus allegatis:
146 Iſta autem ſatiſdatio, & cautio non debet vniformiter ab vſufructuario præſtari, ſed ſub duplici modo, & non ſufficit vnum, quia alia eſſe debet cautio bonorum mobilium, & alia bonorum immobilium: circa autem bona mobilia diſtinguendum eſt, inter mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & recipiunt functionem in genere ſuo, & bona, quæ vſu conſumuntur, ſed ſeruando ſeruari poſſunt, & ſolum vſu minuuntur, & deteriorantur: in bonis quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & vltra triennium non durant, vt eſt vinum, oleum, frumentum, veſtes quotidianæ, lanæ, linea, fructus, & pecuniæ, quæ expenduntur, tenetur cauere vſufructuarius de reſtituendo æſtimationem illarum rerum, quæ inſpicitur tempore præſtitæ ſatiſdationis, vel de tantundem reſtituendo in genere eadem bonitate, & qualitate. Aretin. & Doctor. in §. conſtitut. inſtit. de vſufructu. Alex. conſ. 220. quia opportunè. num. 1. volum. 6. l. ſi tibi vni. ff. de vſufru. Franc. Marc. deciſio. 817. num. 3. in 1. part. text. in C. fin. & ibi Doctor. de pignor. Pariſ. conſil. 96. numero 3. & ſequen. volum. 2. Rui. conſil. 206. numero 25. verſicul. pro rebus igitur. volum. 2. & Iacob. Philip. Porc. in ſuis concluſionibus. lib. 3. concluſio. 18. vſufructuarius. verſicul. tertiò amplia. chart. 574. Roland. conſilio 13. numero 23. volum. primo. In bonis autem quæ ſeruando ſeruari poſſunt, & vſu non conſumuntur, ſed minuuntur, & corrumpuntur, vt ſunt ſegetes, baliſtæ, argentum, & aurum, veſtes precioſæ, vaſa metalli, ferri, argenti, ſerui, iumenta, & ſimilia, aliqui voluerunt, cauere vſufructuarium de vtendo, & fruendo, & poſtea reſtituendo, qualia reperientur ad inſtar bonorum immobilium, & videtur text. in l. prima. ff. de vſufruct. quemadmodum cauea. per Alexand. in dict. conſilio 58. numero 6. verſic. & in hoc reſpondeo. volum. 3. ſentit Rolan. d. conſ. 92. nume. 22. & Franc. Marc. deciſ. 817. numero 5. in prima part. verſic. vbi ponitur, & deciſi. ſeq. & Corn. conſ. 99. lit. Q. volum. 2. qui loquitur in ſuppellectilibus, & maſſaritijs, & dicit, teneri ad reſtituendum eo modo, quo reperiuntur. & Doctor. in cap. fin. de pignor. quod videtur poſſe corroborari ex adductis per Dec. in l. contractus. numero 25. ff. de regul. iur. & Plot. in l. ſi quando. numero 550. C. vnde vi. vbi habetur, quòd ſi res fuerit commodata ad vtendum, & pro vſu deteriorata, quòd non tenetur recipiens de deterioratione, & hoc ſentit Fran. Marc. d. deciſ. 818. num. 2.

Pariſ.autem in dict.conſil.96.d. numero tertio,&
ſequent.volumin.ſecund.dicit, quòd ſi ſunt bona
mobilia,quòd debent æſtimari, & ſi ſeruando ſer-
uari poſſunt, tunc ſatiſdatur de vtendo, & fruen-
do arbitrio boni viri, & de reſtituendo ea, ſi non
reperiantur deteriorata, aliàs de reſtituendo pre-
tium,& de retinendo illa penes ſe, vel de reſtituen-
do ea,&pretium æſtimationis,vt refert etiam Ro-
land. d. conſilio 92. ſub numero 23. volumin. pri-
mo. communis tamen opinio eſt, quòd tenetur
æſtimare, & ſatiſdare de reſtituendo tantundem
in genere eiuſdem qualitatis, vel æſtimationem,
aut de reſtituendo ea deteriorata, & pretium de-
teriorationis, quamuis videatur dura iſta commu
nis opinio,vt per Aretin.in d. §. conſtituitur.Ber-
trand.conſil.40.numero 7.& ſequen.lib.2. & Ari.
Pinel.l.1.in 2.part.ſub numero 8.verſicu. in modo
autem cauendi. C.de bon.mater.char.293. Anto.
Roman.commun.concluſio. libr.5. de vſufructu.
concluſi.prima. Et eſt in electione vſufructuarij,
& eius hæredis,reſtituere rem in genere, aut illius
æſtimationem, vt per Alexand. dict. conſilio 120.
quia oportunè.numero 1. volum.6.Aretin. dict.§.
conſtituitur.colum.4. verſicul. in gloſſ. æſtimate.
inſtit. de vſufructu.quia quotieſcunque debitor
promittit rem reſtituere vel illius æſtimationem,
tunc electio ſpectat ad debitorem.l.plerumque.§.
vltimo.ff.de iur.dot. vbi in alternatiuis electio eſt
debitoris,& ſequitur Ari.Pinel.d.l.1.in prima par.
ſub numero 80.verſicu.in his enim, quæ vſu.C.de
bon. mater. chart. 293. & quando differt electio-
nem,animo moleſtandi hæredem, tunc iudex de-
bet aſsignare tempus ad eligendum, quo elapſo
amplius non eliget,vt dicit Pract.Pap.in for.li.pro
leg.rei ſin. in gloſſ.coram vobis.num.159.verſicu.
ſed quid dices.& ſentit Petr.Pech.in tractat.de te-
ſtam.libro primo,capit.21.num. 4. chart. 73. Cir-
ca autem bona immobilia tenetur ſatiſdare de v-
tendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de rebus
reſtituendis finito vſufructu, prout extabunt, A-
lexand. dict. conſilio 58. numero 6. 7. volumin.3
Aret. dict. §. conſtituitur, & alijs ſupra allegatis,
dummodo ex abuſu, & culpa ipſius damnum, &
deterioratio non contigerit, vt ſequuntur etiam
Doctor.in capit.fin.de pignor.1.& gloſſ.in verbo,
cautio.& Doctor.in l.fin.ff.de vſufructu.& quem-
admodum caue.per illum text. & ibi gloſſ. in ver-
bo,cautio.vbi loquitur etiam de quibuſdam bo-
nis mobilibus,& Ant.Roma.d. concluſio. prima.
char.587. Quæ ſatisdatio debet eſſe idonea arbi-
trio boni viri.l.vſufruct.cum gl. C. de vſufru. Rui.
147 conſilio 51.numero 8.conſil. 206. numero 25. vo-
lum. 2. etiam quòd à teſtatore eſſet remiſſa in per-
ſonam pauperem,& non idoneam,vt dicit Ari.Pi-
nel.in l.1.in 2.par.ſub nu.76. verſi. hæc etiam iura,
per tex.in l.ſecus,& ibi Bart.ff.ad l.Falci.aliàs eſſet
per indirectum remittere cautionem,quæ nō po-
teſt remitti à teſtatore,vt infra dicam, & dicitur i-
donea,quotieſcunq; habes facultatem conueniē-
di fideiuſſorem ſine timore armorum, & longitu-
dine litigij,ob illius potentiam, & etiam ſi habet
tantum in bonis,deducto ære alieno, quantum in
inuentario eſt deſcriptum, & tenetur vſufructua-
rius reſtituere.l.fideiuſ.ff.qui ſatiſda. cog. in prin.
& pulchrè, ac latè habetur per doctiſsimū Roder.
Soarez. in tit. de los complazimentos. verſ. Hinc
opportunè reſtat.num.1.& ſeq.chart.764 Lancel
Conra.de offi.præto.c.9.lib.1.Rub.de teſtib.n.81.
148 char.108.Nec teſtator poteſt confectionem inuē-
tarij,& ſatiſdationem bonorum immobilium, &
mobilium,etiam quæ vſu conſumuntur,& ſeruan-
do ſeruari non poſſunt, remittere ſub priuatione
hæreditatis,& bonorum ſuorum cum prohibitio-
ne expreſſa, ſecundum communem opinionem,
vt conſuluit Ioan.Neuiz.conſ.9.nu.12.& ſeq. Rol.
à Val.d.conſ.92.n.1.q.15.& ſeq.vol.1.Plot.l.ſi quā-
do.n.606.verſ.Nec poteſt teſtator. C. vnde vi.Iul.
Clar.§.teſtam.q.64.& q.66.Crauet.conſ.187.nu.
7.vol.1.Rui.conſ.65.in fi. vol.3. latè Moder. Pariſi.
in l.trib.nu.11.& ſeq.ff.de vſufr.ear.rer.Iaco. Phili.
Porc.lib.3.concluſ.18.verſ. iſtud tamen limitatur.
char.577.& pulchrè habetur per Ari.Pinel.l.1.in 2.
part.nu.75.verſ.videamus ſupra.C.de bon.mater.
vbi plures ponit ampliatio.char.275.& Pet. Pech.
in tract.de teſtam.coniug.lib.5.c.9.chart.172. nu.
4.vbi extendit etiā, quòd teſtator habuiſſet licen-
149 tiam à principe remittēdi. Hæres autem benè po-
teſt hanc cautionem, & inuentarij confectionem
remittere vſufructuario,expreſſè, & tacitè permit
tendo vti,& frui, ſecundum communem opinio-
nem,vt per Aret.in prin.inſti.de vſufru.in fi.Imol.
& Doct.in c.fi.nu.12.de pign.Iaco.Porci.in d.con-
cluſ.18.lib.3.verſ.1.limita.Ari. Pinel. vbi ſupra.nu.
76.verſ.limitantur etiam illa iura.char. 278. Fran.
Marc.deciſ.820.nu.4.in 1.par.& Ant.Roma.lib.5.
de vſufr.concluſ.1. num. 43. chart.587.& ſimiliter
150 hoc poteſt remittere ſtatutum,vt per Alex.in con-
ſil.120.ſub nu.7.verſ.poſtremo ſatis. vol.6. Quam
ſatiſdationem, ſi propter paupertatem non inue-
nerit iſta vſufructuaria, aliqui voluerunt, quòd ſi
erit clarum,non poſſe præſtare cautionē, non pro
pter ſuos malos mores, nec propter inopiam ſua
culpa cauſſatam, ſed propter paupertatē natura-
lem, vel caſu aut neceſsitate ortam, quòd tunc, ſi
non eſt perſona ſuſpecta iſta mulier vſufructuaria,
ſed fidelis, bonæ conditionis & famæ, debeat ha-
bere vſumfructum,& recipere fructus propria au-
thoritate de manu ſua cum hypotheca omnium
ſuorum bonorum, ſi autem eſt ſuſpecta, & malæ
conditionis,& famæ,quòd res mobiles,& quæ de-
uaſtari poſſunt, ſequeſtrentur penes idoneam per
ſonam, & ab illa fructus percipiat, vt per Bald. in
Authen.cui relictum.C.de ind.vidu.tol. Aretin. §.
vſusfructus.ſub numer. 4.inſtit.de vſufruct. Cyn.
in l.vſusfructus.C.de vſufruct.ſentit Alex.in conſ.
57.ponderatis verbis.numer. quarto.verſi. quan-
tum vero ad dubium.volumin. tertio. Guid. Pap.
deciſio.189.& deciſio.159.& Roland.à Valle,con-
ſilio 43.numero 10.num.24.numer.35.&num.46.
volumine ſecundo. Multi autem tenuerunt, quòd
non ſufficiat iuratoria cautio cum hypotheca bo-
norum,poſtquam lex mandat ſatiſdare, ſed requi-
ratur de neceſsitate fideiuſsio idonea,& ſi non re-
periatur, quòd hæres poſsideat bona, & præſtat
vſumfructum, deductis expenſis vſufructuario
arbitrio iudicis, vel alia perſona bonæ conditio-
nis & famæ, etiam quòd vſufructuarius eſſet ege-
nus,& miſerabilis perſona, vt conſuluit Ruinus.
conſilio 51.numero octauo,conſilio 206. numero
vigeſimoquinto, volumine ſecundo. Belio. con-

ſilio 45.numero quinto, & ſequ. Beltrand. conſil. 14.colum.quinta.conſilio 144.colum.5. volumin. tertio.Iacob.Porci.libro 3.concluſio 18. verſicul. octauò amplia. & dicit Bello. dict. conſilio 54. ſub nume.ſexto, quòd durum eſſet ab iſta opinione in practica recedere. Roland.à Valle, conſil. 92. numero 11.volum.primo, & eſt videndus Arnol. Soſilo.77.& Ripa.in reſponſo.13.num.16. & ſequen. volum.primo. Et dixit Alexan.in d.conſi.57. numer.4.5. volum.3. quòd iſte vſufructuarius poteſt petere remiſsionem ſatiſdationis, ſi eſt forenſis, ad locum vbi poſsidet bona, aut habitat, etiam quòd ſit diuerſi territorij, & imperij, ſi non eſt diſtans per centum miliaria, de qua remiſsione loquuntur etiam Rip.dict.reſponſo. 13. Hieronym. de Monte.in tractat.de finibus.capit.108. in fin.& Cornel. Benincaſ. de pauperta.quæſtio.9. in ſpe-
151 cial.7.numero 13.chart.192. Et ſic habes colligere, quòd ſi vſufructuarius efferat ſatiſdationem de vtendo, & fruendo, arbitrio boni viri, & rem reſtituendo finito vſufructu, quòd debet audiri, ſi bona ſunt mobilia, & immobilia, & fideiuſſor non ſit idoneus, maximè proprietario excipiente, quia paria ſunt, non cauere, vel minus idoneè cauere, & nõ facere inuentariũ, vel minus idoneè facere l. tertia.ff.de fideiuſſori.l.quoties.ff.qui ſatiſda. coga. videtur text.in §. conſtituitur. inſtit. de vſufru. vbi dicit, quòd debet idoneè & vtiliter cauere, & Roland.à Valle, conſilio 73.numero vigeſimonono, & ſequent.volumine ſecundo, & Ari. Pinel. d. leg.prima.in ſecunda part.ſub num.76.in fi.char. 280.C.de bon.mat.& non poſſe vendere, vel poſſe vendere, ſed non iuſto pretio, idem eſt, vt per Anchar.Regienſ.quæſtio.64.numero 8. in ſecunda par.vel debet per iudicem interloqui, proprietarium teneri ad conſignandum bona pro vſufructu, vel alimentis vſufructuario facto inuentario, & præſtita idonea cautione per vſufructuarium, parte petente iuxta regulas iuris, & ſic donec non fecerit inuentarium legitimè, & non ſatiſdederit idoneè, non lucrabitur fructus, nec conſequetur bona ad vtendum. Dec.in conſilio 418.numer. 18. conſilio 607.& conſil.ſequ.Franciſ. Marc. deciſio 822.in prima part.& Ari.Pinel. vbi ſupra. numero 80. verſicul. in praxi. etiam charta. 293. & tunc ſi legatarius noluerit cauere circa bona mobilia, & immobilia, prout ſupra fuit cantatum, non conſequetur fructus, & perdet vſumfructum pro illa parte, pro qua non ſatiſdedit, & non fecit inuentarium, per ſupra, & per Pariſ.conſilio 37. numero 13.volumine tertio, quod eſt notandum pro cautione, & confectione inuentarij, petita per illos de Ricobaldis Dominæ Titæ vſufructuariæ, & per Bello.in conſilio 54.numero 8. verſicul. ad quartum, & vltimum. & Natta. conſilio 297. numero 3.in 2. part. & dixi ſupra. numero 89. & ſequenti. Et ideò fac vt inſtes à principio, antequam poſſeſſionem bonorum vſufructuarius ingrediatur, vel poſt etiam, quòd iudex interloquatur, inuentarium fiendum cum æſtimatione bonorum ſaltem mobilium, & ſatiſdationem præſtandam, ſecundum quod iura diſponunt, quo caſu vſufructuarius, ſi voluerit fructus facere ſuos, neceſſe habebit prædicta adimplere, ſiue ſit in poſſeſſione bonorum, ſiue non, per ſupradicta, quia pluries vidi iſtas mulieres vſufructuarias auaras, & malignas, poſtquam vſumfructum adeptæ ſunt, nolle facere æſtimare dicta bona mobilia, nec ſatiſdare de reſtituendo illarum æſtimationem, & proprietarij ignari, & inſipidi neſciunt inuenire modum faciendi perdere vſumfructum vſufructuario, & fru-
152 ctus: quod ſecus eſſet, ſi iſte vſufructuarius in iudicio præſentialiter, & non verbo obtuliſſet idoneum fideiuſſorem, & offerret, velle facere inuentarium, & ſatiſdare prout de iure tenetur, non aliter, nec alio modo, & proprietarius exciperet aliquid, quia tunc conſequetur fructus, ac ſi prædicta feciſſet, attento, quòd per eum non ſtetit, ita dicit Ruin conſilio 60. numero primo, volumine ſecundo, & alij ſupra allegati, & faciunt adducta per D.Bero.quæſtio.98.cuius fundum. & Franciſ. Marc.deciſio.878.in prima char. vbi ſufficit obligatio ad faciendum fructus ſuos parte repudiante, & Capic.deciſio.19. numero tertio, ſecus non repudiante, quia non ſufficit oblatio ſola, per ſupra, & Natta.conſilio 477.de quatuor, in ſecunda
153 part.numero primo. Quæ autem de inuentario faciendo, & ſatiſdatione præſtanda non procederẽt, in eo, qui donauit bona ſua alicui reſeruato ſibi vſufructu in vita: Nam iſte vſufructuarius eſt valde diuerſus ab vſufructuario, teſtamentario omnium bonorum, & non tenetur ſatiſdare, nec inuentarium facere, vt per Socinum, in leg. omnes.ff.de exceptio. Decius, in l. diuus pius. numero ſecundo. ff. de regul. iur. & in conſilio 265. numero quinto.in ſecunda part. cum ſimili, & Roland.à Valle, in conſilio 38.volumin.ſecundo, quia cum ex ſua liberalitate conueniatur, cum eo mitius agendum eſt.argument.l.ad res donatas.ff.de ædili.edic.& ideò ſatis erit, quòd tali caſu vſufructuarius ſolum promittat cum hypotheca omnium bonorum, vt etiam dicit, Cornel. conſilio 267.in hac colum.3.volum.4.& Ari.Pinel.in leg.1. in ſecunda part.num.80. verſic. hæc autem regul. C.de bon.mater.char.291. Octauia. Pedemont.in deciſ.152.& Ant.Roman.com.concluſio.libr.5. de vſufructu.concluſio.prima.numer.45.chart.587.
154 Et per talem reſeruationẽ transfertur ciuilis poſſeſsio in donatarium, & videtur ineſſe conſtitutũ, vt per Raph.Cuma.in l.quòd meo.colum. 2. verſi. eſt etiam alius.ff.de acquir.poſſeſ.& Pariſ.in conſ. 60.num.16.&ſeq.volum.3. Quia retinendo vſumfructum videtur recognoſcere, ſe poſsidere nomine alterius, & non poteſt alienare, nec vendere proprietatem dictorum bonorum, vt latè tradit Tyraquel.de iure conſtit.in 3.part.in 9.limita.numero 12.& 13.& in prima par.num.vigeſimoquinto, & ſeque. verſicul. & hæc quidem. Et iſta reſer-
155 uatio vſusfructus ad hoc, vt donatio valeat, debet eſſe eius conditionis, tempore reſeruationis, vt de eo teſtari poſsit naturaliter, ſeu potentialiter ex natura rei, aliàs vt donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valeret. Didac. Couar.variar.reſolut.libro tertio, capit.12. in fin. verſicul.4.chart.934.Roma.in conſil.171. numer. primo.Alexand.in l.ſtipulat. hoc modo concept. num.16.& ibi Iaſ.numero 20.ff.de verbo. obligat. Iul.Clar.§.donatio.quæſt.19.verſi.ſed pone quòd donator, & Bello.conſil.73. numero 4.5. niſi eſſet facta mentio mortis, vel quinque reperirentur teſtes,

teſtes, nam tunc, vt donatio magis valeat, quàm pereat, valebit, vt donatio cauſſa mortis, vt per Socinum, conſilio 130. volumin. primo, & Roland. à Valle, conſilio 65. ſub numero 12. verſicul. tertiò principaliter. volumin. primo. tangit Petr. Duen. regul. 219. donatio. numer. ſecundo, verſic. eſt tamen verum, & Crauet. conſil. 139. num. 10. volum. primo. & Franc. Hercul. tract. de modo probandi negatiuas. numero 315. chart. 244. Et ideò vidi iudicatum Florentiæ, per primum iudicem appellationũ melius quàm per Rotam, de anno 1566. menſis Nouembris per alia fundamenta: non tam vrgentia donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, reſeruato ſibi vſufructu omnium bonorum eius Epiſcopatus, factam per Reuerendiſsimum Epiſcopum de Galletis Piſanum, fratrib. ſuis non valuiſſe, nec valere, non obſtante, quòd poſt donationem per longum tempus obtinuerit, indultum à Papa, de diſponendo ad eius libitum circa fructus, introitus, & præſtationes bonorum Eccleſiæ dicti Epiſcopatus, quæ valet, & tenet, vt conſuluit Alexander, in conſilio 15. volumine ſecundo, & Deci. conſilio 157. quæritur de expenſis. ſub numero primo. Quia quando dicta donatio fuit facta, non poterat teſtari de dictis bonis, & ſic fuit à principio ipſo iure nulla, nullius valoris & momenti, poſteaquam de fructibus Eccleſiæ Epiſcopatus ipſe Reuerendus Epiſcopus non poterat aliquid diſponere vltra eius victum naturaliter, nec potentialiter ex natura rei. Nam de natura bonorum Eccleſiaſticorum, eſt, prælatos nihil poſſe de eis diſponere, niſi pro ſuo victu tantùm, vt latè tradit Iul. Clar. in §. teſtamentum. quęſtio. 37. verſicul. tertiò dixi. & verſicul. ſequenti, qui dicit communem, & alios quamplures allegat, & donationis aut teſtamenti validitas, vel inualiditas, non poteſt ſtare in pendenti, ſed vel ſtatim eſt valida, & validum, vel inualida, aut inualidum. leg. fina. in fin. ff. commun. prædio. ſentit Alber. Brun. in ſuo tractat. ſtantibus maſcul. articul. 10. numero trigeſimo ſexto, verſicu. & quia validitas. chart. mihi. 77. & Roderic. Soarez. in ſua allegati. 27. numero 24. verſicul. item quia. chart. 298. Et cùm fuerit ipſo iure nulla, à principio non potuit in præiudicium tertij conualeſcere, iuxta tradita per Decium, in l. quod ab initio, per illum textum, & ibi Cagnol. ff. de reg. iur. numero 12. & in l. ſemper qui prohibet. ſub numero 16. ff. eodem. vbi actus, quando à principio eſt ipſo iure nullus, ſi confirmatur, dicitur confirmatus, vt ex nunc, non vt ex tunc, at de dicta datione nulla fuit facta confirmatio poſt indultum, ergo ipſo iure nulla à principio, vt etiam ſentit Petr. Duen. regula. 219. in verbo, donatio. nume. ſecundo. Hinc eſt, quòd teſtamentum factum à condemnato pœna capitis, & poſtea rebannito per gratiam principis, non recõualeſcit, niſi ab ipſo ſit ante eius mortem confirmatum, vt per Baldum, conſilio 243. & Hyppol. pract. crimin. §. ſecundo. numero 49. & ſequent. & in legato loquitur Paulus de Caſtro. in leg. & nomen. C. de caduc. tollen. §. ſin autem. numero tertio, & ſentit Dec. in l. quod in initio. numero 6. & ſequ. ff. de regul. iur. Et dixit multum ad propoſitum Iuli. Clar. in §. feudum. quæſtio. 14. quæro. an dominus, quòd dominus poteſt inueſtire aliquem de feudo nondum aperto, & finito, dummodo ſit inueſtitura concepta ſub conditione, ſi ille vaſallus ſine deſcendentibus ad feudum vocatis deceſſerit. Sed ſi inueſtitura eſſet concepta purè, & ſimpliciter, eſſet penitus nulla, adeò, quòd etiam ſi poſtea eueniat caſus, quòd tenens feudum moriatur ſine deſcendentib. non tamẽ poteſt aliquẽ effectum ſortiri, & dicit hoc probare text. in cap. primo. qui ſucceſs. teneant, & eſſe communem opinionem: accedit, quòd talis licentia data à Papa, de poſſe teſtari de vſufru. d. Epiſcopatus, nihil prodeſt, & non præiudicat, venientibus ab inteſtato, vel hæredibus inſtitutis, in dict. vſufructu vti hæredes in vniuerſum ius, & non facit, quin dicta donatio dicatur à principio ipſo iure nulla, alio non diſpoſito in teſtamento, quia donauit omnia eius bona præſentia & futura, reſeruato ſibi vſufructu eius Epiſcopatus, hoc eſt, reſeruato ſibi tantùm ſolum, quòd poſsit viuere, quia hoc ſolùm important illa verba, vt ſupra oſtendi, allegando Iul. Clar. in §. teſtamentum. dict. quæſtio. 27. & natura reſeruationis eſt, ius competens conſeruare nõ autem ampliare, aut de nouo dare, vt per Crauet. conſil. 144. numero 15. libro primo, quo caſu non valet donatio, cum auferat liberam teſtandi facultatem, vt dicit Didac. variar. reſolut. libr. tertio. capit. 12. ſub numero 2. verſicul. ſecundo, Pauli ſententiam obtinebit. char. 930. Et ſi poſtea Papa conceſsit indultum, poſſe de illis teſtari & diſponere, dicitur omne illud de plenitudine poteſtatis abſtuliſſe Eccleſiæ, & de nouo dediſſe, & donaſſe dicto Epiſcopo, quia liberam habet Papa poteſtatem in beneficialibus. cap. ſecundo, in fin. de præbend. in 6. & Dec. conſil. 157. quæritur. ſub numero 1. in fin. Et ſic illud fuit effectum nouum patrimonium dicti Epiſcopi, quo caſu dicitur venire in donationẽ omnium bonorum futurorum, & fuiſſe ſtatim illa bona quæſita dicto donatario, cum non dixerit ipſe Epiſcopus in dicta donatione, quòd reſeruauit ſibi vſumfructum Epiſcopatus, ad hoc, vt poſsit de illo diſponere, habita licentia à ſuperiore, vt conſuluit Roland. in conſil. 65. num. 4. volum. primo. Crauet. in conſ. 214. nu. 13. volum. 2. & ſentit rectè intuenti, Didac. d. capit. 12. verſi. hos etenim donatarius minimè habebat. chart. 928. & faciunt ſatis ad propoſitum adducta per Bar. in l. in quartam. ff. de leg. Falcid. & per Roderic. Soarez. l. quoniam in prioribus. in 4. limita. ſub numero 11. C. de inoffic. teſtam. verſic. mouetur etiam chart. 308. & in 5. limita. ſub numero 13. verſic. & per hoc de elegante. chart. 328. verſicu. & non ſequ. Licèt iudex appellationis hanc non tetigerit rationem, à nemine quem viderim ponderatam, & menti tenendam, ſed motus fuerit ex eo, quia inter cætera non probauit actor Reuerendiſſimum Epiſcopum tot percepiſſe fructus, qui ſufficerent ad alimenta, ad expenſas neceſſarias, & ad teſtandum, allegando Purpurat. in l. fin. numero 212. & ſequent. Cod. de pact. & Didac. variar. reſolut. libro tertio. dict. capit. 12. verſic. ſecundò Pauli ſententia. & verſic. ſequen. char. 930. Quia Reus cum haberet regulam pro ſe, videlicet, donationẽ omnium bonorum præſentium, & futurorũ non valere ipſo iure, non habebat neceſſe, probare, nõ adfuiſſe tot de fructib. ad teſtãdum, ſed ipſe actor,

qui al-

qui allegabat fallentiam, videlicet, donationem
valere, quando eſt facta reſeruatio fructuum de-
beat probare hanc eius exceptionem, videlicet,
fructus extitiſſe tempore teſtamenti, & ſufficere
ad alimenta, expenſas neceſſarias, & ad teſtandũ,
iuxta notata per gloſſ. in Rubric. in fi. de regu. iur.
in 6. verſic. debet enim aduerſarius neceſſe oſten-
dere. & Herculan. de modo probandi negatiuam.
numero, 12. numero, 44. numero, 147. Benintend.
Rota. Bononi. deciſ. 65. numero, 9. & Ari. Pinel. in
l. 1. in 3. par. numer. 23. verſicul. cum tamen regula
ſit. Cod. de bon. mater. chart. 221. Et quia poſtea in
cauſſa appellationis actores probârunt, dictos
fructus ſufficere ad alimenta, ad expenſas neceſſa-
rias, & ad teſtandum, auditores Rotæ iudicârunt,
donationem huiuſmodi valuiſſe, & valere, nõ ob-
ſtante, quòd ego in fauorem hæredum allegaue-
rim non valuiſſe, non valere, nec renaſcere potuiſ-
ſe, adiuuando Doctiſsimum Dominum Gerium
de Patro, cauſsidicum Florentinum, mei amantiſ-
ſimum, & procuratorem hæredum: Ideo nota be-
nè hanc concluſionem nouam, & mirabilem, ac
luce clariorem, & veriorem, & nolite curare de
ſententijs Rotæ Curiæ Romanæ, Bononienſis, &
Florentinæ, quando melioribus rationibus, & le-
gibus potes tuam defendere cauſſam, quia iudex
bonus velit, ac nolit, tenetur tuã ſequi ſententi-
ám. vt ſingulariter dicit tex. clarus, & rotundus in
le. nemo iudex. C. de ſent. & interlocu. omni. iudi.
& ſequitur Boeri. in conſili. 8. numero, 7. & ſeque.
aliàs in valle Ioſaphat faciet contum, vnde colli-
gitur ex illo text. quòd non eſt maioris authorita-
tis antiquus, quàm modernus Doctor, nec ſenex,
quàm iuuenis, ſed ille qui melioribus rationibus,
& legibus cauſſam defendit, quod facit contra fri-
gidum & calefactum, quia barba Philoſophum
non facit, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe le-
156 gibus humiliat, exaltabitur. Pater etiam in bonis
aduentitijs filij nõ emancipati, propter vſumfru-
ctum, quem habet in dictis bonis, non tenetur ra-
tionem reddere, inuentarium facere, nec ſatiſda-
re, vt vſufructuarius teſtamentarius, vt refert Ari.
Pinel. in l. 1. in 2. part. numero, 20. & ſequen. verſi-
culo. ex eadem prærogatiua. C. de bon. mater. car.
189. licet ſub numero, 34. & numero, 41. videatur
tenere contrarium circa rationem adminiſtratio-
nis, & confectionẽ inuentarij, ne res occultentur,
ꝙ mihi placet, maximè officio iudicis, ſi iudici vi-
debitur vtile, & redundare in fauorem, & vtilitatẽ
filij, adnotata per Iaſ. in leg. nemo poteſt. in 1. lect.
numero, 45. & in 2. lect. numero, 53. ff. de leg. pri-
mo. Crauet. conſilio 190. numero, 9. libro 1. & Iul.
Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 66. verſicu. ſed quid
ſi teſtator. & etiam tenetur, ſi ſibi non acquiritur
vſusfructus, adminiſtrare, vt ibi per eos, & per
Roderic. Suarez. titu. maioricatus, in fin. numero,
38. chart. 882. faciunt adducta ſupra in titu. de tu-
tore. numero, 291. & dixi infra. numero, 183. Qui
vſufructuarius tenetur benè, & diligenter ad v-
ſum patris familias colere, & laborare bona ad v-
ſufructuandum ſibi conceſſa, aliàs ſi arbitrio boni
157 viri non fuerit vſus, poterit proprietarius illum
expellere, & ei auferre ius vſusfructus, & poſtea
contra eum agere actione legis Aquiliæ vel cauti-
onis interpoſitæ. le. ſi is cuius. §. de præteritis. ff.
de vſufruct. Aret. §. finitur. numero, tertio. verſi-
cul. in eadem gloſſa. inſtitut. de vſufructu. Marc.
Mant. ſingu. 237. Dictum aliud mirabile. Iaſon, in
Authentic. Qui rem. numero, 4. Cod. de ſacr. ſanc.
Eccleſi. Ruin. conſilio, 57. nume. 7. volum. 4. con-
ſilio, 48. numero, 12. conſilio, 206. numero, 32. vo-
lum. 2. conſilio, 58. numero, 5. volum. primo. Bel-
lo. conſilio, 54. numero, 11. Crauet. conſilio, 300.
numero primo, & 2. volum. 2. Ari. Pinel. l. 1. in 2.
part. numero, 59. & ſequen. chart. 221. & numero,
79. in fin. chart. 291. Cod. de bon. mater. vbi dicit
communem, & Emanuel. Suarez. in ſuis commu-
ni. opinio. in verbo, vſufructuarius. numero, 105.
& Alba. conſilio, 55. numero, & ſequent. Et quan-
do dicatur non vti arbitrio boni viri, tradunt ſu-
pra ſcripti Doctores & Alexand. conſi. 139. nume.
3. volum. 2. Ruin. conſilio, 43. numer. 11. volumi. 2.
Docto. in le. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matri. Iaſ.
in l. 2. in 42. qu. nume. 7. C. de iur. emphit. Stepha.
Aufre. in additio. ad Cappel. Tholoſa. quæſti. 353.
verſic. ſed nunquid, & Alexand. conſil. 118. ſub nu-
me. 7. volum, 5. vbi dicunt procedere, quando de-
teriorant bona incidendo arbores fructiferas, &
vites ac arbores ſuo loco, & tempore non puta-
ret, & cuſtodiret: dummodo ſit iſta deterioratio
notabilis, & perpetua circa proprietatem, & non
reſpectu fructuũ recolligendorum, qui ſpectant
ad ipſum vſufructuarium, & Cæpol. de ſeruit. ru-
ſtico. prædio. capite 22. titu. de montibus. nume.
9. & ſequ. verſic. quæritur. & Roland. à Valle, con-
ſilio, 49. numero, 13. & ſeque. volum. 2. Natta. con-
ſili. 477. numer. 7. & debet alias arbores loco illa-
rum inciſarum ſubſtituere, aliàs teneretur ad re-
ſtitutionem per ſupraſcripta. & per Alb. conſilio,
55. numer. 7. per text. in l. agri, vſumfructum. ff. de
vſufructu. & §. in pecudum. inſtitu. de rer. diuiſio.
quod ſecus eſſet, ſi vi ventorum, aut fluminis euul-
ſæ eſſent, quia tunc eſſent proprietarij, & non te-
neretur ſubſtituere, vt per tex. le. Proculus. §. ſi ar-
bores. ff. de vſufructu, & ita intellige l. arboribus.
ff. eod. Et ſolum debet amittere vſumfructum illa-
rum rerum, quas deteriorauit, & pro quibus non
ſatisdedit & non totum & integrum vſumfructũ,
vt per Pariſ. conſilio, 37. numero, 13. volum. 3. Rui.
conſilio, 48. numero, 12. volumi. 2. ſentit, Cornel.
Benincaſ. in ſuo tract. de pauperta. quæſt. 9. ſpecia-
li. 10. numero, 31. & 32. verſicul. quod adeo verum
eſt, & vide Roland. in dict. conſili. 49. numero, 15.
volum. 2. & Iaſon, in leg. ſi ita quis promiſerit. §. ea
lege. numero, 48. & ſequen. verſicul. ad materiam
aduerte. ff. de verbo. oblig. qui dicunt, quòd ſi v-
nico actu fuerunt data ad liuellum plura bona, vel
locata, & emphiteuta, aut conductor malè verſa-
tus fuerit in vna re, quòd cadet à iure ſuo in to-
tum, & ſic quoad omnia bona, & in vſufructua-
rio ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur Crauet. in
conſilio, 300. numero, 1. & ſequent. libro, 2. Ideo
cogita, quamuis mihi magis placet prima opinio,
quòd non debeat puniri, niſi pro eo, quòd delin-
quit, cum ſit delictum circa rem, & non perſonam
proprietarij, & dicit communiorem Iul. Clar. §.
Emphiteuſis. quæſti. 13. in fine. char. 219. & ita vi-
detur tenere concludendo Roland. conſilio, 17.
158 volumi. 2. Nec poterit iſte vſufructuarius abſque
proprietarij licentia noua ædificia, aut meliora-

mēta, vel ædificium incœptum facere, & finire in
bonis ſibi datis ad vtendũ, & fruendum, & ſi fece-
rit, non poterit repetere, nec habebit retentionẽ.
l. hactenus. cum l. ſeq. ff. de vſufr. Alui. de Alb. ſing.
11. vſufructua. Corn. conſ. 86. vol. 4. Aret. §. finitur.
nu. 6. inſt. de vſufr. vbi dicit, amittere vſumfruct. ſi
ædificat, vel inchoatũ perficiat, aut formã rei mu-
tat, per tex. in le. vſusfructuarius nouũ tectorium.
ff. de vſufructu. & dicit menti tenendum, quia qui-
libet de facili diceret contrarium, vt facit aduo-
catus quidam cuiuſdam vſufructuariæ Volaterra-
næ circa nemora, & ſyluam cæduam reductam ad
culturam, & per Ari. Pinel. in leg. 1. & in 2. parte
numero, 52. verſiculo ex eadem prærogatiua. C.
de bon. mater. & ſentit Cœpol. tract. de monti-
bus, capite. 22. numero, 9. & 10. chart. 108. & con-
ſidera tex. in l. ſi in area. ff. de vſufructu, & ibi Flo-
ria. & leg. qui vſumfructum, in princi. ff. eod. Al-
bert. Brun. tract. de refectione. numero, 30. in 3. li-
159 mita. Nec Dominus rei, & ſic proprietarius poteſt
immutare bona, & vſum rei, etiam in melius inui-
to vſufructuario, vt per Corſet. in repertorio ad
Abbat. in verbo, vſufructuarius an inuito. per tex.
in leg. fin. ff. de vſu & habita. & notat gloſſ. in cap.
Monaſterium. 16. qu. 7. gloſſ. 2. & ſi mutauerit ta-
cente vſufructuario per tempus decem annorum,
non poterit amplius moleſtari ab vſufructuario. l.
ſi in area. & ibi gl. ff. de vſufructu, quod eſt notan-
dum, etiam pro vſufructuario contra proprieta-
rium. Pro mantenimento autem vſusfructus benè
160 poteſt vſufructuarius expẽſas facere in dictis bo-
nis, ſed non poteſt illas repetere proprietario, ſi
mantenimentum non reſpiciat vtilitatem perpe-
tuam, ſed ſolùm temporalem, & expenſa ſit modi-
ca, ſecus ſi perpetuã vtilitatem reſpiceret, & ex-
penſa nõ ſit modica, quia tunc proprietarius te-
netur illas ſoluere, vel vſufructuario reſtituere, &
habebit retentionem: iuxta tradita per Anton. de
Fan. de pignori. in 5. par. memb. 4. numer. 8. Hip-
pol. ſingu. 321. numer. 3. & ita diſtinguendo dicit
Afflict. deciſ. 252. numer. 2. & ſequ. Fely. in cap. G.
perpetuus. colum. 2. de fide. inſtru. & in c. ad no-
ſtram de iureiuran. & vide Aret. in conſil. 111. Hinc
eſt, quòd proprietarius tenetur expenſas ſoluere,
pro refectione domus, parietis, muri, & alterius
rei reſpicientis vtilitatem perpetuam, ſed colle-
ctas, gabellas, & alias præſtationes temporales,
vt ſunt cenſus, penſiones, canones & reparationes
ſtillicidij & domus, requirentes modicas expen-
ſas, vſufructuarius, de ſuo tenetur ſoluere, vt ſequi
tur. Aret. §. finitur. num. 4. inſtit. de vſufruct. Aluiſ.
de Albergo. d. ſing. 11. Bar. in l. eum ad quem. C. de
vſufru. Corne. conſ. 68. lit. D. & ſeq. volu. 4. Rom.
ſing. 157. tu ſcis. Rui. conſi. 206. num. 31. vol. 2. Ae-
gid. Boſsi. pract. crimi. tit. de princ. & priuileg. nu.
130. latè Pariſ. conſil. 94. numer. 23. ſequ. conſi. 95.
161 numer. 68. & ſeque. in conſil. 96. numer. 26. & ſeq.
volum. 2. & latè etiam per Ari. Pinel. d. l. 1. in 2. par.
numer. 72. C. de bon. mater. chart. 252. vbi etiam
dicunt, in magnis expenſis, & reſpicientibus per-
petuam vtilitatem, curam pertinere ad vſufructu-
arium, & ſolutio expenſarum, & pecuniarum ad
proprietarium, & altero deficiente, amittit ius ſu-
um, vt dicit Aret. d. §. finitur. numer. 4. & Ari. Pine.
vbi ſupra d. numer. 72. per dict. leg. hactenus. ff. de
vſufructu. tradit Bart. in leg. Cotem. §. qui maxi-
mos. ff. de publi. & in le. 1. §. fin. col. fin. ff. de oper.
nou. nuncia. licet Ari. Pinel. in d. numer. 72. verſic.
limitatur octauò. chart. 267. voluerit proprietari-
um poſſe habere, ſi vult, curam ſoluẽdi huiuſmo-
di expenſas, & reparationes faciendi, quamuis
nonnulli alij voluerint, in magnis expenſis curam
pertinere ad proprietarium, & non ad vſufructua-
rium, vt ſentit Bald. in l. eum ad quem, & ibi Paul.
de Caſtr. C. de vſufruct. Paul. de Caſt. in conſ. 425.
in prima par. vide Cæpol. de ſeruit. vrba. prædio.
cap. 59. titu. de refectione. numer. 15. verſic. octa-
uò quæritur, & Tyraquel. de primogenit. qu. 76.
qui tenent primam opinionem, & mihi magis pla-
cet, cum hac tamen moderatione, ſi proprietari-
us voluerit, ſecus ſi ipſe curã habere voluerit, per
tradita per Ari. Pinel. d. octaua limitatione verſic.
non tamen intelligas. chart. 270. in fi. Franc. Marc.
deciſ. 833. in prima par. Vnde ex ſupradictis dice-
bam, D. Argentiam de Serauitia Petraſanctæ, &
D. T. Vulterranã vſufructuarias omnium bono-
rum, teneri, & obligatas eſſe ad ſoluendum de v-
ſufructu Balcellum, ſeu impoſitionem factam ho-
minibus totius ſtatus pro rebus, & facultatibus
eorum, licet ſit tributum & impoſitio extraordi-
162 naria, & inſolita, & cantet in perſonam hæredum,
quia illis fuit impoſitum pro rebus hæreditarijs,
& cum nõ poſsideant, ſed ipſę vſufructuariæ, ideo
reſpectu poſſeſsionis, & perceptionis vſusfruc-
tus, tenentur ad ſolutionem prædictam de dictis
fructibus: Nam onus ſoluendi tributa, collectas,
& onera, pertinet ad eum, ad quem pertinent fru-
ctus l. neque ſtipendium. ff. de impens. in reb. dot.
fact. l. ſi pendentes. §. cloacarij. ff. dè vſufruct. no-
tat. Petr. de Vbal. titũ. de collect. numer. 74. & 75.
verſic. trigeſimo quæro, ſed vſufructuarius per-
cipit fructus: ergo ad onera, collectas, & tributa
ordinaria & extraordinaria, inſolita tenetur, vt e-
tiam voluit Bart. d. le. hactenus. ff. de vſufru. & in l.
quæro. ff. de vſufruct. lega. & hoc procedit, nulla
habita differentia inter collectas, tributa, & one-
ra, merè realia: licet in alijs caſibus inter iſta repe-
riatur differentia, vt notat expreſsè Bart. in d. leg.
quæro. Bald. in l. 1. numer. 1. C. de annu. & tribu. &
in le. 1. numer. 5. verſic. ſexto. C. de iur. emphit. at-
tento, quòd iſte Balcellus, & impoſitio eſt reale o-
nus, vel in rem ſcriptum, poſtquam eſt impoſitum
hæredibus propter bona teſtatoris, & ſic reſpectu
dictorum bonorum, & quotieſcunque impoſitio-
nes, & tributa ſunt deſcripta perſonæ propter bo-
na, tunc & eo caſu, ille, qui poſsidet bona, tenetur
ad talia onera, & grauedines, etiam quòd ſint de-
ſcripta, & regiſtrata in libro, & æſtimo alterius, vt
tradit Bart. in le. omnes. C. ſine cenſ. vel reli. Bald.
in fin. num. 1. in 3. notab. C. eodem. Roma. in leg.
Imperatores. numer. 1. ff. de publi. vectigali. etiam
quòd contrarium eſſet conſuetum, tanquam cõ-
tra bonos mores, & iuſtitiam. per text. & Bar. in d.
l. omnes. & Pariſ. in conſ. 52. vol. primo. quod pro-
cedit, nedum in oneribus, & collectis veteribus,
ſed etiã in tributis nouæ impoſitionis poſt vſum-
fructum conſtitutum, vt probat text. & ibi Bar. in
d. l. quæro. imo ſecundum tex. cum gloſſ. in dic. l.
Imperatores, vſufructuarius tenetur non ſolum
præſentia, & futura ſoluere tributa, ſed etiam præ-
terita,

teria, licèt de præteritis habeat regreſſum contra bona, quia dicta bona dicuntur obligata, vt notat Paul. de Caſtr. & Roma. in d. le. Imperatores, & eſt magis communis opinio, vt per Panor. in cap. paſtoralis. numer. 5. decimus. & ſentit Aret. § ſed ſi rem ſuam. inſti. de legat. Crauet. conſili. 217. num. 56. & tradit Capici. deciſ. 20. nume. 26. & eſt generale, in quocunque poſſeſſore fructus recipiente, vt his onera realia ſoluere teneatur, vt eſt gloſſ. in l. 1. in verbo, fructus. Cod. de ann. tribu. & ibi hoc notat Bart. quia natura oneris realis eſt, rem & nõ perſonam ſequi. dict. leg. Imperatores, & d. l. 2. fin. Cod. ſine cenſ. & reliqu. & Crauet. conſili. 217. numer. 5. & 6. libr. 2. Nam in hoc cenſetur vſufructuarius dominus, vt per Bald. in dict. le. 1. numer. 5. in fin. C. de annu. tribu. & maximè hoc procedit, quando vſufructuarius percipit fructus ex cauſſa lucratiua, quia tunc tenetur ad onera extraordinaria, & inconſueta, vt ſentit Alber. in le. qui concubinam. §. qui hortos. in fin. ff. de le. 3. & hæc omnia etiam refert, & ſequitur ſubtilis Ari. Pinel. in repet. l. 1. in 2. part. numer. 72. verſicul. circa onera autem, vſque ad nume. 73. C. de bon. mater. char. 252. & Aret. d. §. ſed ſi rem ſuam. ſub numer. 1. inſti. de lega. vbi etiam ponit fallentiam: Nec obſtaret, ſi aliquis vellet obijcere, prædicta non procedere, quando collecta, vel impoſitio eſſet tam magna, quòd abſorberet totos fructus vſusfructus illius temporis, & ſic legatum eſſet inutile, vt dicunt Roma. ſingu. 157. tu ſcis. & conſili. 230. Tyraquel. de retract. lignag. §. 15. gloſſ. prima. nume. 16. Natta. conſili. 415. in 2. par. & Ari. Pinel. vbi ſupra. in 7. limitatione chart. 266. quia hoc intelligitur, ſi impoſitio eſſet tanti valoris, & ſummæ, quòd abſorberet totum vſumfructum bonorum vniuerſalium, & particularium relictum, & durante vita vſufructuarij taxandum, iuxta le. hæreditatum. ff. ad leg. falcid. & non ſolùm fructus illius anni, aut medij temporis: quia ſufficit legatum in totum non fuiſſe, nec eſſe inutile, vt etiam intelligunt ſuprascripti Doctores, vbi dicunt, non procedere, ſi legatum eſſet omnino inutile, quæ dictio, omnino, eſt ſine fine, & perpetuitatem denotat, vt declarat Deci. conſili. 264. numer. 2. libr. 2. & Petr. Anchar. Regienſ. quæſti. 54. Meuius. nume. 6. in prima par. & hanc concordiam reperi tenere Parpal. in l. placet. C. de ſanc. Eccleſi. & Aegi. Thom. in tract. de muneri. & collect. §. Pauperes an aliquis. num. 27. verſicul. vſufructuarius. chart. 429. & §. expoſuimus ſupra. ſub numer. 17. verſic. tradunt ſcribentes. char. 535. vbi dicunt communem, & Natta cõſili. 7. ſuper caſu. numer. 3. & 4. & 5. in prima part. & ita Petraſanctæ iudicaturus eram, niſi cauſſa fuiſſet effecta compromiſſibilis, & latius conſului in conſili. 38. volum. primo, cui ſe ſubſcripſit venerandus ſemper pater meus Do. Carolus Caualcanus, quæ videntur procedere, etiam ſi impoſitiones, tributa, & expenſæ eſſent creatæ in vita teſtatoris poſt vſumfructum relictum, vt dicam infra,
163 numer. 217. Sed ſi bona eſſent priuilegiata, & exempta à collectis, & oneribus, vel domini illorum bonorum, eſſet dubium, an vſufructuarius teneretur ad tales collectas, & ſimiliter, ſi ipſe vſufructuarius eſſet clericus, vel priuilegiatus: pro qua reſolutione eſt ſciendũ, quòd ſi bona ſunt exempta, & priuilegiata, ſequuntur quemcunque poſſeſſorum, dummodo retineant idem nomen, & ſic vſufructuarius nõ tenebitur ad collectas, onera, & gabellas impoſitas ſuper bonis: pro fructibus autẽ benè teneretur cum patrimonium vſufructuarij diceretur: ita ſentit Villalob. ſuis cõmuni. opinio. in verbo, Eccleſia. ſub nu. 3. verſic. Nota quod ſi bona. chart. 126. qui allegat Tyraqu. de nobilit. c. 20. nu. 165 & Bertachi. in tract. de gabel. in 7. par. ſub nu. 11. Rip. in tract. de peſte. in vltima par. n. 338. & 358. Deci. conſi. 48. conſil. 51. Fred. de ſen. in conſi. 111. Aegid. Boſſi. Pract. crimi. tit. de principe & priuilegio. nu. 174. car. 358. & Capra. in Regula. 96. nu. 83. char. 141. faciunt adducta infra. nu. 184. verſi. & ratio quare cõmoditatem, & D. Aegid. Thoma. in d. tract. de muneri. & collect. §. ſi quiſpiam. nu. 7. 8. & 9. car. 274. Si autem priuilegium eſſet perſonale, vt ſunt Clerici, & alij benemeriti exempti, tunc ſi ipſe vſufructuarius non eſt exemptus, & priuilegiatus, tenetur ad collectas, cúm mutatione perſonæ mutatur conditio ſtatus, & iſta eſt communis opinio, licèt multi voluerint contrarium, ita diſputando, tenet Brun. de ſtat. exclud. fœmi. in artic. 8. q. 22. num. 107. & ſeque. cart. 60. Villalob. commu. opinio. in verbo, Eccleſia. nu. 1. Boeri. deciſ. 213. nu. 18. in fin. & nu. ſequ. & plura accumulat Pet. Duen. reg. c. in verb. Clerici. vbi ponit ampliationes, limitationes. indecisè loquitur, Ari. Pine. d. l. 1. in 2. par. ſub numer. 72. verſic. 10. ex ſcribentibus. char. 261. & ita etiam in fauorem communitatis Vulterræ contra D. Hieronymum de Petris Florentinum fuit iudicatũ. de anno. 1556. die 29. Nouembris, per Rotam Florentinam, vti victuarium, & liuellarium bonorum Eccleſiaſticorum,
& vide latè adducta per D. Benedi. Capr. Regula. 96. chart. 139. Et debet iſte exemptus, & immunis non pati ſe inſcribere in libro datiorum, & gabellæ, nec ſoluere gabellas, & collectas abſque proteſtatione, nam ſi non ſe querelauit, & appellauerit infra decẽ dies à die inſcriptionis, ſolutionis, & ſcientiæ, tenebitur ad collectas, & perdet priuilegium. tex. eſt in l. 1. §. ſi quis tutor. in verbo. cauſſas immunitatis. ff. quand. appel. ſit & ibi notant. Angel. Imol. & Aret. vbi dicunt, quòd ibi eſt caſus in terminis, quamuis à multis ignoretur, ſequitur Alexand. in conſil. 101. colum. 10. volu. primo, Iaſ. in leg. falsò aſſeueratur. numer. 3. C. de diuerſ. reſcrip. vbi dicit, teneas fixum cordi, & eſt communis opinio, vt per Aegid. Boſſi. tit. de princip. priuileg. numer. 166. & ſequen. Maran. ſpec. aur. in 6. part. verſicul. ſecundus actus. numero, 314. chart. 253. & Franc. Balb. de præſcrip. in 4. part. 4. part. princip. qu. 30. numer. 7. chart. 124. & tetigi ſupra tit. de tutore. num. 198. & quando eſt coactus ſoluere, ad hoc vt ſibi non præiudicat, cautela eſt, vt dicat, quòd non intendit per hoc præiudicare priuilegio immunitatis ſuæ, vt pro ſingulari tradit Petr. de Rauen. ſing. 835. accipe vnam cautelam pro tex. l. 1. vbi etiam Bar. C. de his qui ſpontè mune. ſuſcepe. lib. 10. Et non priuilegiatus, con-
165 currens in re indiuidua cum priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati. Boeri. deciſ. 300. tradit Innoc. in c. ad audientiam. de præſcrip. Panor. in c. 1. eod. tit. Iaſ. in l. mater. num. 10. C. de inoffi. teſtam. & in leg. emancipati. C. de collatio. quod facit ad

multa priuilegia conceſſa Eccleſijs, & minoribus,
quę proſunt etiam non priuilegiatis cum illis cō-
currentibus, vt in præſcriptionibus, & reſtitutio-
ne in integrum, & ſimilibus indiuiduis, vt habe-
tur per Stepha. Aufrer. in addi. ad Capel. Tholoſa.
deciſ. 55. colu. 4. verſicu. Item niſi minor decedat,
& Villalob. ſuis commu. opin. in verbo, reſtitutio.
numer. 52. In collectis autem, & gabella reſpectu
bonorum communium, non exemptus concur-
rens cum exempto, non gauderet priuilegio ex-
empti, quia ageretur de re diuidua & non indiui-
dua, vt dicit Capra. d. Regula. 96. num. 7. car. 139.
& faciunt adducta per Paul. de Caſt. in l. ſi commu
nem. ff. quemadmo. ſerui. amit. & Aegid. Boſsi. tit.
de foro compet. in ſua practi. crimi. numer. 143. &
ſeq. & ſequitur in propoſito Doctus Didac. Coua.
166 in ſua pract. qu. c. 34. ſub num. 2. verſi. quòd ſi con-
tingat. char. 459. Et quia euenire poteſt, quòd te-
ſtator relinquat vſumfructum alicuius fundi mu-
lieri, & ſcutos puta quinquaginta, nō poterit mu-
lier petere nūmos, niſi tēpore, quo fructus recol-
ligentur, ſicut quando legat frumentum, vinum,
& oleum alicuius prædij cum pecunijs pro alimē-
tis, quia debet legatarius expectare tempus meſ-
ſium, & vindemiarum, ad granum, vinū, & pecu-
nias, vt pro ſingulari adducit Rom. ſing. 389. red-
ditur, Cremen. ſing. 76. habebant. Petr. Pechi. in
tract. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 13. num. 2. char.
191. Niſi fuiſſet ſimpliciter factum legatum, de tot
ſtarijs frumenti, & vini quolibet anno, quia tunc
in principio anni debet ſolui legatum, ex eo, quia
eſt annuum legatum, & ſic ſunt plura legata, vt cō-
cludit Bart. in conſilio 216. Addelandus condidit.
numer. 5. libro primo, & in le. qui hoc anno, & ibi
Alexand. Iaſo. & Doct. ff. de verbo. obliga. & Petr.
Rebuf. de priuileg. ſcholar. quæſti. 54. Niſi aliquid
prius eſſet adimplendum per legatarium, quia an-
te implementum petere non poteſt legatum, ad-
notata per Deci. in conſil. 119. pro tenui. colu. 1. &
2. & Iacob. Machel. Patroci. 16. & Plot. in l. ſi quan-
do. nume. 182. verſic. duodecimo. C. vnd. vi. ſentit
Pet. Anchar. Regienſ. quæſt. 42. num. 2. prima par.
167 & q. 68. 2. part. Hinc eſt, quòd legatum relictū mu-
lieri de ſalmis decem vini, & corbis viginti grani
quolibet anno, donec vitam vidualem ſeruauerit,
debetur ſtatim à principio anni, etiam quod mu-
lier non finierit totum annum, ſed infra tres men-
ſes à die legati relicti, tranſierit ad ſecundas nup-
tias, vel deceſſerit, & ſic dictum legatum annuum
ad eius hæredes tranſmiſit, vt conſuluit Homede.
in conſil. 53. quidam nomine Iacobus. in fi. Iaſ. in l.
diuortio. num. 2. verſi. ſed quid diceres de hoc ca-
ſu. ff. ſol. mat. & Roma. ſing. 71. legatum annuum,
vbi dicit, procedere, etiam ſi fuiſſet dictum, relin-
quo decem ex fructibus talis prædij. Capici. deci.
203. Pract. Pap. in for. lib. pro lega. rei. ſing. in glo.
coram vobis. num. 48. verſic. Rurſus. chart. 372. &
vide gloſſ. in §. At ſi iſta. inſti. de verb. oblig. & gl. in
l. 1. C. quand. dies legat. ced. & ibi Doct. & Iacob.
Nouel. Regula. 61. legatum, vbi loquuntur etiam,
an tale legatum tranſeat ad hæredes, & Pet. Pechi.
in tract. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 13. ſub num. 2.
chart. 191. Secus ſi eſſet vnicum legatum ſimplici-
ter relictum, non referens ſe ad locum: quia tunc
debetur in fin. anni, vt per Doct. in d. l. qui hoc an-
no, facit text. in l. ſi ſeruus communis. §. fin. ff. de
ſtipula. ſeruo. vbi Bart. & Doct. Alexan. in l. ſi filius
familias. in primo notab. ff. de verbo. obli. & ideo
dixit glo. in d. l. 1. ff. quando dies lega. ced. hæc car-
mina, annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni,
anno ſi debes, finem inſpicies anni. Niſi legatari-
us indigeret, & non poſſet tantum expectare, pro-
pter expenſas, iuxta notata per Bart. in l. 1. §. diuus.
ff. de var. & extraordi. cogni. & ita dicit Fran. Mar.
deciſ. 797. in prima par. quod eſt notatu dignum.
Et ideo anno, 1570. dixi in caſtro Fiuizanis cuidā
meo vicino pauperi, potuiſſe petere legatum vni-
cum ante finem anni propter neceſsitatē, & cha-
reſtiam magnam, exiſtente hærede diuite, atten-
to, quòd hoc anno fuit, & eſt tam magna chare-
ſtia frumenti, vini, olei, & omnium rerum cum in
finitis guerris turcorum, Chriſtianorum, & hære-
ticorum, ac terræ motu, & inundationibus aqua-
rum, cum hyeme frigidiſsima, & Vere ſequenti ca-
lidiſsima, quod ferè eſt inauditum, & valet in pa-
tria mea Fiuizani ſtarium frumenti ſcutos tres
aureos, & pondus olei ſcutum vnum, ita quòd in
manus tuas Domine commendo populum iſtum.
Si autem ſe referret ad locum, eſſent conſideran-
da verba legati, quia ſi teſtator dixiſſet, quòd re-
liquit quolibet anno ſalmas decem vini, & grani,
quòd recolligetur ex fundo plani de Fiuizano lo-
co detto nel campo di fugacina, ſi minus recolli-
getur, non poterit legatarius petere ſupplemen-
tum, cùm fuerit poſitum illud relatiuum, quod,
vel dictio, de, aut, ex, taxatiuè, & non demonſtra-
tiuè. leg. Lucius. ff. de alim. & ciba. lega. & le. qui-
dam teſtamento, in princip. ff. de leg. primo. Paul.
de Caſtro. conſilio, 338. numer. 3. in prima part.
Deci. conſilio, 500. numer. 15. & conſili. 324. La-
tè Ioan. de Amic. conſilio 46. Petr. Pechi. in tract.
de teſtamen. coniug. libro 5. cap. 13. chart. 190. Du-
rant. de arte teſtan. titu. de legatis. Cautel. 49. am-
plia. apoſtil. ad Spec. titu. de fructibus. numero 9.
Pract. Pap. in for. lib. pro legat. rei ſingu. gloſſ.
prima. numero, 8. verſiculo. quid dices, & in for.
lib. ad fict. præſta. & rei relaxa. in gloſſ. inueſtitur.
numer. 16. verſiculo, vlterius quæritur. chart. 314.
qui diſtinguit, & ſequitur prædicta, Petr. Benint.
in Rota Bononi. deciſ. 64. legatum fuit. vbi dicit,
quòd legatarius debet probare, fundū fuiſſe fru-
ctuoſum, & tunc hæres tenebitur ad totum, niſi
probet integram ſummam fructuum non recol-
legiſſe, non deductis expenſis, quia tunc vinum,
& granum debetur ex tali fundo non deductis ex-
penſis, vt per Tyraquel. de retract. lignag. §. 15. gl.
prima. numero 17. & ſequen. Iaſon, in leg. fructus.
numer. 21. ff. ſol. matri. Capici. deciſ. 20. num. 12. &
ſeque. in Anchara. in conſili. 254. ſuper. 1. quæſtio.
colum. 2. vbi ponit etiam, quid ſi plus percepiſſet,
an totum deberetur legatario, & vide Pariſ. de
ſyndi. capit. Rex conceſsit. in prin. cart. 95. text. in
le. ſi ſeruus. §. qui quinquę. ff. de l. 1. & ibi Bart. & in
l. ſi ſic, vbi etiam Doct. in §. 1. ff. eod. & in l. inter ſti-
pulatē. 1. ſacrā. n. 6. & ibi D. ff. de verb. obl. Mod.
Pariſi. in conſuet. Pariſ. §. 11. ſub nu. 21. & Galia. in
168 l. centurio. n. 317. ff. de vulg. & pupil ſubſt. Et iſte
vſufru. tenetur agnoſcere legatū à die ſcientiæ in-
fra decē annos inter præſentes, & viginti inter ab-
ſentes, aliàs non poſſet amplius illud petere, quia
vſus

vſusfructus tollitur, vtendo per ſpatium annorũ decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, vt eſt gloſſ. in §. finitur. in verbo. per modum, & ibi Doct. inſtit. de vſufructu. & l. corruptionem. C. de vſufructu. & ibi gloſſ. Franc. Marc. deciſ. 831. in prima part. Bald. in conſilio 235. numer. 1. volum. 1. Didac. variar. reſolu. libro primo. capite 17. num. 11. chart. 332. & Balb. de præſcriptio. in 2. parte 4. part. princip. quæſtio, 2. numero, 4. & ſeque. chart. 86 & in 3. parte 4. part. princip. quæſti. 5. chart. 95. vbi etiam loquuntur de acquirendo vſumfructũ abſque titu. Quod tamen intellige in vnico legato vſusfructus, nõ autem in annuo legato, quia tunc plura tempora requiruntur. Nam primum legatum ſolum eſſet pręſcriptum & deinde ſecundum & tertium, & ſic de ſequentibus, habito reſpectu ſolum à die cuiuslibet legati annui, cũ plura ſint legata, & tot quot ſunt anni, & quolibet anno dies legati cedit, & non prius: vnde ſi inter præſentes eſſent elapſi anni, 15. vſufructuarius poſſet petere vſumfructum pro annis nouem, vel decem, & pro alijs quinque non, quia eſſet præſcriptus vſusfructus: nam habita ratione ad initium cuiuslibet anni ſolũ anni quinq; erunt decurſi, l. ſi vſusfructus alternis. ff. quibus mod. vſufruct. amit. Boeri. deci. 336. nu. 3. & iſta optimè in annuis legatis declarat ſummus practicus Hoſtien. in Rub. de præſcrip. rer. immobili. numero, 41. verſicul. Item non currit præſcriptio inſerta mihi poſt tract. Franc. Balb. de præſcriptio. chart. 296. Ruin. conſili. 34. nume. 5. volum. 2. Franc. Balb. de præſcriptio. in 4. part. 4. part. princip. qu. 4. & ſeque. & Capel. Tholoſa. deciſ. 342. & ibi apoſtil. vbi quid in contractibus. & Boeri. deciſ. 336. & dixi ſupra. numero, 116. & in

169 cap. 7. titu. de dote marito conſtituenda. Et ideo ſi non petierit, poterit petere actione ex legato, & ſi vſufructuarius eſſet mortuus, eius hæredes poſſent præterita legata petere, vt per Bart. in l. generali. §. hæredis. ff. de vſufruct. lega. Roma. ſing. 71. Iacob. Nouel. regula. 61. legatum annuum, & faciunt adducta per Hierony. Gigas. in tract. de penſio. quæſti. 52. numer. 5. & ſeque. Vbi legatum pro alimentis tranſmittitur ad hæredes, & ſentit Alexand. in conſili. 100. colu. fin. volum. primo & conſilio, 178 videretur. nume. 7. volum. 6. vbi pulchrè tetigi ſupra de tutore. numer. 241. D. Bero. quæſti. 101. ſub numero, 1. in fin. per text. in l. cum vnus. in princip. ff. de alim. & cib. leg. vbi etiam contra hæredes hæredum agi poteſt, Bald. in conſil. 235. numer. primo. volum. primo & Corne. conſilio, 183. volum. primo. & dicam infra. titu. de bonis quæſitis per mulierem. cap. 10. nu. 3. Quod intellige in legato annuo, ſecus in legato vſusfructus etiam annuo, ſi vſufructuarius prius non adimpleuiſſet pro ſui parte faciendo inuentariũ, præſtando ſacramentum, & cautionem Mutianam, & ſatiſdationem de vtendo, & fruendo, quia ſi non poſsideret, non poſſet petere vſumfructum annuum pręteritum: nam non incipit lucrari nõ poſsidendo, niſi à die adimplementi, vt per Ruin. conſi. 50. numer. 10. & ſequ. volum. 2. Roma. ſing. 71. legatũ annuum, & Iacob. Nouel. Regula. 61. legatum. & ſupra dixi. numer. 90. & ſequ. & ita ſunt limitanda adducta per Bald. d. conſili. 235. libr. primo. & Pet. Pechi. in tract. de teſtame. coniug. lib. primo cap. 22. chart. 74. vbi dicunt, quòd poteſt quandocunque petere legatum ipſo ignorante. Quamuis videretur dicendum, talem vſumfructum non potuiſſe præſcribi nõ vtendo, niſi per tempus triginta annorum ſecundum naturã actionis perſonalis, quæ durat annos triginta, & quadraginta. leg. omnes. & l. ſicut. Co. de præſcriptio. trigin. anno. ſed reſpondetur, hoc non habere locũ in vſufructu legato, vt dicit Chriſto. Porci. §. finitur. ſub n. 5. inſtit. de vſufructu. Franc. Marc. deciſ. 831. in prima par. Et ratio poteſt eſſe, quia iſta actio ad vſum fructum eſt perſonalis, & concurrit cum reali reſpectu originis. l. 1. & 2. C. commun. de lega. Bart. in l. corruptionem. C. de vſufructu & Doct. in d. §. finitur, ſed quando actio perſonalis concurrit cũ reali, præſcribitur eodem tempore, ſicut realis, ꝑ Addent. ad Bar. in d. le. corruptionem, & Balb. de

170 præſcriptio. 2. par. 4. par. princip. in 2. quæſt. num. 3. & 4. char. 86. Et hoc procedit, niſi legatarius, vel vſufructuarius petijſſet vſumfructum, implendo pro ſui parte, & litem fuiſſet conteſtatus, & poſtea tacuiſſet per ſpatium decem annorum, & vltra, qa tunc audiretur vſq; ad annos quadraginta. vt per Iaſon, in §. pœnalis. nume. 113. inſtit. de actio. & in l. Actione. §. ſi is qui temporali. numero 3. ff. de iureiuran. & Petr. à Duen. Regula, 6. in verbo, Actio in fi. & latè, ac pulchrè habetur per Doctiſsimum Roderic. Suarez. in repet. le. poſt rem iudicatam. numer. 3. & ſequ. verſic. ſecundo caue. in 2. notab. ff. de re iud. char. 491. vbi dicit, idem operari iuramentum, quod facit litis conteſtatio, etiam quòd per ſtatuta tempus longum fuiſſet abbreuiatum, & diminutum, & quoad iuramentum tangit etiã Didac. variar. reſolu. lib. primo cap. 9. numero, 7. verſicul. quartò adeo. chart. 170. & Bald. in l. 2. col. 62. verſi. Iuxta prædicta ſigno aliam quæſtionem. ff. de iur. iuran. Intelligendo tamen annos, ſecundum quod terra producit fructus, nam ſi ſtaret menſes decem, & octo, vt terra Magieſtatica, vel tres, aut quatuor, vel decẽ annos, vt ſylua cædua, tunc omne illud tẽpus haberetur pro vno anno, vt conſuluit Roland. à. Valle, conſil. 87. numer. 29. & ſeque. volum. primo, quod eſt notandum pro retractu conuentionali, circa fructus diuidendos

171 pro rata temporis, de quo dixi infra. numer. 242. Locare autem vſufructuarius ad tempus commoditatem vſusfructus alteri poteſt, non autem ius vſusfructus. per text. in §. finitur. inſti. de vſufruct. & ſupra dixi. numer. 66. vbi adduxi diſtinctionẽ.

172 Sed ſi eſſet altercatio inter conductorem, & proprietarium, de prælatione ex eo, quia proprietarius vellet ipſe dicta bona laborare, & tenere ad afflictum, aut cõducere pro eodem pretio, tunc ipſe proprietarius deberet anteire, & prius ipſe requiri ab vſufructuario in locatione, & alienatione fructuum vſusfructus, quàm altera perſona, etiã ei coniuncta ratione connexitatis, vt per Alexan. in conſili. 27. nume. 6. volum. 6. Hyppol. ſing. 441. licet de iure. numer. 2. Boeri. deciſ. 107. numer. 2. vbi loquitur in habẽte rem communem, & ſentit Franc. Marc. deciſ. 3. an in venditione. in 2. par. nõ obſtante ſtatuto retractus, vt per Tyraq. de Retra.

173 §. primo gloſſ. 3. numer. 55. & ſequen. chart. 32. Sicut proprietarius potius vſufructuario, quàm alteri tenetur proprietatem alienare, & locare. Bar. in l.

in l. cotem. §.primo per illum tex.ff. de publica.& per Bald. in leg.ad probationem.in fin.C. loca. vbi dicit, quòd in re vendita habet ius coniunctionis ratione commoditatis,& vtilitatis,& hoc procedit etiam, quòd ſtatutum diceret, venditorem teneri proximioribus, aut vicino vendere, vt per Alexand. d. conſilio, 27.numer.6.volum.6.& Iacob.Nouel. in tract. prothomiſ.§. 2. numero,134. chart. 129. qui loquuntur in vſufructuario alienãte, & non in proprietario: nam in proprietario habet locum ſtatutum retractus, & vſufructuarius re ſibi euicta à propinquo vel vicino, non perdit vſumfructũ, ſed retinet, licèt articulus ſit obſcurus, vt dicit Tyraquel. de Retract.lignag.§.primo, gloſſ. 7. numero, 62.& ſequ. verſicu.nec tantum dubij eſt. chart. 33.& de retract. conuent.§.2. gloſſ.vnica. numer. 10. verſicul. tertia acquiſitio. char.302.ſtatuto verò, non exiſtente,aut propinquo retrahere nolente,tunc vſufructuarius de iure communi videtur præferendus, & non poteſt emptor dicere, tua non intereſt, ſed propinquorum, & vicinorum, vt cantat ſtatutum, adnotata per Aret. in §. retinendæ. ſub numero quinto, inſtitut. de interdict. quia reſpondetur, illud procedere propinquioribus volentibus, & non,ſi tacent, aut repudiant: nam tunc vſufructuario intereſt de iure communi,& poteſt hoc petere,ſicut fœminæ excluſæ à ſtatuto ſtantibus maſculis:nam intelliguntur excluſæ, ſi extiterint maſculi, & hæredes eſſe voluerint, aliàs venient ab inteſtato ad ſucceſsionem. Alexand.conſilio,27.numer.7.volum.6.& Deci.conſili. 383. viſo puncto. numer.4. Nam quando quis nõ vtitur iure ſuo, perinde eſt, ac ſi non extaret ipſe, vt probatur in l. ſiue.§.fin.ff. de iure patrona.notat Bar.in l.1.§.filium. in 5.q.ff. de bono.poſſeſ.contra tabu.& Alexand.d. conſil. 27 numer. 7.Et confirmatur per ea, quæ tradit Iaſ. in l. 3.numer.12. C. de iur. emphit. & Boeri. deciſ. 107.numero, 1. vbi dominus proprietatis volens vendere proprietatem,tenetur potius emphiteutæ, quàm alteri alienare, ſicut emphiteuta potius domino directo, quàm alteri ipſe etiam tenetur vendere,vt per Alexand.d.conſili.27. numero, 6. volum.6.& Franc.Marc.deciſ. 572. in prima part. Et videmus, quòd colonus tenetur vendere fructus potius domino quàm alteri, vt tradit Bart. in l.1.in fin.C. de Metal.lib.11.Boeri.d.deciſ.107. latè Calcan.conſil.8.colum.19. & ſic videtur ſaltem de æquitate, vſufructuariam teneri ad locandum dicta bona potius proprietario, quàm alteri perſonæ,propter effectionem, & connexitatem, & directum dominium,adnotata per Bart. in d.le. cotem .d.§.1.per illum tex.ff.de publi. & videtur cõmunis opinio,vt dicit Boeri. d. deciſ. 107. ſub numer.4. circa finem, attento, quòd videmus,proprietarium poſſe alteri locare, aut ipſe cuſtodire dicta bona, quando vſufructuarius non rectè cuſtodiret, & malè verſaretur,vt per Are.§. primo in fin.inſtitu. de vſufructu. Franc.Marc. deciſ.843.in prima part.& ſupra dixi. numero, 141. quanto er-
174 go fortius, ſi vſufructuarius alteri locare voluerit. Et ſi proprietarius promittat vſufructuario non alienare rem, in qua ipſe habet vſumfructum, niſi ipſi vſufructuario virtute talis pacti, & promiſſionis impeditur translatio dominij in emptorẽ, cum vſufructuarius habeat ius in re, & ſic talis alienatio durante vſufructuario nõ valebit,& proprietarius cogi poterit ipſe vendere .l. 1.ff. de vſufru.Paul.de Caſt.in l.ea lege. C.de condi. ob cauſ. & ſequitur Roderic. Suarez. in l. poſt rem iudicatam.verſic.ibi, quæ. Iaſon.nume. 7. in fin.ff.de re iudi.car. 580. vbi plura alia ſimilia adducit ad deciſionem concluſionis illius, qui promittit alteri non vendere,vel alienare, niſi tibi, vbi concludit, quòd quando recipiens promiſsionem habet ius in re, alienatio facta per promittentem, in alterũ non valet, & non transfert dominium, etiam per conſtitutum,quod eſt notandum, quia ſi non habet ius in re, talis alienatio valeret, non obſtante huiuſmodi pacto, & hypotheca, licet promittens teneretur ſibi ad intereſſe, & transferretur dominium in emptorem per conſtitutũ, vt l.ea lege.C. de condi.ob cauſſam,& ibi per gloſſ.Bart. Bald.& Doct.Capici.deciſ.182.num.6.Iaſ.conſil.211.præſens.col.6.vol.2.Boeri.deciſ. 49. Pariſ. conſil. 69. nu.117.& nu.144.vol.3. & Ant. de Fan.de pignori. & hyp.in 2.par.memb.primo col.2.nu. 5.Niſi fuiſſet dictum, quòd bona ſint ſpecialiter hypothecata,vel ſit ſibi reſeruata à domino,vel alienata nõ intelligitur, aut reuerſa dicatur ad ipſum recipiẽtem promiſsionem, vt per Ant. de Fan. de pignori.d.1.memb. num. 5. Franc. Turzan. in ſuis communi.opinio. reg. 3. Villalob. in ſui communi. opinioni.in verbo.Alienationis.numer.96.Craue. in conſili.201. numer. 3. Roder. Suarez.vbi ſupra. num.5.& ſeq.Ruin.conſili.180.nume.19.volu.1.& Franc.Marc.deciſ.478.in prima part. vel niſi promiſiſſet cum hypothec. & iuramento, vt per Roland.à Valle, conſ.72.num.34.& ſeq.volum.2. vbi hæc omnia repetit. Et ſi venditor denuntiauerit ei, cui fecit pactum,de non alienando niſi ſibi, recuſauerit emere, vel tacuerit per duos menſes, poterit dominus rei alteri vendere, non obſtante huiuſmodi pacto. Iaſ. in l.qui dubitatur. num. 24.
175 C.de iur.emphit.ſentit Franc. Marc. deciſ. 575. & deciſ.578.in prim.par.Tyraqul.de retract.lignag. §.prim. gloſſ.10. num. 29.verſic. quid ſi quis.& de retract.conuenti.§.prim. glo. 2.nu.65. verſi. quid vero. Quia per lapſum dicti temporis videtur renuntiaſſe tali pacto, & promiſsioni, ſicut etiam dicitur de illo, qui vendidit equũ cum hoc, quòd ſi equus non placebit, ſit inemptus,& venditio nõ valeat, & promittit reſtituere pretium ſub pœna dupli: Nam ſi emptor ſteterit per duos menſes, & vltra dies ſexaginta, & nihil dixerit venditori, quòd poſtea non poterit reſtituere equũ vti emptum, & repetere pretium, quia videtur per tale tempus approbaſſe emptionẽ, & equum ſibi placuiſſe,vt pro ſingulari tradit Roma.ſing.713. vendo tibi rem, & ſing. 776. emo à te equum.& Bart. de Capua.ſing.55.ſi diſpliceat.Niſi fuiſſet dictum, quandocunque non placuerit,ſit inemptus, quia in perpetuum duraret pactum, vt tradit Fabia.de Sancto Sabi.in tract.de empt.in 3.q.7.q.principa. vt refert & ſequitur Rub.in conſi.3.num.1.Tyraq. de Retract.conuent.§.1.in gloſſ.2.& intellige hoc perpetuum infra tempus ad præſcribendum, & non poſt tempus à lege ſeu ſtatuto præſcriptum, vt dicit Tyraq.de Retract.lignag. §.primo,glo.10. num. 33. verſicul. ſed quid ſi cum conſanguineus,

vbi

vbi dicit,quòd ſtante ſtatuto,quòd ſi creditor habens inſtrumentum, non egerit infra triennium, inſtrumentum ſit nullum, non tollitur illius ſtatuti præſcriptio, per verba debitoris, promittentis ſoluere ad omnem voluntatem, petitionem,& requiſitionem creditoris, quod poteſt extendi ad ſtatutum Florentinũ de intimatione laudorum: quod diſponit, laudum debere infra menſem intimari &notificari partibus,aliàs ſit nullum:quòd ſi in compromiſſo ſit dictum, quòd partes voluerunt dictum laudum poſſe intimari, quandocunque per arbitros partibus vel per alterã partium, quòd intelligentur illa verba,quandocunque, infra menſem: & hoc procedit, niſi reſtituere habens eſſet in malafide, ſicut videtur iſte, qui promiſit reſtituere pretium, & rem venditam recipere,quia tunc non currit tempus durante mala fide, vt per Do.Bero.quæſti.5. in lege diuiſionis,de quo dubito, poſtquam ſtatutum loquitur in eo, qui ſcientiam habet, quo caſu non deberet conſi-
176 derari mala fides, iuxta notata ſupra titu.de tutore. nume. 149.numer.240.chart.226.Et licet poſſit iſte vſufructuarius locare vſumfructum,ſeu cõmoditatem,& fructuum perceptionem, tamen ſi moritur ante finitam locationem, proprietarius non tenetur ſtare colono, & permittere conductorem in conductione perſeuerare vſque ad finem locationis. Angel. in conſilio, 245.colum.5. verſicul. quinto videndum. Pract. Pap. in for. lib. ad præſt.rei in gloſſ. ſoluere neglexerit.ſub nume. 6. & eſt text. in leg. ſi domina proprietatis, & ibi Bartol. Cod.de vſufruct. & dixit ſupra titu. de locato,& conducto.capite 6. quia nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm quod ipſe habet. Reg.nemo. de reg. iur. in 6.& hoc niſi eſſet, pater qui locauit bona aduentitia filij, quia tunc tenetur filius ſtare locationi, vt per Ari. Pinel.in l. 1. in
177 3.parte numer.63.C.de bon.mater.chart.450. Vſufructuarius vero an teneatur ſtare colono, & ſic locationi factæ per teſtatorem, Alexand. in l. cum filio familias. §. ſi vir. in quinquennium. numero, 14.verſicul. Item fallit in legatario vſufructuario. ff.ſol.matri.tenet quod non,& dixi in dict.titu. de locato, & conducto. & ſequitur Ari. Pinel. in le. 1.
178 in 3. part.ſub numer. 65. C. de bon. mater. chart. 467.& idem Alexand. conſili.122. numer. 8.lib.5. vbi idem etiam in quolibet alio legatario. Si autem proprietarius vſumfructum bonorũ pro tẽpore,puta nouennij, alicui locaret, & conductor ante nouennium decederet, talis conductio non tranſiret ad hæredem conductoris, vſque ad nouennium, niſi etiam nomine hæredis cõduxiſſet, quia vſuſfructus non eſt tranſitorius ad hæredes. d.§.finitur. inſtit. de vſufruc. & ſi ex conuentione vel relicto tranſierit ad hæredes,tunc nouus vſuſfructus, & noua conductio diceretur, vt dicit Aret.§. fina.inſtitu.de loca. per illum tex. vbi etiam dicit,quòd ſecus eſſet,ſi fructus alicuius prædij eſſent conducti, quia tunc ad hæredes tranſiret cõductio, & prædicta ſequitur Boeri.in conſilio, 13. pro huius quæſtionis. & videtur caſus ſingularis ſecundum Bald in d.le. ſi domina proprietatis.C. de vſufructu.& ibi Bartolus vbi non finitur morte proprietarij,& ſequitur Petr.de Raue. ſingu. 374. loco vſumfructum, & Fran.Crem. ſing. 171. locaui tibi. Multum eſt animaduertendum in iſta materia vſusfructus, quòd maior pars legatorum ſo-
179 let fieri à maritellis vxoribus eorum, ob nimium inter eos amorem, quæ vxores aliquando habent patrem,vel auum,& ſic ſunt in patris poteſtate, & iſto caſu pater ſi vult,poteſt habere vſumfructum, ſeu commoditatem,&vti frui iſtis bonis tanquam de bonis aduentitijs,niſi per teſtatorem eſſet prohibitum: Nam pater ratione patriæ poteſtatis nedum in bonis filiæ non nuptæ aduentitijs, habet vſumfructum, & commoditatem, ſed etiam ſi filia eſſet vidua,vel nupta, adeo,quòd nihil diſponere, & teſtari de illo poſſet, adnotata per text. & gloſſ.in leg. ſi vxor. Cod. de condi. inſer. Alexand. conſilio,133. verè crudelis.numer.2.volum.4.Bar. & Cornel. in le.ſi viua matre. Cod. de bonis mater. ſentit Socin. conſilio, 33. in principi. volum. primo. & Crauet.conſili.39. proponitur in facto. lib. primo. Durant. de arte teſtan. titu. de his qui non hab. teſtamen. factio, cautela prima. numer. 1. vbi dicit communem, & poteſt vſumfructum accipere, authoritate propria capiendo bona,& vſufructuando exercendo patriam poteſtatem: & ſi reſiſtit filia,& non poſſet eam cohercere, poteſt adire prætorem,qui eam cogere tenetur, & prout pater voluerit caſtigare,ita latè conſuluit Fulgoſi. conſililio, 88. vbi allegat Barto. in le. lis nulla.ff. de iudic. & ibi etiam declarat Paul. de Caſtr. tradit Ioan. Crot. in.le.frater, & ibi Cacialup.quæſt. 38.ſub numero,137. ff. de condi. indeb. Socin.Iunio.conſilio,70.numero,6.volum.2.Boeri. deciſ. 199. numero, 8.& numer.ſequen. vbi latè, & Ari. Pinel.in leg.1.in prima part.ſub numer. 34. chart. 138.& in 2.part.numero, 40.& ſequen. chart.201. Cod. de bon. mater. qui loquitur in pecunia aduentitia.& Ruin.conſi.24.volum.5. & Franc.Plot. in additione ad Marti. Laud. in conſili.59. numer. 6.& ſequen. tamen dubium eſt iſto caſu, an pater debeat habere vſumfructum relictum filiæ viduæ, vel commoditatem illius vſusfructus, & eſt magna vtilitas, & differentia, vt infra patebit: Quòd non debeat habere vſumfructum, patet, quia filia nullam vtilitatem ſentiret ex dicto legato, nam ſtatim illo accepto breui manu tranſiret ad patrem, quod non eſt dicendum, & etiam quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non debet.l.1.ff. de vſufructu. quæ acquireretur,ſi filia, quæ acquiſiuit ſeruitutẽ vſusfructus, eſſet coacta eandem ſeruitutem reſtituere patri: Hinc eſt, quòd pater in bonis feudalibus, & liuellarijs non habet vſumfructum ſecundum communem opinionem, ne legatum ipſi filiæ eſſet inutile, & ſuperfluum, vt per Bald. in cap.1.§.ſi duo fratres. de duobus fratri. de no. benefi.inueſt. verſicul.ſed quæro, vtrum feudum, & ibi Cardinal. Alexandri. qui dicit communem, & conſuluit Roland. in conſilio 71.numer.59.& ſeq. verſicul. quarto, ſubſequitur dubitatio.volum.2. & Iaſon, in le.cum filio.nume.157.verſicul.tenendo iſtam opinionem. ff. de leg. 1. & Roderic. Suarez.in tit. maioricatus.num. 5.& verſi.ſeq.quærit. enim.car. 864. Quòd autẽ debeat habere integrũ vſumfructũ, videtur tex. clarus & apertus in l. fin. C. de vſufru. vbi vſusfructus filio relictus viuente patre acquiritur patri, filio exiſtente in poteſtate: in tantum, ꝙ vſumfructũ non perdit pater morte

vel emancipatione filij, vel quacunque eius filij
magna, ſeu media capitis diminutione, quia pa-
tris contemplatione relictum videtur. Bar. ibi di-
cit, quòd d.l. debet intelligi, quando ſumus in du-
bio, cuius contemplatione fuerit relictus vſusfru-
ctus, ſecus ſi ex coniecturis, vel verbis teſtatoris
appareret contemplatione filij relictus: nam tunc
finiretur morte ipſius, vel iuxta declarationem
text. §. finitur. inſtitu. de vſufruct. & dicit appare-
re, quando nomen patris non eſſet expreſſum, ſi
autem eſſet expreſſum, tunc ſi filius moriatur ante
patrem, cenſetur contemplatione patris relictus,
& ſic non extinguitur, & fuit quæſitus totus patri,
ſi autem pater præmoriatur filio, fingitur relictus
ipſi filio exiſtenti in patris poteſtate tempore le-
gati. Bald. ibi dicit. in 3. & 4. colum. verſiculo, om-
nimodo veniunt, quòd quando filio legatur ple-
na proprietas, tunc ei debetur proprietas, & patri
vſusfructus formalis ex diſpoſitione legati. l. cum
oportet. & le. fin. C. de bonis quæ lib. quandoque
filio relinquitur merus vſusfructus formalis, tunc
in eodem vſufructu numero concurrunt, pater &
filius, ſcilicet, filius, quo ad titulum, pater, quoad
effectum, qui durat in patre, eo viuente in integro
ſtatu, poſtea reuertitur ad ſuã originem, id eſt, ad
filium, nec cõſolidatur cum proprietate, quia fili-
us, qui eſt in medio, & habet titulum vſufructua-
rij, impedit conſolidari, & ſic patri non acquire-
tur vſusfructus formalis, ſed mera commoditas,
alioquin acquireretur ſeruitus ſeruitutis, quod
eſſe non debet. Azo in ſumma, C. de bonis quæ li-
beris. dicit in effectu filium eſſe vſufructuarium,
ſed pater rebus ex vſufructu prouenientibus vte-
tur, & fruetur, Paul. de Caſtr. tenet dictum Bart. &
Franc. Procelli in tract. de duob. fratri. in prima
quæ. numer. 91. & 92. char. 60. & videtur commu-
nis intellectus, licet ille tex. dict. l. fin. C. de vſufru.
videatur verſipellex, & forte glo. ibi magiſtr. non
peccauit, dicendo d. le. fin. corrigi. per dict. l. cum
oportet. C. de bonis, quæ li. Nam ſi dictum Azon.
& Bald. eſſet verum, ſequeretur, quòd per mortem
filij finiretur vſusfructus, & commoditas non trã-
ſiret ad patrem, vt infra dicam, & de intellectu d.
le. fin. C. de vſufruct. pulchrè etiam loquitur licet
irreſolutè, doctiſsimus Roderic. Suarez. in dic. tit.
Maioricatus. numer. 1. 2. 11. & numer. 12. & ſequen.
verſic. Nec etiam huic deciſioni. chart. 866. vnde
poteſt ex prædictis colligi concluſio, quando le-
gatum dicatur vſusfructus relictum contempla-
tione patris, & quando filij: Nam ſi contemplatio-
ne patris eſt relictus, nihil quæritur filio, nec eius
deſcendentibus, ſi contemplatione filij, quæritur
ipſi filio & eius deſcendẽtibus, & non tenetur cõ-
ferre cum fratribus in collatione, & finitur morte
ipſius filij, & non patris, vt per Paul. de Caſt. dict. l.
fin. in fin. ſentit Albe. conſilio, 110. filiusfamili. &
ſolum pater in vita habebit commoditatem vſuſ-
fructus, vt ibi dicit Bart. & Paul. de Caſtro. & Petr.
de Raue. ſing. 792. vſusfructus, & poſt eius mortẽ
eius hæredes fructus perceptos per patrem in vita
erunt obligati reſtituere extantes, ſin autem illo-
rum æſtimationem à die conſumptionis, vel per-
ceptionis. vt ſentit Iaſon, in dict. le. cum filio, ſub
num. 158. ff. de leg. primo. Franc. Marc. deciſ. 827.
ſub numero, 2. in fin. ibi vt petat euocari dictum
hæredem ſeu eius patrem, vt ſeruet ipſum indem-
nem, & Paul. de Caſtr. in conſilio, 455. ſub numer.
7. volum. 2. & Aret. in §. ſi quis à non domino. nu-
mer. 4. inſtit. de rer. diuiſ. & ſic vides differentiam
magnam inter vſumfructum, & commoditatem:
Nam in commoditate vſusfructus extinguitur,
habito reſpectu ad filium, & pater, ac eius hæredes
tenentur fructus reſtituere filio: In vſufructu at-
tenditur perſona patris, ſi ſuperuiuit filio, & nihil
acquiritur filio, vt latè conſuluit Ruin. conſilio,
194. quæritur. volum. 2. qui loquitur de intellectu
dict. leg. fin. Co. de vſufruct. Et etiam alia reſultat
vtilitas, quia mortuo filio extinguitur commodi-
tas patris, vt per Paul. de Caſtr. dict. leg. fina. Cod.
de vſufruct. & ſequitur Ari. Pinel. l. 1. in prima par.
numero, 41. verſicul. hanc concluſionem. Cod. de
110 bon. mater. chart. 144. Non autem extinguitur v-
ſusfructus ſemel quæſitus patri in vita filij p mor-
tem filij: nam durat vſquoque ipſe pater viuit, ſiue
ſit vſusfructus relictus, ſiue proficiſcatur de bo-
nis aduentitijs quibuſcunque, ſi hæres inſolidum
non ſit filij, aliàs ſecus, vt dixi ſupra, de tutore,
numero, 326. & videtur tex. in le. fin. Cod. ad Ter-
tul. vbi Bart. Bald. & Doctor. & dicit communem
Ari. Pinel. vbi ſupra. numero, 39. verſicul. octauò,
ampliatur. Hinc eſt, quòd vſusfructus quæſitus pa-
tri in bonis aduentitijs filij, antequam filius effi-
ciatur clericus, non extinguitur filio effecto cleri-
co, nec efficiuntur illa bona ex priuilegio quaſi
caſtrenſia, vt efficiuntur aduentitia quæſita poſt
clericatum, & de illis non poteſt teſtari, nec diſ-
ponere filius, quia circa illa bona filius clericus
remanet in patria poteſtate, vt eleganter diſputat,
& tenet Roderic. Suarez. d. titu. maioricatus. nu-
mer. 31. & ſequen. verſicul. conſidera tamen. chart.
877. & Ari. Pinel. vbi ſupra. numero, 42. & nume.
111 43. verſicul. nonò ampliatur. chart. 145. In bonis
autem caſtrenſibus, quaſi caſtrenſibus, & donatis
à principe, pater non habet vſumfructum, vt latè
examinat Roderic. Suarez. d. tit. maioricatus. tex.
in §. igitur vbi gloſſ. Aret. & Docto. inſti. per quas
perſon. nobis ius acquirit. & l. cum oportet, & ibi,
Doct. C. de bonis quæ liber. & latè dixi infra. cap.
decimo, de bonis quæſitis per mulierem. tamen
ſi non eſt emancipatus filius, & ſit in poteſtate pa-
tris reſpectu patriæ poteſtatis, non ſolum in dictis
bonis, ſed etiam in omnibus alijs, in quibus pater
non haberet vſumfructum, habebit tamen pater
commoditatem illius vſusfructus, tanquam pul-
lulatam de bonis aduentitijs filij, non priuilegia-
tis, vt per Aret. in dict. §. igitur. numer. 13. verſicul.
ſed tu aduerte. Iaſo. in d. leg. cum filio. numer. 157.
ſeque. ff. de leg. primo. & Boeri. deciſ. 199. numer.
8. verſicu. quamuis in caſibus, & in conſuetud. des
conſtumeſ. §. 3. car. 3. Durant. de arte teſtand. tit.
de legatis. cautela. 16. numer. 3. & Bart. in d. le. fin.
verſicul. debes enim ſcire. C. de vſufruc. per text.
in Authent. idem eſt. Cod. de bon. quæ liber. Quæ
commoditas differt ab vſufructu, nam eſt fructus
112 fructuum illius vſusfructus, verbi gratia, habeo
vſumfructum mihi relictum, vel bona caſtrenſia,
vel quaſi, & ſum in poteſtate patris, pater meus ra-
tione patriæ poteſtatis poterit auocare à me illum
vſumfructum, & recipere quolibet anno fructus
illorum bonorum, datorum ad vſufructuandum,
ſed

ſed tenebitur tenere bonum computum de illis fructibus perceptis, quia ſolum commoditatem vtendi, & fruendi fructibus habebit, & poſt ſolutionem patriæ poteſtatis erit ipſe, aut eius hæres obligatus mihi reſtituere omnes fructus perceptos, ſeu illorum æſtimationem à die perceptionis, vel conſumptionis, & iſta dicitur propriè commoditas, & non vſusfructus, ita dicit Paul. de Caſtro, in dict. conſilio 455. ſub numero 7. volumine ſecundo, ſentit Iaſ. d. l. cum filio. ſub numero 158. ff. de legat. primo. ibi, licèt fructus interim percepti ſint reſtituendi filio, cum erit ſui iuris, & colligitur ex alijs ſupra allegatis, aliàs fruſtra loquerẽtur Doctores in caſibus, in quibus vſusfructus nõ acquiritur patri, qui dicunt, ratione patriæ poteſtatis acquirere commoditatem, ſi non eſſet differentia inter vſumfructum, & commoditatem, & nihil acquireretur ipſi filio in vita patris, & ideò faciunt in ſimili, vt fructus, quod loquitur Ari. Pinel. d. l. prima, in 2. part. numero 40. verſicul. cum hæc lex. C. de bon. mater. chart. 201. vbi loquitur de pecunia filij. Vnde pater vti non legitimus adminiſtrator, ſecundum Ruinum, conſilio 24. numero 7. & 8. volumine 5. Capic. deciſio. 73. numer. 10. tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendis fructibus finita commoditate, ſeu illorum æſtimationem, ad vſum vſufructuarij rerum mobilium, vt per Franc. Marc. deciſio. 837. ſub numero 2. in fin. in prima part. &

183 faciunt adducta per Ari Pinel. d. l. 1. numero 20. & ſequen. verſic. ex eadem prærogatiua. numer. 23. & numero 41. C. de bon. mater. in 2. par. char. 189. & Roderic. Soarez. d. titu. Maioricatus. numer. 38. verſicul. ad prædicta tenebis. chart. 881. & Aretin. in §. conſtituitur. inſtit. de vſufructu. ſentit Franc. Porcel. tracta. de duobus fratribus, in prima quæſtio. numero 99. chart. 66. Anton. de Fan. de pign. in ſecunda part. membr. 4. numero 15. & tetigi ſu-

184 pra. numero 156. Et ratio, quare commoditatem habere debeat pater, propter patriam poteſtatẽ, eſt iudicio meo, quia illi fructus, qui naſcuntur ex bonis caſtrenſibus, & quaſi, vel ex illo vſufructu relicto, non dicuntur amplius bona caſtrenſia, vel quaſi, licèt ex illis naſcuntur, ſed bona aduentitia filij, ſicut fructus, qui naſcuntur ex bonis Eccleſiaſticis, emphytheuticis, & feudalibus, vt per Bald. in conſil. 33. volum. primo, & conſuluit Roland. à Valle, conſilio 71. numero 64. verſic. nam fructus volumine ſecundo, & notaui ſupra. numero 163. verſic. ſed ſi bona eſſent priuilegiata. & ita in bonis aduentitijs, in quibus patri non quæritur vſusfructus ex prohibitione legis, vel hominis, nam illi fructus non habent amplius prohibitionem, ſed efficiuntur bona aduentitia non ſubiecta alicui oneri, & mutant nomen & cõditionem, adeò, quòd ſufficit, vt bona aduentitia, quòd proprietas remaneat penes filium in poteſtate, & fructus illorum fructuum, aut commoditatem fructuum lucretur pater, & ſic filius habebit bona caſtrenſia, & quaſi, & poſtea fructus illorum bonorum vti proprietatem aduentitiã, & in bonis aduentitijs, in quibus pater non habet vſumfructum, habebit filius dicta bona, poſtea fructus, ſed illos fructus poterit percipere pater, aut illorum habere commoditatem, dummodo reuertantur poſtea ad filium, & ſic ſemper erit ſalua ſubſtantia illorũ fructuum, & ita oportet intelligere hãc materiam commoditatis, vt per Paul. de Caſt. in d. conſ. 455. d. num. 7. volum. 2. & alios ſupra proximè allegatos. Vnde poteris colligere, quòd vſusfructus relictus vxori per maritum, vt plurimum erit relictus contemplatione vxoris, & non patris, tum quia non erit nominatus pater, tum quia erit dictum, relinquit eius dilectiſsimam vxorem vſufructuariam, propter mutuum inter ipſos amorem, vel ſeruitia ab ea habita, tùm quia erit dictum, dònec, ſi, quamdiu, & quouſq; vixerit, & vidua ſteterit, ex quibus clariſsimè conſtabit contemplatione filiæ, & non patris, vſumfructum fuiſſe relictũ, ergo ad patrem non perueniet, niſi commoditas illius vſusfructus, vt per Bartol. & Paul. de Caſtro, in dict. l. fin. C. de vſufruct. & per Ruinum. d. conſilio 194. volum. 2. & ſentit Alba. d. conſil. 110. quæ omnia benè nota, quia ſunt aurea, & alibi non inuenies ita declarata, non veditu che tel' imbocco co'l cuchiaio, ſecundum Paul. de Caſtr. Rub. C. de edendo. & ibi Decius, & tetigi ſupra numero 138.

185 Et ſi pater paſſus fuerit, filiam vſumfructum, & cõmoditatem percipere, & in ſuos vſus conuertere, non poterit amplius dictus pater illos conſumptos repetere, quia de voluntate eius patris percepiſſe erit dicendum, & conſequenter illos donaſſe dictæ ſuæ filiæ, irreuocabiliter, ſeu pòtius repudiaſſe dictos fructus, per textum. in l. cum oportet. §. ſin autem, vbi Paul. de Caſtr. C. de bonis quæ libe. l. ſi cum dotem. §. transgrediamur, & ibi Bartol. & Doctor. ff. ſolut. matrimo. Alexand. ad Bart. ad l. contra. §. quoties. ff. rerum amota. Pet. Duen. regul. 233. numero 3. Pariſ. conſil. 130. numero 16. & ſequen. volum. primo. vbi etiam dicit, quòd iſta donatio, vel repudiatio, cum ſit circa fructus annuos, valet, & cenſetur facta ſolum pro temporè præterito, & nõ futuro, & ita videtur dicere Boer. deciſio. 196. licèt confuſè loquatur. Quo caſu patet, proteſtationem factam à quodam Fiuizanenſe, contra filios ſuos Iuriſconſultos circa vſumfructum, & commoditatem bonorum dotalium, & quaſi caſtrenſium, & ſtudij expenſas, non afficere eos, niſi à die proteſtationis citra, & de perceptis ante proteſtationem non poſſe moleſtari à patre, neque à fratribus in diuiſione, ex eo, quia ipſi filij fuerunt in bona fide percipiendo fructus, & putârunt patrem noluiſſe adire, ſed repudiare, quod facere poterat etiam in præiudicium creditorum, cum iſta acquiſitio fructuum pendeat à voluntate ipſius patris, & ſibi non dicitur ius quæſitum, niſi à die declarationis, cum agatur de iure quærendo, & non quæſito ex obligatione, & ideò facilius tollitur ius quærendum, quàm ius quæſitum: quia non dicitur damnum pati, ſed non acquirere. l. non amplius. in princip. ff. de legat. primo, & in l. ſeruus. C. de pact. notat Balb. deſcript. in 2. part. 3. part. princip. quæſtio. 14. num. 9. verſi.

186 tertiò limitatur. chart. 65. Hinc videmus, quòd legatarius poteſt non acquirere legatum, & creditores non habent actionem aliquam aduerſus hæredem, quia hæres poteſt dicere, non ſum obligatus donec petierit, quia poterit, non agnoſcere, & repudiare ſtando per annos triginta, vel quadraginta, vt per Auerar. in ſua centuria. titul. locus ab

Eccleſia,ad pias cauſſas.lit.F.in fin.Ant.de Fan. de pignor.in 2.membr.6.part.princip.numero 22. & Pariſ.conſilio 92. numero 36. volumine 3. & quòd hæres non ſit obligatus creditoribus legatarij, legatario non petente, nec agnoſcente legatum,videatur text.in l.qui autem.§.prim.& §.ſed & illud. ff.de ijs quæ in fraud. credito. & ſequitur Moder. Pariſienſ.in repet. l. ſi partem. ff. quemadmodum ſerui.amit.& Aret.§. item ſi quis in fraudem, in gl. in verbo, rem etiam. numero quinto. inſtit. de actio.& in hæreditate delata bannito ante bannum loquitur Nel.in tractat. de bannit. in prima part. 2.tempor.quæſtio.30.& Marc.Mantua. ſingul. 23.
187 Bannito. Similiter lucrum quod defertur marito ex ſtatuti diſpoſitione,poteſt non acquiri per maritum, & ab eo repudiari, etiam in præiudicium creditorum mariti,quia intelligitur delatum marito volente,Roland.à Valle,de lucr.dot.quæſt.11. Phanuc.de lucr.dot.gloſſ.8.numer.16. chart.320. Socin.Iun.conſil.109.in 3. volum.Pariſ.conſi.127. nume.14.& 15.volum.primo. & Dec.in l.in eo.ſub num.7.ff. de regul. iur. quia non dicitur patrimonium ſuum per hoc diminuere, nec fieri pauperior,vt ibi dicunt Doctor. Quod eſt notandum per cauſidicos Piſtorienſes, virtute ſtatuti Piſtorienſis.ſub Rubr.38. ſecundi libri. vbi debitor debitoris poteſt conueniri à creditore, nam tale ſtatutum non haberet locū iſto caſu,quia non poteſt hæres teſtatoris dici debitor legatarij, niſi ipſo legatario declarante, & ſtatutum loquens de debitore,loquitur de eo, qui verè eſt debitor, & à quo poteſt extrahi pecūnia, & non de eo, qui eſt ſub modo, adnotata per Anchara. Regienſ. quæſtio. prima, in prima part. & etiam intelligitur ſecundum ius commune,quando non derogat iuri cōmuni,aliàs ſecus, vt per Dec.conſil.268. concluſi. numero 1. 2. & conſilio 451. numero 5. At de iure communi hæres non poteſt conueniri, vt debitor legatarij à creditoribus legatarij, ipſo legatario non declarante,vt ſupra dixi,ergo idem eſt dicendum circa dictum ſtatutum,& hoc non habet difficultatem iudicio meo, & ita iudicaui Piſtorij ad fauorem excellentiſsimi Domini Gerardi de fideliſsimis Phyſici practici & ingenij acutiſsimi, & patriæ ſuę benè meriti,ac mei amantiſsimi,cuius cognomen conſonat perſonæ, ſicut nomina rebus, iuxta tex. in §.& illud.inſtitu. de donatio.& Marc. Mant.ſingul. 129. licet. Et prædicta procedunt, quia iſte pater tenebatur declarare, an voluerit acquirere fructus,vel non, & ante declarationem fuit filius in bona fide,& ideò percepit fructus iuſtè,& illos fecit ſuos,& tanto magis, cùm ipſo iure ad patrem non tranſierunt,ſed ipſo volente,& declarante,adnotata per Petrum Benintend.in Rota Bononienſ.deciſio.37.numero decimoquinto. verſicul.niſi in contrarium, vbi dicit,fuiſſe iudica-
188 tum per Rotam Bononienſem,emptorem rei emphytheuticæ, irrequiſito directo domino feciſſe fructus ſuos ante declarationem factam à directo domino de nullitate emptionis, etiam ſi ſciuerit, fuiſſe emphytheuticam,quia potuit cogitare, dominum fuiſſe contentum de huiuſmodi alienatione,quo caſu facit fructus ſuos, quia ante declarationem mora non committitur, vt per Crauettam, conſilio 212. numero quinto, & in conſilio 231.numero octauo. volumine ſecundo. & Didac. variar. reſolut. libro primo. capit.9. ſub numero quinto.chart.mihi.188. & ita conſului Montipolitiano,de anno 1569. ad poſtulatum D. Thomaſij de Bellarmineis mei amantiſsimi: Et in propoſito noſtro decidit Alberic. de Roſa. ſummus practicus, in leg. patrem. ff. de his, quæ in fraud.creditor. vbi dicit, ſe determinaſſe per illam legem quæſtionē,quam habuit de facto, videlicet, quòd ſi pater emancipauit filium ſuum, qui habebat multa bona aduentitia, & in ipſa emancipatione ſibi remiſit in præmium emancipationis dimidiū vſusfructus illorum bonorum aduentitiorum, quòd creditores patris non poterunt dicere, hoc fore factum in fraudem, & reuocare velle, quem dictum refert, & ſequitur doctus Rolandus, in d. tractat. de lucr. dot. quæſtio. 40. numero duodecimo. verſicul. quinto in medium affert diuiſio. Quamuis iſte pater Fiuizanenſis malè fecerit, vocari in ius filios ſuos, & declarare velle fructus, & commoditatem bonorum dotalium, caſtrenſium,& quaſi caſtrenſium, offerendo ſe velle ſupportare onera matrimonij, cum ſit diues, & non indigeat,& lucretur quolibet anno ex arte ſua ſcutos trecentos,& vltra in eius aduocatione, & miſeri eius filij ſint pauperes, & nihil habeant in bonis præter dotes earum mulierum, & habeant filios maſculos,& fœminas,& ſint annorum triginta quinque, & vltra, adeò quòd ſi prædicti fructus,& commoditates concederent patri, filij eorum irent ad mendicandum, & ipſi Iureconſulti ſi expectarent mortem eorum patris, ad aliquid lucrandum, & patrimonium faciendum, diuites eſſent in alio ſeculo,quod quàm inhumanum,& inhoneſtum ſit,tibi lectori ſit iudicium, cum charitas prima incipere habeat à ſeipſo, & poſtea à ſuis filijs,& deſcendentibus, & propinquioribus gradatim. l. præſes. & ibi gloſſ. ff. de ſeruitu. & aqua.
189 Roland.à Valle,conſilio 86.numero 96. volumin. primo. & filius non tenetur alere patrem, quando ipſe, & filios ſuos vix poteſt alere, nec etiam quando pater eſt induſtrioſus, & habet vnde ſe alere poſsit, & idem in patre circa filium vltra decimum quintum annum,Bologni.conſilio 10.igitur in cauſſa. tex. in leg. prima.§.eſt præterea.ff.de tutel. & ratio. diſtr. vbi Bald. Petr.de Raue.ſingu. 27.& Petr. Benintend. in Rota Bononienſ. deciſi. 89.dico breuiter.Grammat.deciſio.102.num.112. & conſuluit venerandus Pater meus D.Carolus in conſil.13.de tribus quæritur, in ſecundo quæſito. volum.primo.in meis, & certè res eſt mali exempli,& tanto magis tanto viro, qui habuit filios viginti quatuor legitimos, & naturales, pacificos, quietos, boniſque moribus imbutos, & in eius ſenectute blandinamentis nouercalibus arma ponere in manibus filiorum ſuorum, attento maximè,quòd prædicti filij intendunt talem proteſtationem fuiſſe fruſtratoriam, & parum, aut nihil
190 eos afficere ex cauſsis infraſcriptis. Et primò circa fructus dotium vxorum ipſorum ipſi dicunt, quòd acceperūt vxores nobiles cum dotibus cōpetentibus, ſciente, & patiente patre, & quòd ſeorſum à patre ſteterunt per annos quatuor, quinque,& vltra,& receperunt, oneraque matrimonij ſupportārunt,nec pater eorum ſe obligauit ad reſtitutio-

ſtitutionem dictarum dotium, quo caſu videtur pater cōceſsiſſe dictis filijs habitationē ſeparatā, & conſequenter nihil de fructibus dotium petere poteſt. Bartol. in l. contra nurum. §. quoties. num. 1. verſic. Nota caſum. ff. rerum. amot. Aret. §. fuerat. num. 23. inſtit. de actio. Doctor. in l. ſi cum dotem. §. transgrediamur. ff. ſol. matr. Bald. Nouel. in tract. de dote. in 7. part. priuileg. 2. Nec pater poteſt cogere filios ad permanendum cum eo in domo ſua ad hoc, vt conſequatur fructus dictarum dotium, quando ex cauſſa filij cōtradiceret, vt per Pariſ. conſil. 130. num. 1. & ſequ. volum. primo. vbi dicit communem, & ſequitur Ari. Pinel. l. 1. in prima par. num. 57. verſic. limitatur etiam ille textus. C. de bon. mater. chart. 153. & Boer. deciſ. 195. vltimò terminata fuit quæſtio. Et dicitur cauſſa iuſta, quotieſcunq; pater haberet ſecūdam vxorem, aut filios ſecundi matrimonij iuuenes, & filius vxorē iuuenem, aut filias, quia tunc licitè, & honeſtè poteſt ſtare ſeorſum à patre, & pater non habet querelam, ſicut nouerca, cui fuit relictum legatum à marito, ſi ſteterit vidua in domo ipſius teſtatoris, cum eius filijs primi matrimonij, & ipſi ſint iuuenes, & ipſa iuuenis, ſi noluerit ſtare in domo, cum dictis filijs, nihilominus habebit legatum, quia habet iuſtam cauſſam ſtandi ſeorſum, vt per Barto. in l. Gaio. §. Imperator. ff. de alim. & ciba. lega. & tanto magis in caſu iſto, vbi iſti filij ferè ſemper hinc inde ſunt in officijs, & ſequitur Bello. conſi. 31. numero 4. & 5. & Boer. deciſ. 195. nume. 6. & dixi latè infra. capit. 10. titul. de bonis quæſitis per mulierem. & ſequitur Roland. à Valle, conſilio 22. numero 11. volumine primo, & Bald. Nouel. in dict. 2. priuileg. numero 3. & 4. & tetigi ſupra. num. 138.

191 Quoad commoditatem fructuum bonorum, quaſi caſtrenſium, & ſic bonorum acquiſitorum per filios in eorum aduocationibus, & officijs aſſeſſorum, dicendum eſt, dictum patrem ratione patriæ poteſtatis habere debere dict. commoditatem, vt ſupra dixi, vſumfructum verò petere non poſſe, cum pater nō habeat in bonis caſtrenſibus, vel quaſi, filij ſui vſumfructum. l. fi. C. de bon. quæ liber. vbi Bart. & Doctor. & acquiſita per aduocatos, iudices, & aſſeſſores in eorum officijs, & aduocatione dicuntur peculium, quaſi caſtrenſe, & non aduentitium. gloſſ. Aretin. & Doctor. in §. igitur. inſti. per quas perſon. nob. ius. acquiri. in verbo, caſtrenſibus. l. fin. C. de inoffic. teſtam. vbi Bar. & Doctor. & in leg. cum oportet, poſt princip. vbi glo. & Doct. C. de bonis quæ liber. latè Alex. conſ. 2. in conſultatione permiſſa. volum. 6. & eſt magis communis opinio, vt dicit Iul. Clar. §. teſtamentum. quæſt. 18. verſicu. ſed quid de ſalario, & Emanuel Soarez. in ſuis communi. opinio. in verbo, aduocatorum, num. 111. vbi poſſunt etiam de illis teſtari, & diſponere in vltima voluntate ſine conſenſu patris, & in vita, abſque tamen præiudicio commoditatis parentum, & Franc. Marc. deciſio. 827. in prima part. & Roderic. in l. poſt rem. in 13. notab. nume. 4. ff. de re iudi. quod procedit etiam quoad bona à principe donata, vt per Roderic. d. titu. maioricatus. num. 3. & ſequ. & in l. quoniam. in 6. limit. numer. 3. C. de inoffic. teſtament. chart. 334. Et in caſu, quo filij tenerentur ad fructus rerum dotalium, quatenus onera matrimonij excederent, quod non admittit, vt ſupra dixi, Bar. in d. l. contra nurum. §. quoties. ff. rer. amot. & Boer. d. deciſio. 195. & ſimiliter ad commoditatem deductis expenſis alimentorum pro eius vxoribus, filijs, & ſeruientibus, adnotata per Boer. in additio. ad Dyn. regul. imputari. de regul. iur. in 6. attenta qualitate, dignitate, & numero filiorum eorum, quanta eſſe debeat reſtitutio iſta, colligitur ex adductis, per Bello. in conſilio 16. numero quinto, &

192 ſequen. vbi latè: Ad expenſas autem ſtudij factas, an pater poſsit eas repetere, & filij teneantur conferre cum fratribus, diſtinguendum eſt inter expenſas alimentorum, & expenſas extra alimenta factas cauſſa ſtudij: circa expenſas alimentorum nulli dubium eſt, quòd pater non poteſt eas repetere, etiam quòd filius haberet bona aduentitia, nec in legitima imputari debere ipſi filio, quia iſto caſu pater non poteſt dicere filio, teneor te alimētare, ſi non habes, vnde, & volo tibi reddere vſumfructum, qui eſt apud me, vt te alimentes, poſtquam acceptauit vſumfructum. l. ſed cum vſufructuarius. & l. ſequen. ff. de vſufruct. & per gloſſ. 10. quæſt. 3. c. vino. cum ad iſtas expenſas pater obligatur, propter inſtinctum naturæ, non propter aliquam hæreditatem. l. fi. §. ſin autem filium. C. de bon. quę lib. & ita pulchrè loquitur Fran. Porc. in ſuo vtili tractatu de duobus fratribus. in ſecunda quæſt. num. 1. char. 72. & Crauet. conſil. 125. nume. 9. verſic. ex quibus concludendo. libro primo, & faciunt adducta per Anchar. Regienſ. quæſtio. 52. Dubitandum eſt in prima part. vbi alimenta præſtita à matre, auo, auia, & fratre, ac patruo, nepotibus non habentibus, niſi bona dotalia, non ſufficientia ad alimenta; cenſentur intuitu pietatis præſtita, ſine ſpe reſtitutionis in dubio, niſi ex cōiecturis aliud appareret, vt per D. Bero. quæſtio. 11. & infra dicam. Quæ autem veniunt appellatione alimentorum iſto caſu, latè tradit Rolandus à Valle, conſilio 22. volum. primo. & Corne. Benincaſ. in tract. de pauperta. quæſt. 7. ſpeci. 2. num. 33. & ſequ. verſic. cæterum. chart. 73. & ſupra dixi. numero 138. Quoad vero expenſas factas pro ſtudio, & cauſſa ſtudij, & in libris, conſiderandum eſt, an filius tunc temporis habeat bona aduentitia, caſtrenſia, vel quaſi, & eſt doctoratus, quando pater iſtas repetit expenſas: Nam ſi non habet bona propria & effectus ſit Doctor, ſtatim omnia data, empta, & conceſſa ipſi filio pro ſtudio, & cauſſa ſtudij, cenſentur donata ab ipſo patre irreuocabiliter, adeò quòd non poteſt amplius repetere, nec tenetur conferre cum fratribus; quia valuit iſto caſu donatio inter patrem & filium irreuocabiliter, vt per Bal. in l. 1. §. nec caſtrenſe. C. de colla. bono. & ibi Doctor. Petr. à Duen. regul. 232. donatio. numero. 3. chart. 121. Ruin. conſil. 135. num. 16. & ſequ. volum. 2. Iaſ. l. illud. num. 5. ſeq. C. de collatio. & eſt magis communis opinio, vt per Alexan. conſil. 142. colum. penult. in fin. num. 25. volum. 2. & Rolan. à Valle, conſil. 11. num. 15. & ſeq. verſic. venio ad ſecundum caput. volum. 2. vbi dicit idem in clerico ſtudente, non effecto Doctore in vita patris, & in ſeculari licentiato, & Crauet. conſilio 125. libr. primo. qui dicit, non procedere, quando pater in libro ſuo ante doctoratum ſcripſiſſet expenſas, & in conſ. 299. nu. 1. lib. 2. & Bero. quæſt. 11,

Q 2 & Alex.

& Alexand.d.conſil.242.num.25.& num.27.in fi. volum.2. Si autem habet bona propria,& ſit miſſus ad ſtudium à patre, vel cum conſenſu patris ſtuduerit,& fecerit expenſas pater ſine mentione repetitionis,& deſcriptionis in libro debitorum, & habeat vſumfructum dictorum bonorum, præſumitur de bonis ſuis, & non aduentitijs filij dictas expenſas feciſſe,& ſic non ſunt filio imputandæ in parte ſua, quod ſecus eſſet, fortaſſe ſi pater non haberet vſumfructum in bonis filij,quia tunc præſumeretur adminiſtratorio nomine filij, & de illo vſufructu,& peculio feciſſe, vt per Bartolum, & Angel.in l.fin.ff.de pet.hæred.&in l.Neſennius. ff.de neg.geſt.& in l.1.§.nec caſtrenſe.ff. de collat. & Aretin.§.ſocius.num.12.inſtit.de ſociet. & Mar. Laud.conſilio 46. qui ita debent intelligi, & non ſimpliciter, & indiſtinctè, quod patet, quia idem Bartol.in dict. §. nec caſtrenſe, dicit,quòd ſi pater dat dotem pro filia,& bona aduentitia ipſius filiæ ſint apud patrem,in quibus habet vſumfruct. præſumitur dare de bonis patris per l. fin. C. de dot. promiſ.& in dict.leg. Neſennius dicit, quòd ſi pater gerat negotia filiæ bonorum, in quibus non habet vſumfructum, præſumitur dotare de bonis filiæ, & etiam poteſt intelligi Bartol. ibi loqui de filio non doctorato, & quòd pater cenſeatur de bonis ſuis,& non filij feciſſe expenſas, & non veniant in collatione alio non conuento inter ipſos, voluit pater practicæ,ſpec.tit.de iudic.§.ſequitur. verſicul.quid ſi vnus ex cohæredibus. numero 10. Rayner.in l.ſi filius.§.veracius.ff.Famil.herciſcun. & ita declarat Rapha.Fulgo.in d.leg.fina.ff.de petitio. hæred. & in concordia fratrum diſputando ad partes concludit realis,& bonus Doctor Dom. Franciſcus Porcel. in ſuo vtili tractatu de duobus fratrib.in ſecunda quæſt. princip. numero 8. & 9. verſic.reſpondeo quod ibi.chart.80.& ſentit Petr. Duen.regul.222.num.2.ibi quando filius non haberet bona propria,& à patre ſeparata, & faciunt adducta per Alexand.in leg.vſufruct. C. ad legem Falcidiam,& per Bartolum.& Doctor. in l. prima. C.de bon mater. per illum textum, vbi pater qui habet vſumfructum, tenetur de ſuo facere expenſas in dictis bonis aduētitijs,& in lite, & ideò præſumitur de ſuo,& non de bonis aduentitijs expenſas feciſſe,quòd ſecus eſſet, ſi non haberet vſumfructum. Et ſic vides, quanti fuerit momenti proteſtatio,& declaratio facta à patre aduerſus filios ſuos, quamuis videatur facta in fraudem dictorum filiorum,& omninò contra iuſtitiam, & cum cautela ad hoc, vt ſi filij voluerint adire eius hæreditatem, teneantur, velint, ac nolint, approbare eius animum, & factum declaratum inter viuos, licèt de iure aliter eſſet prouiſum, vt per Crauettam, in dict. conſilio 125. numero ſexto. verſicul. tertio.vbi de iure.& Dec.dict.conſili. 184. ſub numero 11.in fin.

193 Quia hæres tenetur conſeruare factum defuncti,& ſi non valet, vt actus inter viuos, valebit,vt actus factus in vltima voluntate, & ſic iure legati,etiam quòd diſpoſuiſſet de re hæredis, vel alterius perſonæ, adnotata per Pract. Pap. in for.lib. pro re ſingul. in gloſſ. prima. numero 64. verſicul.tranſeo ad quartum articulum.chart.mihi.373.Doctiſsimus Roderic.Soarez.Hiſpan.titu. de las arras. numero 71. ſed fortiter videtur obſtare.chart. 473. & in propoſito ſentit Ruin. conſ. 123.verſic. ſed tamen præmiſsis non obſtantibus. volum.2.& ſi repudiarent hæreditatem,priuarentur etiam donationibus factis à patre inter viuos, Alouiſi de Albergo.ſingul. 10. inſtitutus, & hoc ſi non remaneret cohæres, qui voluntatem teſtatoris exequi poſſet,aliàs ſecus, vt ibi ipſe dicit, & allegat gloſſ.in l.quarta. C. de omni agro deſert. libro 11. Nam approbans teſtamentum,ſeu hæreditatem,videtur ſibi præiudicare,vt per Fran. Marc. deciſio.329.num.7.in prima part.per text. in l. nō dubium. C. de teſtam. & per latè adducta per Ari. Pinel.in l.1.in 3.part.num.81.& ſeq.C.de bon.mater.chart.521.niſi acciperet cum beneficio legis,& inuentarij,vt per Roland.à Valle, conſilio 71. nu. 59.& numero 69.volumine 2. & dixi ſupra. nume. 98.verſicul. prædicta tamen.

194 Conſulerem tamen ſemper,vt in vita patris hoc declaretur, per præſidem prouinciæ, per viam libelli, diffamatori, ad hoc, vt pater cognoſceret, an filij tenerentur de iure ad prædicta,& apud homines remaneret memoria,& ipſe iret ad reddendam rationem altiſsimo tribunali, loquendo magnalia Dei: Nam filius quando timet in futurum à patre, aut eius fratribus moleſtari de iniuſto, & inhoneſto, poteſt petere officio iudicis, ſe liberari à futura moleſtia, & declarari per D. Iuſdicentem, patrem non debere conſequi de iure vſumfructum bonorum dotalium commoditatem,quaſi caſtrenſium, nec expenſas factas in ſtudio cauſſa ſtudij filio effecto Doctore,adnotata per Capic.deciſio.18. in cauſſa nobilis Alfonſi. & hoc procedit, nedum quando actio eſt de præſenti, ſed etiam quando differtur in tempus mortis,vel ad diem: quia ante diem, & in vita poteſt,timens in futurum moleſtari, petere officio iudicis,ſe à tali moleſtia liberari, ad ponendum ſuper hoc perpetuum ſilentium: nam in iure expreſſum reperitur, quòd ex iuſtis cauſsis etiam tractus futuri temporis ſpectat ad iudicem, non ad hoc,vt exequatur ante euentum diei, vel conditionis (quia ſi hoc peteret creditor, deberet ſtare poſtea tantum tempus ad petendum,quantum habebat à principio debitor ad ſoluendum,vt per Alexand.in conſil.95.in cauſſa.colum. 2. verſicul. vnde videmus.volum.primo. & Emanuel Soarez. in ſuis commun.opinio.verbo.tempus. num.10.) ſed benè ad hoc vt pronuntiet,ſeu declaret, actionem competere ipſi actori,vt in proceſſu petitum eſt,vt eſt tex. in l. ſi finita.§.eleganter iuncta glo.ff. de donatio.inter.& ibi Bart.& Docto.& per Octauian. Pedemonta. deciſio. 130. & in patre contra filium,& è cōuerſo eſt tex.notab.in l.3.C.qui bon. ced.poſſ.ibi,quod vt fiat implorari, & plura more ſuo vtilia,& famoſa adducit doctiſsimus meus Roderic.Soarez.in allegati 4. per totum, & maximè ſub numero quinto.& ſequ.chart. mihi 47. & vidi conſultum per celeberrimum Iureconſultum Dominum Dionyſium fratrem meum honorandum, ad præſens, Gubernatorem, Illuſtriſsimi Domini S. fortiæ Palauicini, & habetur per Doctores, in leg.diffamari.C.de ingen.& manumiſſ. vbi nouiſsimè per Cæſar. Contard. Ianuenſ. in ampliationib. numero 108.& numero 111.vbi loquitur in proteſtatione facta,& numer. ſequ.chart. 33. & de materia loquitur Boer.deci.255.& Ioach.Minſiger

in ſua centuria 4. obſeruatio. 78. regul. & Alexan.
conſil. 70. in cauſſa, & lite. num. 2. & 3. volum. 7. &
195 Anton. Roma. in ſuis commun. concluſio. libro 2.
de actionibus. concluſio. lib. 6. chart. 154. Occur-
rit etiam aliquando (licet de raro) quòd maritus
ſub nomine appellatiuo, & non proprio, vxorem
ſuam relinquit dominam, & vſufructuariam, de-
inde moritur ipſa vxor, poſtea maritus aliam acci-
cipit in vxorem, & non mutato teſtamento dece-
dit, & venit in controuerſiam, an ſecunda vxor de-
beat habere vſumfructum relictum in dicto teſta-
mento, & pro parte negatiua facit text. in l. hoc le-
gatum. vbi Bart. ff. de legat. 3. & Dec. in Rub. C. de
nupt. num. 1. vbi quando fit mentio de nuptijs, de
primis, & non ſecundis intelligitur, & conſuluit
Dec. in conſilio 512. cum reuerendus. Quòd licen-
tia data religioſo teſtandi, intelligitur de primo te
ſtamento, & non de ſecundo, & vendens fœnum,
ſeu herbam alicuius prædij, intelligitur de prima,
& non de ſecunda, Bartol. in l. diuortio. §. quod in
anno. ff. ſolut. matrim. Socin. in l. 1. numero 22. C.
de ſent. quæ pro eo quod, & Ioan. de Amic. in con-
ſil. 115. verſic. facit, quòd dicit. colum. 4. & eſt regu-
lare, quòd quælibet diſpoſitio intelligitur de pri-
ma vice. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi.
& ibi latè, per Tyraquel. & in terminis noſtris ita
tenuit Bald. in l. fin. C. de indi. vidui. tollen. verſic.
& noto quòd ſi talis, & pro ſingulari tradit Franc.
Crem. ſingul. 8. quid maritus, & ita videtur ſenti-
re Tyraquel. in dict. §. hoc ſermone. 104. & ſequen.
verſicul. quinquageſimo octauo, & dixit Capella
Tholoſ. deciſio. 190. quod legatum, de decem fa-
ctum omnibus filiolis ſuis, intelligitur de illis, qui
tempore teſtamenti erant viui, & non de alijs, & in
propoſito idem dicit ipſemet Tyraquel. in l. ſi vn-
quam. in præfatio. numero 107. verſicul. Adde ad
confirmationem. chart. 25. & dixit Lapus in alle-
gatio. 12. diſputat hic. numero primo. quòd man-
datum conceſſum alicui de alienando bona Ec-
cleſiæ, intelligitur de vna vice tantum. Pro parte
autem affirmatiua faciunt notata, per text. in §. in
hæredibus extraneis, & ibi Aret. inſtit. de hæred.
qualita. & differen. vbi in legatis, & hæreditate at-
tenditur tempus mortis defuncti, quo defertur
ſucceſsio, & adita hæreditate legatum debetur: ſi-
cut etiam quando quæritur de capacitate, vel in-
capacitate prohibiti capere, tale tempus attendi-
tur, & inſpicitur. l. in fraudem. §. 1. ff. de his quib. vt
indig. l. non intelligitur. §. quādo autem. ff. de iur.
fiſci. & ſentit Roderic. Soarez in alleg. 27. num. 21.
& ſequ. quia de cuiuſcunque conditione quæri nō
debet, priuſquam hæreditas, vel legatum ad eum
pertineat. l. non oportet. ff. de legat. 2. l. interue-
nit. ff. de legat. præſtan. & ideò dixi Volaterranis,
teſtamentum factum tempore, quo teſtator erat
ſanæ mentis, non valuiſſe, nec valere, teſtatore
poſtea effecto furioſo, & in furore decedente, vt
eſt text. in §. alio quoque modo. inſtitut. quibus
mod. teſtam. infir. & in d. §. in extraneis. inſtitu. de
hæred. qualit. & different. & l. ſi alienum. ff. de hæ-
red. inſtit. ſentit Tyraquel. de iur. conſtit. in 3. part.
in 2. limi. num. 3. & 4. chart. 72. licet in teſtamentis
inſpicitur etiam tempus teſtamenti, & aditæ hæ-
reditatis, vt ibi habetur, & ſequitur gloſſ. in d. §. in
extraneis hæredibus. in verbo, inſpicitur. & iam
dixi Piſtorij L. & non O. debere ſuccedere in tota
hæreditate: L. per ius accreſcendi, cum d. O. cohæ-
res inſtitutus ſit, ad mortem cōdemnatus, & ob id
ad ſtincas incluſus cum eodem præiudicio, quo
caſu dicitur incapax, tempore ſucceſsionis, & non
indignus, vt per Bartol. in l. 1. C. de hæredi. inſtit. &
ibi Doctor. & per Alexand. conſil. 26. num. 1. volu.
1. Aret. §. legari. ſub numero 1. inſtit. de legat. & Iul.
Clar. §. teſtamentum. quæſt. 20. quæſt. 21. quæſt. 22.
& quæſt. 23. Vnde cum legatum non debeatur, niſi
poſt mortem teſtatoris, non debet conditio vxo-
ris conſiderari, niſi poſt mortē teſtatoris, cum te-
ſtamentum nil aliud ſit, quàm voluntatis noſtræ
iuſta ſentētia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam
fieri voluit. l. 1. ff. de teſtam. & gloſſ. in princip. in-
ſtit. de teſta. ordin. vnde infertur, quòd acciden-
talia poſt teſtamentum conditum, vſque ad mor-
tem teſtatoris, non habentur in conſideratione,
ſed quæ reperiuntur tempore teſtamenti, mortis
teſtatoris, & aditæ hæreditatis, conſiderantur. vt
per Aret. dict. §. in hæredibus extraneis, per illum
text. & in §. furioſus. numero 1. inſtit. qui dari. tut.
in teſtam. poſ. Bart. in l. non intelligitur. §. quando
autem. numer. 1. ff. de iur. fiſci. & in l. non oportet.
num. 1. ff. de legat. 2. & per Hyppol. in l. fin. numer.
102. & ſequ. verſicu. quæri poteſt etiam. ff. de iuris.
omni. iudi. & in Pract. crimi. §. diligenter. numero
184. & num. ſequen. & facit text. in l. qui vſumfru-
ctum, in princip. ff. de vſufruct. vbi forma mutata
viuo teſtatore, & poſtea reſtaurata, adhuc durat v-
ſusfructus, & ſequitur Alber. Brun. in tract. de re-
fectione, numero trigeſimo. & vide ſupra. numer.
196 87. in fine. Hinc eſt, quòd legatum à teſtatore filia-
bus ſuis cum nupſerint, vel viduæ erint, factum, ſi
tempore teſtamenti erant viduæ vel maritatæ, aut
poſt mortem teſtatoris, fauore legati valebit lega-
tum, ſecundum magis communem opinionem,
vt tradunt Doctor. in l. hoc articulo. ff. de hæredi.
inſtit. Imol. in l. ſed hoc ita. ff. de verbo. oblig. Bar-
tol. in l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de condi.
& demonſtrat. Iaſon, in l. 3. §. ex pluribus. numero
18. & ſequent. ff. de acquir. poſſeſ. & ita etiam re-
fert Tyraquel. in tractat. cauſſa ceſſante. limita. 18.
numero 4. Quod ſecus eſſet, ſi filia effecta fuiſſet
vidua, poſt teſtamentum viuo adhuc teſtatore, &
poſtea moreretur teſtator non mutato teſtamen-
to, quia tunc legatum caducum, & nullum redde-
retur, tanquam impoſsibile, & conditio adimple-
ta in tempus non permiſſum, cum debeatur ab
hærede, & impoſsibile erit, quòd hæres viuo te-
ſtatore vt hæres ſoluere habeat legatum, & ideò
poſtquam legatum conditionale ſortitur effectū,
ante mortem teſtatoris, impoſsibile eſt habere ef-
fectum poſt mortem, cuius tempus inſpicitur in
legatis, vt conſuluit Crauet. conſilio 167. nume. 5.
& ſequent. verſicul. primo. ex illa regula libr. pri-
mo. quod eſt notandum, quia vidi hunc caſum e-
uenire in ciuitate Montis Politiani in muliere, vi-
dua effecta, viuo teſtatore poſt teſtamentum, & vi-
di Vila conſultum per honorandū fratrem meum,
D. Dionyſium in caſtro Fiuizani, & ſubſcriptum
per Dom. Carolum patrem meum venerandum,
cuius ſcripta penes me exiſtentia illuſtrant hu-
ius operis nomen, & perpetuant memoriam, fa-
miliam, & agnationem illorum de Caualcanibus,

de Fiuizano, vnde colligitur, quòd vxor relicta tempore mortis teſtatoris, debet habere legatum vſusfructus, ſicut poſthumus ex ſecunda vxore, per textum. in l. placet. ff. de liber. & poſthum. vbi in inſtitutione poſthumi comprehenditur poſthumus ex quacunque vxore, & legatum factum cognatis comprehendit etiam illos, qui non erãt tempore teſtamenti. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. & l. cum ita. §. vltimo. ff. de legat. 2. & quòd iſta ſecunda vxor debeat habere legatum vſusfructus, etiam conſuluit Alexan. in conſil. 171. viſo proceſſu. colum. 2. verſicu. non obſtat etiam. volum. 2. vt dixit etiam in additio. ad Bald. in d. l. fi. C. de in. vidui. tollen. & refert Tyraqu. d. §. hoc ſermone. numero 105. verſ. contrarium tamen tenuit. Mihi autem videtur verior, communis opinio. Bald. in d. fin. quod ibi illa ſecunda vxor non debeat habere legatum vſusfructus, cum teſtator de prima, & nõ ſecunda cogitauerit, vt tenet etiam Deci. in capit. quoniam Abba. colum. penul. verſicul. vndecimò quæritur, de off. de leg. qui reſpondet rationibus Alexandri, ſecus autem ſi non conſtaret de mente teſtatoris, quia tempus mortis eſſet attendendũ. l. ſi ita legatum. ff. de aur. & arge. leg. ideò diligenter verba legati ſunt attendẽda, & cõſideranda, an magis primæ vxori, quàm ſecundæ conueniant, & adaptari poſsint, vt ſentit etiam Tyraquel. in dict. §. hoc ſermone. nume. 106. & nouiſsimè poſt prædicta reperi hanc diſputare quæſtionem Pet. Pech. in tract. de teſtam. coniug. lib. 1. capit. 16. chart. 56.

197 Et aduerte, quòd licèt teſtamentum perfectè factum tempore mortis teſtatoris reddatur nullum, ex aliqua imperfectione, poſtea medio illo tempore effecta, iuxt. §. alio quoque modo. inſti. quib. mod. teſta. infir. tamen operatur mirabilẽ effectũ, quòd rumpit primum teſtamentum, etiam iuratum, & neutrũ eorum valet. text. eſt in §. poſteriore quoq; teſtamento. inſtit. eod. Iul. Clar. §. teſtam. q. 94. & q. 96. & ita etiam conſuluit excellentiſsimus Dominus Ioannes Baptiſta Aſinius, præceptor honorandus, contra venerandum genitorem meum D. Carolum, in cauſſa illorum de Gaſſano, virtute cuiuſdam teſtamenti Lazari quõdam Domenichei de Gaſſano, licèt contra tantum hominem non benè meo iudicio conſuluerit: Quoniam agebatur de duobus teſtamentis, factis à patre inter liberos, & primum etiam erat magis fauorabile, quàm ſecundum, nec in ſecundo aliqua fuit facta expreſſa mentio de primo teſtamento, vt requiritur cum habeat clauſulam derogatoriã ad ſequens teſtamẽtum, vt habetur in Auth. inter liberos. C. de teſtam. vbi Iaſ. in prima limi. Alexan. conſ. 163. ſub num. 6. volum. 7. Craue. conſ. 25. numero 10. conſil. 143. num. 7. conſil. 152. numero 10. & in conſil. 160. num. 2. volum. primo. & eſt communis opinio, vt per Iul. Clar. §. teſtam. quæſt. 98. & ſentit idem in quæſt. 94. verſic. vnum tamen. vbi

198 dicit idem operari iuramentum. Occurrit enim ſæpiſsimè in hac materia vſusfructus, teſtatorem relictis pluribus creditis, & debitis decedere, & proprietarius, vel vſufructuarius in debito requiruntur, & conueniuntur à creditoribus, & ſic laboribus, & expenſis multis vexantur, & quod peius eſt (vt vidi, & audiui) coguntur ad id, quod non tenentur, ideò ne in futurum iudices in hunc incidant errorem, videndum duxi, quis iſtorum debeat conueniri à creditoribus, & poſſit debitores exigere, & conuenire, & primò de debitoribus, deinde de creditoribus loquemur. Quoad verò exactionem debitorum, & pecuniarum, quas defunctus habere debebat, & in quibus reperitur creditor ſolus hæres vniuerſalis, habet actionem contra debitores, & vſufructuarius non poteſt ad proprietatem exigendã agere abſq; ceſsione actionis ſibi facta à proprietario: ad vſumfructum verò (adita hæreditate) benè poterit vſufructuarius agere actione reali, & perſonali, tanquam procurator in rem ſuam, vt per Aret. §. vſufructus. num. 5. inſtit. de vſufr. Franc. Marc. deciſio. 832. in prima part. Ruin. conſ. 51. num. 11. & ſeq. verſicu. & inſuper dicitur. & conſ. 206. num. 26. & ſequ. volu. 2. Bero. quæſt. 13. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 309. in prima part. Roland. à Valle, conſil. 8. numero 19. verſic. Non obſtat ſimiliter. volum. 2. & Ari. Pinel. in l. 1. in 2. part. nume. 62. verſic. quod autem communiter. C. de bon. mater. chart. 228. & tetigi ſupra. numero 7. quamuis poſsit vſufructuarius denuntiare debitori, ne debitum proprietario ſoluat, donec caſus. vt per Nattam, conſil. 465. præclarè, num. 4. in 2. part. Sed vſufructuarius, ſi age-

199 ret ad proprietatem mandato proprietarij, expenſis ꝓprietarij hoc facere debet, quia habet vſumfructum ex diſpoſitione hominis, & non legis, ſecus ſi ageret ad vſumfructum, quia tunc ſuis expenſis litigare teneretur, niſi culpa proprietarij hoc eueniret, vt eſt gloſſ. notab. in l. final. §. vbi autem. C. de bonis quæ liber. & ibi Bald. Petr. de Raue. ſingul. 95. ille qui. & Ari. Pinel. in l. 1. in 2. part. num. 68. verſicu. ex verbis. C. de bon. mater. chart. 243. & faciunt adducta per Ancha. Regienſ. quæſt. 61. in ſecunda part. licet Socin. in conſi. 131. ſub nu. 12. verſi. ſequitur alia quæſtio. volum. primo. Dec. conſil. 418. viſa & iterum lecta. ſub num. 6. verſicu. tertio ſucceſsione quæritur, Capici. deciſio. 184. numero 5. & Gabriel. Saray. in additio. ad Matheſil. ſingul. 4. Nota quòd ſi teſtator. numero 2. cum alijs ab ipſis allegatis, teneant, vſufructuarium omnium bonorum habere exercitium omnium actionum hæreditariarum tãquam procuratorẽ in rem ſuam: Quia eorum dictum eſt contra communem, & non procederet, niſi ſibi vſufructuario eſſet data licentia à teſtatore accipiendi propria authoritate poſſeſsionem bonorum: Nam tunc ſicut poteſt bona ad vſufructuandum propria authoritate accipere, ita debita poteſt exigere, vt ſupra dixi. num. 7. quæſt. & ſeq. & ſentit Tyraquel. de iur. conſtit. in prima part. num. 43. verſi. ei autem. chart. 17. Et ex his patet, malè ſenſiſſe Guid. Pap.

200 deciſ. 541. quidam, & teſtator. Franc. Marc. deciſio. 819. num. 2. in prima part. qui voluerunt, mulierẽ vſufructuariam omnium bonorum, durante vſufructu non poſſe veſtes lugubres, & alimenta, ac eius dotes repetere, quia videretur à ſeipſa exigere, & repetere, quod nõ eſt permiſſum. per tex. in leg. planè. §. ſi duobus. ff. de legat. primo, quia poſtquam hæres tenetur debita ſoluere, & exigere, & non vſufructuarius, nimirum ſi ipſa vſufructuaria ab hærede potuerit, & poſſit dotes ſuas repetere, vel poſſidendo bona ſibi retinere iure hypothecæ, vt per Pariſ. conſ. 95. nume. 59. volu. 2.

Franc.

Franc.Mar.deciſio.867.in fin. in prima part. ſecus ſi ipſa eſſet hæres inſtituta, vt per Roland. à Valle, conſil.65.volum.2. & per ea, quæ ſupra dixi. num. 111. Benè verum eſt, quòd quoad alimenta ea non poteſt petere, quia confunduntur cum vſufructu, vt dixi ſupra.numero 51. in 10. limita. ſimiliter veſtes viduales, cum ſit debitum annuum, & de reditu bonorum ſint ſoluendæ, & notata infra.numero 218. & etiam ſequitur Syl. Nuptia. libro ſecundo.numero 63.char.164.quæ veſtes,& veli debentur ſolùm, quando eſſet conſuetudo, in illo loco lugendi maritos,& portare vedouile, aliàs ſecus, vt eſt in terra Petra ſanctæ, & tunc debentur ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij, & ſi ſunt precioſæ per tranſitum ad ſecundas nuptias, debent reſtitui hæredibus mariti diſtinguendo,vt de iocalibus,vt per Steph. Aufre.deciſio. 336. vtrum mulier.Roland.à Valle, conſil.10.num.18.volum.primo.Iaſ.l.51.qui num. 4.qui teſta.fac.poſ. & vide Alex. & Docto. in l. diuortio.§.quod in anno.vbi Iaſ.colum.3.verſ.11.facit.ff.ſolu.matr.& in l.duob.§.primo. numero 10. ff.de iur.iuran.Alex.in l. ſi is qui quadraginta. §. ſi. in fin.vbi etiam Docto.ff.de leg.Falcid. Afflict.deciſio.315. vt plurimum. Et veſtes hyemales debent fieri calendis menſis Septembris, & æſtiuæ calendis Aprilis,vt pro ſingulari tradit Bar.in l.1. C. milit.veſtib.lib.12. & ſequitur Corſet. ſing. in verbo, veſtis.quod eſt notandum pro veſtib. fiendis ancillis,& famulis, & ideò in caſtro Fiuizani non haberet locum hæc quæſtio,quia ibi non eſt conſuetudo dare veſtes, & velos vedouiles, licet lugeant

201 maritos ad eorum beneplacitum: Quia mulier ratione hypothecæ, poteſt propria authoritate bona mariti defuncti pro ſuis dotibus, & bonis paraphernalibus retinere, tàm virtute tacitæ hypothecæ, quàm expreſſæ, ex conſtituto, ſeu iuramento, licèt præſens contractui non fuiſſet vti côiuncta, quia iuramentum operatur præſentiam. Bald. in l.pen.C.de pignor. actio.& in l.1. C. qui potior. in pigno.hab. Capic.deciſ.119.numer.3. Roland.à Valle,conſil.9.numer.19.nume.33.volum.primo. & pulchrè per Roderic. Soarez. in titul. de las Herencias.num.4.& ſequen. verſicul. & non mirum. chart.887.& ſupra tetigi tit. de tutore. nume. 255. char.242.Et nedum retinere poteſt, ſed alteri etiã cedere hoc ius tenutæ,& retentionis, vt per Fran. Marc.deciſ. 181. in prima part. Grammat. deciſio. 92.num. 20. vbi tranſit etiam ad hæredes iſtud ius retentionis. Quod intellige circa iſtud ius retentionis, quando nemo dicta bona poſsideret naturaliter niſi maritus, vt ſi è domo mariti exiuiſſet, & ſecum dicta bona mobilia exportaſſet, aut poſſeſſionem bonorum retinuiſſet, quia ſemper poteſt dicere, ante occupationem aliorum ſe retinuiſſe, & accepiſſe, ac retinere pro ſuis dotibus, donec ſit ſatisfacta, licèt à principio non declarauerit expreſſè, ſed tempore moleſtationis, quia præſumitur potius à principio accepiſſe iuris ſui conſeruandi cauſſa, quàm animo furandi & occupandi, vt per Alex.in conſil.139.num.2. volum. 4. Capic. deciſio.119.& Alciat.de præſumptio.regul.3.præſumpt.6.Et hoc facit pro Domina Fœliciana olim vxore D.Emilij de Bellarmineis Politianenſis, circa bona eius mariti, ad eius domum exportata, vt aſſeruit dicta de cauſſa, licèt fuerit inaudita à iudice à quo,& exaudita à iudice ad quem, cum meis

202 allegationibus. Si autem alius poſsideret, antequã ipſa vxor declaraſſet dicta bona retinere velle pro ſuis dotibus, tunc non poſſet retinere, ſed petere haberet actione ex dote, per textum, in le. dotis actione.ff.ſolut.matrim. etiam quòd adeſſet conſtitutum, & pactum de ingrediendo propria authoritate, vt per Tyraquel.tracta.iur. conſtit.in prima part.nu.37.& ſeq.verſic.hinc quoque.char. 16.Et per ea quæ dixi ſupra.numer. 12. Et quando cum filijs, nepotibus, cognatis, aut agnatis remãſit in domo habitationis mariti, & prædictorum, tunc familiaritatis cauſſa poſſediſſe præſumitur, & non cauſſa dotis ſuæ recuperandæ, vt per Rolã. à Valle,conſil.77.num.26.& ſequ. volum.primo. Alciat.regul.2.præſumptio.23.nume.7.chart.76. & ſentit Aegid.Boſſ.pract.crim.titu. de princip.& priuileg.nume. 299. verſicul. ex his ſequi videtur. chart.367.& faciunt notata per Bartol.in l.qui iure familiaritatis.ff. de acquir. poſſeſſ. vbi dixit per illum textum, quòd qui iure familiaritatis & amicitiæ fundum ingreditur, non dicitur poſsidere, & quòd tota die occurrit caſus illius legis, nam mater & filius ſtant ſimul, filius vadit ad fundum matris, poſtmodum cum diuiduntur, dicit filius, ego poſſedi tanto tempore talem fundum, & ibi dicit Bartol. quòd credit, quòd talis filius videtur ire iure familiaritatis, & amicitiæ, ſed non vt poſsideat, idem dicit in fratre, & ſorore, ſimul habitãtibus patrimonium indiuiſum. Quòd ſi frater vadit ſolus ad poſſeſsiones locandas, & fructus ſolus recollegit, certè communiter videtur facere, & cauſſa familiaritatis, & ſequitur in l. & habet. ff. de precar. vbi per gloſſ. illius legis dicit, Non pro mulieribus, frater detinet ſororem in domo, & vir vxorem, poterit ne iſta vxor, vel ſoror dicere, ego poſsideo domum vna cum fratre, vel viro? certè non magis dicuntur detineri, quàm detinere iure familiaritatis, & fortius dixit Alexand.in dict. leg. qui iure familiaritatis. Quòd ſi plures eſſent hæredes, qui habent bona communia pro indiuiſo, & vnus ſolus adminiſtrat & percipit, quod dicuntur alij hæredes poſsidere, alius hæres cenſetur nomine communi facere, & prædicta refert, & ſequitur eleganter dilectus meus D.Roderic. Soarez. in titul.de las Herencias in primo notab.nume.8.verſic.hic intellectus.& nume.9.chart.890.quod facit pro D.Angioletta vxore olim Baſtiani de Bottognana, matre Ioannis Auguſtini, & Stephani, prędefunctorum, in quibus hæreditatibus ſucceſſit,& ſtetit ſemper in domo cum Angelo eius priuigno,& iuit ad poſſeſsiones, ſed dictus Angelus adminiſtrauit,& cuſtodiuit ſua, & dictorum filiorum bona indiuiſa, quo caſu dicitur iure communionis,& familiaritatis poſſediſſe, & prædicta feciſſe pro indiuiſo, & ipſam matrem adiuiſſe hæreditatem,& poſſediſſe pro hærede indubio. Barto. & Doctor.in l.gerit.ff.de acquir. hæred. Bal. in l.1. in 2.quæſt.C.qui admitti.Socin.conſil.131.num.5. & ſequ.volum.primo.Alexan.conſi.16.ſub nume. 40.in 2.part.& vide Paul. de Caſtr. conſil. 114. nu. 2.volum.primo. & in filio vna cum patre exiſtente remiſsiuè, loquitur Georg.Natta.tract.de ſtat.exclud.fœmin.quæſt.2.princip. numer.97.verſicul.

An au-

An autem filia.qui allegat Bart.in d.l. gerit. in an-
tepenulti. colum. Ergo iſtis caſibus vxor tenetur
declarare ſe bona retinuiſſe, vel retinere pro ſuis
dotibus ratione hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ,
hæreditate iacente,vel bona per alium adhuc non
poſſeſſa naturaliter,vt etiam ſentit Hyppol.ſingu.
321.Credo te ſcire.ſub num.2. Aliàs ſibi non iuua-
bit talis aſſertio,alio poſsidente,vt etiã dicit Deci.
in l.dotis.C.de collatio.in conſil.232. conſil. 449.
num.23.conſil.671. numero 7. & Roland.à Valle,
203 conſil.77.num.28.volum.primo. Et tanto magis,
ſi ipſa vxor hæres filij remanſiſſet, quia tanquam
hæres,& ſucceſſor vniuerſalis iuris præſumptione
(quantumcunque alium habuerit animum) cen-
ſebitur, & fingetur tenuiſſe, & poſſediſſe eo mo-
do,& forma,quibus tenebat defunctus. argum. l.
cum hæres.ff. de diuerſ. & tempo. præſcriptio. &
ſequitur Paul. de Caſtr. in l. neque fructum.C.de
vſufruct.Bal.de præſcriptio.in 4.part.4.par.prin-
cipa.in 11.quæſt.num.5.Boer.deciſio. 58. nume.9.
Alciat.regul.2.præſumpt.23.& Aegid.Boſſ.vbi ſu-
pra d.num.299.& num.300. chart. 367. quod fa-
cit ad multas quæſtiones.Et iſta retentio concedi-
204 tur nedum mulieri, ſed omnibus habentibus hy-
pothecam ſuper re,retenta per doctrinam Barto.
in l.ſi non inducta.C.in quib.cauſ. pign. vel hypo.
taci.contra.in 2.oppoſi.Bal.in l.fin.C. commoda.
vbi dicunt,quòd res obligata,vel quaſi, poteſt re-
tineri,Hyppo.ſing.321.credo.num.2.Ant.de Fan.
de pignor.& hypo.in 2.part.memb.primo.nume.
6.verſicul.ſed in prædictis inſurgit.chart. 10. niſi à
principio data fuiſſent ſibi à domino iſta bona, vt
aliquod ius non conſtitueret, ſed vt vteretur, &
frueretur, & poſtea finito vſu liberè iureiurando
ipſi domino,aut eius hæredibus reſtitueret, vt per
Franc.Marc.deciſio.864.in prima par.Rolandum
à Valle,conſilio ſexto,numer.23.volum. primo,&
Afflict. deciſio. 381. quædam Hyppol. vel niſi ali-
quod ius hypothecæ tacitum, aut expreſſum non
reperiretur in re retinenda, vt per Ant. de Fan. de
pigno.in 2.part.memb.4.num.129.& numer. 130.
verſic.vbi etiam plus vult.chart.138. vbi dicit, eſſe
ſpeciale in dote,non aduertens, quòd in dote res
eſt obligata tacitè pro reſtitutione dotis, & cum
bona ſint tacitè obligata pro dote, & augmento
dotis.C.l.aſsiduis.& ibi gloſ. in verbo, hypothe-
cam.C.qui potior.in pignor. habe. Boer. deciſio.
331.numero 1.Didac.Variar. reſolut. libr. primo.
cap.7.ſub num.6.verſicul. cæterum egregia. char.
139.Ruin.conſ.78.num.8.volum.5. Anto. de Fan.
de pignor.& hypo.in 2.part.memb. 4. num.49.&
ſeq.verſic.ſextò amplia.& num. 54. & ſequ. verſic.
ſed dubitatur an idem ſit, vbi extendit etiam ad
intereſſe, & fructus dotis, & ſimiliter pro corre-
dis, & bonis paraphernalibus ſunt bona obliga-
ta,& pro donationibus propter nuptias, Cornel.
conſil.129.lit.C.volum.4.Paul.de Caſt.in l. ſi con-
ſtante.numero 1.2.vbi etiam Iaſ.& Doctor.ff. ſolu.
matr.& Roderi.Soarez.titu.de las arras.num. 60.
char.464.& nedum bona præſentia, ſed etiam fu-
tura cenſentur tacitè obligata.l.hac edicta.§. om-
nibus.C.de ſecund.nupt.& ibi per Bald. & Roma.
ſingul.147. Fui hodie. Ideò non eſt mirum, ſi huic
mulieri, vel marito daretur retentio bonorum ſi-
bi obligatorum pro ſolutione dotis,& illius reſti-
tutione,vt ſentit etiam in marito pro dote ſoluē-
da Boer.deciſ.331.num.3.Ant.de Fan. de pign. vbi
ſupra. nu.25. verſic. amplia primo regulam. char.
79.ſed non habet maritus prælationem quam ha-
bet vxor in reſtitutione, vt per Boer. deciſio. 328.
num 3.Didac.Variar.reſolut.cap.7.libr.primo,&
Bal.Nouel.in tract.de lucr.dot.in 10.part.princip.
205 numero 9.in 6.limi.verùm pro bonis extra doté,
& ſic hæreditarijs, vel quoquo alio modo acquiſi-
tis,non datis pro dotibus, augmento, aut corre-
dis,non datur tacita hypotheca contra bona ma-
riti, ſi ipſe ea bona alienaret, & non eſſet poſtea
ſoluendo,quia mulier non poſſet actione reali a-
gere contra tertios poſſeſſores, cum non reperiã-
tur huiuſmodi bona priuilegiata, & hypothecata,
vt ſentiunt Bart. in d.l.ſi non inducta.Bald. in dict.
l.fin.& Bald.Nouel. in tractat. de dote. in 8. parte
princip.in 6.priuilegio.verſicu. & ex hoc apparet.
nume.21.vbi dicunt,eſſe ſpeciale in dote, & bonis
paraphernalibus, quòd vna res pro alia retineri
poſsit,& ideò non poſſet retinere, vt ſentit etiam
Ant.de Fan.d.4.memb.ſub numer.130. chart.139.
& ita vidi iudicatum in ciuitate Montis Politiani,
ad fauorem Magnifici D. Ioannis Appollinaris
contra aduocatum Andreæ de Auignanſibus, de
anno 1564.& ratio eſt, quia oritur ſolùm perſona-
lis obligatio, & actio, quæ non datur contra ſin-
gularem ſucceſſorem,& tertium poſſeſſorem.Ty-
raquel.de retract.§.8.gloſſ.5.num. 6. Niſi iſta mu-
lier dicta bona extra dotalia conſignaſſet marito,
pro adminiſtratione,aut cum obligatione, & hy-
potheca inſtrumentali, quia tunc ratione hypo-
thecæ, & adminiſtrationis poſſet retinere bona
mariti,& agere cõtra poſteriores poſſeſſores, per
ſupra,& per Anton.de Fan.de pignor.in 2.part.4.
memb.nume.16.verſic.ſed dubitatur. chart.77.&
per ea,quæ ſupra dixi,in tit.de tutore.num. 187.&
ſentit in ſimili Franc.Marc.deciſio.391.An ſenten-
tia.in 2.part.vbi dicit, actione hypothecaria non
poſſe agere pro expenſis litis actorem, quia non
ſunt hypothecata,vt eſt ſors principalis, & poſtea
in deciſio.927.ſuper viſitatione.numero 5. in d. 2.
part.dicit,poſſe agere actorem,ſi ſunt promiſſæ in
contractu, & tunc debentur quomodocunque
ſint expenſæ, vt per Doctor. in l. ſi fundum,& ibi
gloſſ.ff.de euictio.Bartol.in l. cum vir. numero 4.
ff.de vſucap.Doctor.& Barto.in l.venditores.ff.de
verbo.oblig.vbi latè per Alex.& Iaſ.ad quod non
aduertunt aduocati,& parum iudices, qui vt plu-
rimum abſoluunt partes ob probabilia dubia,
dummodo ipſi ſportulas conſequantur, à quibus
minimè ob paupertates abſoluere volunt litigan-
tes,& tenentur ad reſtitutionem dictarum expen-
ſarum altiſsimo Deo, quia nullo modo deberent,
nec poſſunt abſoluere ab expenſis promiſsis in
contractu, vt ſupra docui, & fit iniuria legi, qui
vult videri lege prudentior. Videant ergo iuſdi-
centes,tex.in cap.primo.de ſent.rei iudica.in 6.&
memoriæ mandent,& ante oculos ponant,quan-
do volunt iudicare,& ſic reddent vnicuique quod
ſuum eſt: nam iudicare nil aliud eſt, quàm æquum
ab iniquo ſepararare.l.prima. ff. de iuſtit. & iur. Id-
circo iudicantem eſſe rationis capacem cõuenit,
id eſt,primo habere organa diſpoſita ad audien-
dum,quia per illũ ſenſum obiectus primo potẽtijs
intel-

intellectus repreſentatur: ſecundò debet eſſe diſpoſitus ad cognoſcendum, & intelligendum obiectum repreſentatum, tertiò ad reminiſcendum, & operationem intellectus enuntiandum, vt dicit Sebaſt. Vanti. de nullit. ſent. ex diff. iuriſdi. ord. nu. 134. chart. mihi. 97. Hinc eſt, quòd iuſtitia licet ſit conſtans, tamen propter prauum miniſterium aliquando efficitur inconſtans, vt per Iaſon, in le. iuſtitia. ſub numero, 11. prope finem. ff. de iuſtit. & iur. & in le. ſi ex toto. §. ſi ita legatum. numer. 30. ff. de leg. primo, & ideo dicit Marant. ſpec. aur in 6. part. in ſecundo actu principa. numer. 67. chart. mihi. 227. quòd cauſſæ ſubtiles non ſunt committendæ groſsis iudicibus, quia parùm meruerunt, & nô ſunt præponendi, vt per Alex. in l. centurio. num. 10. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Hei mihi, quid dico de groſsis iudicibus? ſunt etiam ſubtiles, & baccalares iuſdicentes, qui in hunc incidunt errorem, & magis peccant, quia habent ſcientiam veritatis, & ſunt in mala fide, & miror quin mundus corruat, poſtquam hodie omnes volunt eſſe iudices pectorales, & ex eorum capite noua compilare, ff. & C. ſed in nouiſsima die reddent rationem villicationis eorum, quia non minus iudicabitur Iudex quàm iudicet: Amplectamur ergo iuſtitiam, ô iuſdicentes, & reuertamur ad pœnitentiam, & expurgemus vetus fermentum, & reddamus vnicuique quod ſuum eſt: imitamini mortẽ, amoris Deum, Deique amorem: Nam quid prodeſt homini, vt vniuerſum mundum lucretur, anima vero ſua detrimentum patiatur, & in inferno continuo crucietur? non oportet nos dicere, ſententiæ noſtræ ſunt motiuis munitæ, quia oportet ſanam doctrinam docere, quam nobis reliquit Ieſus Chriſtus, & non doctrinam Iudaicam: Nam dixit nobis, ego ſum via, veritas, & iuſtitia, adeo quòd ſi ſentiamus contra leges, & communes opiniones approbatas, licet ſequamur opiniones aliorùm phariſeorum, non dicimur ſequuti ſanã doctrinam, & propter hoc anima noſtra non eſt liberata à pœnis infernalibus: nam ſcriptum eſt, vbi te inuenero, ibi te iudicabo: Ego equidem teneo pro firmo, quòd maior pars iuſdicentium dedita opera cruciatur, & cruciabitur in inferno, hoc dico, quia (vt iuuenis) vidi his meis temporibus tot tantasq; varietates ſententiarum à celeberrimis etiam iuſdicentibus prolatarum, ꝙ poſſem dicere, non ſolum dico tibi ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, & tamẽ vna illarum erat veritas, quæ à Deo proficiſcitur: ideo tu iudex primarum appellationum non potes cum bona conſcientia reuocare primã ſententiam, ſi vides eam iuſtam, nec mittere ad tres iudices, ad hoc, vt magis ventiletur, tanquam iudex reuocationis, ita à vulgo, & canibus curiarum appellatus, quia teneris reddere onera iudici à quo in ſententijs, & non illam reuocare, vt per Philip. Franc. c. vt debitus. de appella. in 6. & Lancel. Conrad. de off. prætor. Rubr. de appella. numer. 5. & indubio debes confirmare primam ſententiam, quia præſumitur pro ea. Iaſ. l. de die. ſub numero, 2. ff. qui ſatiſda. cogan. & Peruſi. in c. de priore. ſub num. 2. de appella. conſideremus obſecro nôt. per tex. in le. obſeruandũ. ff. de offi. præſid. per D. Iac. de Bel. viſu in ſua pract. ciuili. Rub. quotuplices ſint cauſſę. nu. 169. & ſeq. verſi. ſola enim iuſtitia. car. mihi. 76. per D. Henni. in ſua pract. ciuili, in proœmio per Syl. Nupt. lib. 5. tit. quomo. iudic. in dubio. nu. 90. & ſeq. car. 532. cum mille ſimilibus, & ne miremini, ſi lapſis habenis ita liberè loquor, quia verbum Dei non eſt alligatum, & polliceor vobis hac de cauſſa me librum compoſiturum, & vocaturũ flagellum iuſdicentium, in quo ſententias non approbatas ad vtramque partem ſum diſcuſſurus: An ſi iuſdicentes in illis, quæ non indigent deciſione Cæſarea, eſſent condemnati in expenſis, & intereſſe parti, vt deberent, fortaſſe cum grano ſalis proferrent ſententias, vt eis euenire poſſet illud, quod euenit illo Doctori Mediolan. de quo loquitur Syl. Nupt. lib. 5. ſub numer. 61. char. mihi. 480. & ſanctè dixit Dominus Hennigi. in ſua pract. Ciuili. Rub. 13. nu. 12. in fine, quòd non eſt attendendum illud, quod factum eſt, ſeu quod fit per ribaldos, impios, & iniuſtos iudices, ſed quod fieri debet ſecundum leges, & canones expreſſos, eò quòd legibus, & non
206 exemplis iudicandum eſt, per text. in le. nemo. C. de ſent. & interlo. omni. iudi. Ideo tu vxor, quę habes bona triplicis generis in bonis extra dotem fac tibi cauere, vt per Anchara. Regi. q. 3. numer. 6. in prima part. vel ex contract. obligare bona à marito, ſi vult illarum adminiſtrationem de reſtituendo dicta bona cum fructibus, quia in illis bonis non eſt legitimus adminiſtrator, & fructus nô lucratur vllo modo, niſi mulier ſit contenta, quæ indubio non præſumitur, vt per Alexand. in conſ. 63. numer. 5. & ſequen. volum. 2. Afflict. deciſ. 44. ſub num. 7. verſi. ſed quando non. Deci. conſi. 521. & maximè ſi in vſus ſuos, & non domus, ac familię cõſumpſiſſet, vt nôt. in l. ſtipulatur. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & ibi Doct. & eſt optimum conſilium Franc. de Albergot. inſertum loco additionis ad Bart. conſili. 125. incip. quæſtio talis eſt. ſub lit. d. in fin. volum. 1. Crauet. conſilio, 193. numer. 15. & Ruin. conſili. 122. numer. 5. & numer. 6. volu. prim. & ſupra tetigi. numer. 31. & latè conſului ad fauorem D. Fœlicianæ de caſtro ſchitoni de anno. 1569. contra quendam Petrinum de Monte Politiano indebitè vexantem eam, licet vt canis ruſticorum in ciuitate domeſtica ab alijs ſuis propinquis eſſet lacerata, & quando lucraretur fructus maritus in bonis paraphernalibus, & extra dotẽ, ſi fecerit melioramenta, & expenſas vtiles, & neceſſarias in illis bonis, non poterit illa, & illas repetere, ſed fructus cum melioramentis, & expenſis compenſabuntur, etiam quòd de voluntate vxoris fructus percepiſſet & bona adminiſtraſſet, vt pulchrè tradit D. Bero. quæſtio, 22. maritus, vbi dicit, non habere difficultatem, & faciunt notata per Anto. de Fan. de pignorib. in 5. part. 4. memb. numer. 12. & ſequent. verſicul. quinta concluſio. char. 392. & Iacob. Menoch. de recuperan. poſſeſ. remedio. 15. qu. 40. numero, 573. chart. 171. & tetigi ſupra de tutore. numer. 167. Et ne mulier extenuat ſortem, & ſic capitale ſuum dotale propter hanc retentionem (cum regulariter retinens rem aliquam iure pignoris, & hypothecæ, debeat fructus deductis expenſis compenſare in ſortem. per tex. in c. 1. & c. conqueſtus. de vſur. & le. ſi dominũ, & ibi Doct. C. de pig. latè per Ant. de Fan. de pig. in 5. part. 5. memb. nu. 1. & ſequ. vbi ponit regulam

cum ampliationibus, & limitationibus, vbi dicit, num. 15. quòd debitor tenetur propter iuramentum præcisè ſoluere, & non excipere, quòd creditor compenſat fructus in ſortem, & poſtea petere pignus, & fructus) Bonum erit, quòd petat ſibi bona hypothecata pro concurrenti quantitate, & non vlterius aſsignari, & concedi in ſolutum, & pagamentum à curia: nam tunc mulier faciet fructus ſuos, & non compenſabit cum ſorte, & idem ſi retineret ſolum, pro concurrenti quantitate de per ſe, adeo, quòd non eſſet ſpes luitionis, de quo dubito. Adnotata per Bar. in l. rem legatam. num. 9. ff. de adim. lega. & Matheſil. in l. ordo rei. C. de excuſa. rei. iudica. ſentit Anton. de Fan. de pignori. in 8. part. Memb. primo. numero, 46. chart. 533. ſentit Afflict. deciſio. 373. Fuit determinatum, vel (& melius) faciat aſsignare certum tempus debitori ad reluendum pignus, quo elapſo, faciat tot de dictis bonis retentis æſtimare æſtimatores peritos, & poſtea faciat ſubhaſtare, & plus offerenti deliberare, & ſi non inuenitur emptor faciat ſibi à curia conſignare pro æſtimatione, & iſto modo non tenebitur ad reſtitutionem fructuum, ita docet doctus Didac. Variar. reſolut. lib. 3. cap. 18. numer. 4. chart. 1037. & pract. quæſti. cap. 29. numer. 3. chart. 445. & Roland. à Valle, conſil. 32. num. 33.
207 verſicul. ſexto quòd pariter. volum. primo. An autem valeat pactū, quòd creditor lucretur fructus, vide Guid. Pap. ſing. 502. & Roland. à Valle, conſi. 55. volum. 2. & Ant. de Fan. de pignor. in 5. memb. num. 16. & ſeq. & Crauet conſi. 189. lib. primo. vbi communiter tenent, quod nòn: Et licet à principio elegerit hypothecariam actionem, & bona retinuerit, non per hoc impeditur mulier aliam viam ſibi vtiliorem eligere, cum ſint iſtæ actiones compatibiles: videlicet, actio hypothecaria, & officium iudicis, vt ibi dicit Didac. d. cap. 29. nume. 3. & tendant ad vnum finem, nec vna eſt præiudicialis alteri, quia ex cauſsis diuerſis procedunt, ſicut etiam poteſt intentari petitio hæreditatis, rei vendicatio, & Publiciana, quia tendunt ad vnum finem ex diuerſis tamē cauſsis, ſimiliter actio perſonalis, & hypothecaria, vt per Bart. in le. vt inter. nume. 15. C. de ſac. ſanc. Eccle. & etiam hypothecaria, & rei vēdicatio poſſunt ſimul cumulari, & vna electa poteſt ad aliam reuerti, adnotata per Anto. de Fan. de pignor. in 2. part. 4. memb. nume. 65. & ſeq. char. 98. & in 8. par. nume. 27. verſic. & ex prædictis. char. 558. tradit Bar. in l. in rebus. num. 2. C. de iur. domi. & per Fabi. de Monte, de emptio. & vendi. quæſt. 5. verſicul. quarta cricunſtantia, & in caſu rei venditæ cum hoc, quòd, donec pretium nō ſoluatur, reſeruatum ſit tibi dominium, & cum pretium non ſolueretur, actum fuit hypothecaria, & res fuit ſibi tradita in pignus, donec eſſet ſatisfactus, poſtea iterum egit rei vendicatione, ratione dominij ſibi reſeruati, fuit iudicatū per Rotam Florentinam ſub die. 4. Martij. 1566. Rectè egiſſe, & vide Soci. in l. ſi idem. cum numer. 1. & ſeq. ff. de iuriſ. omni. iudi. Capic. deciſi. 119. deciſi. 80. ſub numer. 2. Pariſ. coſil. 80. numer. 30. & ſequen. vol. primo. & Blanch. de compromiſ. quæſt. 4. de exceptionibus numer. 21. verſic. tu elegiſti. chart. mihi. 370. & etiam poteſt ſimul intentari remedium ordinarium, & executiuum, & ſi executiuum non valet, ſubſtituatur ordinarium, & pulchrè hæc omnia etiam tradit Crauet. conſi. 16. nu. 8. & ſequ. vol. primo, & quando principaliter intentatur iudicium executiuum, cenſetur etiam intentatum ordinarium, per clauſulam in fine poſitam, petés ſuper prædictis omnibus, & prædicta omni meliori modo, & adeò, quòd ſi inſtrumentum, laudum aut teſtamentum non meretur executionem, tamen iudex reſoluendo iudicium in ordinarium, debet ſuper meritis iudicare per viam ordinariā, ſine aliqua expenſarū refectione, tanquam vtrūque iudicium ſimul intentatum, vt per Alexan. in conſi. 34. nu. 3. vol. 3. & Corne. conſi. 218. lit. L. in 3. par. & conſuluit venerandus pater meus in conſi. 27. in fi. vol. 2. in meis. & eſt multùm vtile intentare in libellis hæc duo remedia, & etiam actionem perſonalem, & hypothecariam, quia dato, quòd obtineas in hypotheca, poteris etiam poſtea actione perſonali executiuè agere ad faciendum capi debitorem, & etiam debitore capto poteris etiam illo nō relaxato redire ad bona, priuilegio executionis, vt dicit Ant. de Fan. de pig. d. 8. par. memb. 3. num. 27. & eſt ratio, quia quando quis ex inſtrumento guarantigiato habet hypothecam, & fideiuſſorem, poteſt exequi inſtrumentū contra principalem, & poſtea contra fideiuſſorem, etiā quod principalis ſit detentus, & deinde rem capere ex primo decreto, dummodo ſatisfiat, & ſic poteſt creditor facere tranſitum de vna perſona ad aliā, & de perſona ad rem, & econuerſo, & per tranſitum non amittit executio eius nomen, & priuilegium, vt per Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis. iuſdi. non obtemp. & in conſi. 9. vol. 1. Corn. conſi. 108. lit. F. in 4. par. Deci. conſil. 562. numer. 8. conſi. 73. & in conſi. 12. Bart. & Addentes in l. nemo carcerem. C. de exactio. tribu. lib. 10. & Ant. de Fan. d. memb. 3. nu. 27. quod facere nolunt milites Socij, quia dicunt (vt ignari) hoc non poſſe ſtare, nec procedere de iure, quòd quis duplici modo pro eadem re patiatur damnum, & quia parum guſtârunt de brodio iuris, in his voluuntur tenebris, adeò, quòd tenerentur in ſyndicatu, cum faciant contra iura, adnotata per tex. à contrario ſenſu in l. Gracchus. C. de adulter. In quem errorem non incideret Ser. Taurellus Caſciottus de Sancto Geminiano, miles ſocius, vir apprimè doctus, & ſummus practicus, ac ferè primarius inter ſocios milites, meique amantiſsimus, & multùm dilectus, & optatus à rectoribus ob neceſsitatem, & vtilitatem eorum, adeò, quòd per omnem ſtatum exiuit ſonus illius. Et hoc de captura, & adiudicatione bonorum intellige, quando pro vera quantitate eſſet captus, vel bona adiudicata, licet ſint dicta bona maioris æſtimationis, aliàs ſi pro maiori quantitate eſſet licentia data à iudice grauandi realiter, vel perſonaliter, in totum corrueret captura, grauamentū, & adiudicatio bonorum. le. ſi non ſortem. §. ſi cētum. & ibi Bart. Iaſon, & Doct. ff. de condi. indebi. Affli. deciſ. 358. numer. 7. Deci. 218. num. 2. Capic. deciſ. 51. numer. 2. & ſeq. Ioan. Neuiza. in conſi. 77. numer. 4. & pulchrè notat. Caccia lup. in tract. de debit. fugit. in 6. quæſt. in fine verſic. hic formatur pulchra quæſtio, qui dicit, nō procedere, quādo licentia grauandi, ſeu adiudicatio bonorū eſſet conceſſa Titio pro ſua parte, & nomine ſui fratris

tris pro alia parte, & tantum pro ſua parte eſſet iuſtificata, nam tunc vti duæ licentiæ, & duo decreta valeret pro parte iuſtificata, & ita debes illum intelligere, & ſic nullum faciet dubium dictum Baldi per eum allegatum, in dicta ſua 6. quæſti. vt refert, & ſequitur Pet. à Duenas. regu. 185. in verbo. decretum. nu. 4. & Petr. Anchar. Regienſ. quæſt. 14. num. 7. in 2. par. nec eſt facienda aliqua diſtinctio inter capturam perſonalem, & realem, vt multi inſipidi, & ſine legibus, ſed ſolum ex eorum capite faciunt, quia non debet conſiderari res, quæ grauatur, ſi eſt diuidua, vel indiuidua, ſed cauſſa efficiens, & origo à qua procedit grauamentum, & ſic licentia, & decretum iudicis, quod quidem eſt indiuiduum tàm reſpectu bonorum, quàm perſonæ, & ideo hac de cauſſa omnes vno ore tenuerunt, adiudicationem bonorum factam in maiori quantitate, in totum fuiſſe, & eſſe nullam, etiam quòd dicta bona ſint diuidua, & ita iudicauit Curia Neapoli. vt dicit Afflict. d. deciſ. 218. & pulchrè tradit Deci. conſi. 403. nu. 20. & nu. ſeq. char. 430. & Anchar. Regienſ. quæſt. 14. nu. 3. & ſeq. in 2. par. quod eſt valde notandum per cauſsidicos Piſtori. qui velo leuato ponunt ad baſtradellum debitores, & ferè ſemper pro maiori quantitate vigore licentiæ generalis, quę deſtruit totum illum mundum: Nam ſi iudex ſpecialem daret licentiam, videret ſaltem originem debiti, & ſic quantitatem, & ita indebitè pauperes nõ grauarentur, nec vexarentur multis expenſis, & damnis: quia dicunt, nihil mea intereſt, facere grauare pro maiori quãtitate, nam in iuſtificatione apparebit aliquid de debito, & in illo obtinebo, quia ita pluries iudicatum fuit, & approbatum per Rotam Florentinam, & alios ſapientes, & ſufficit mihi, oſtendere, ita aliàs fuiſſe iudicatum, quod male faciunt illi, qui attendunt huiuſmodi nugas, & vellem, vt darent mihi non ſolum legem, gloſſam, Barthol. & Bal. ſubtilem, & ſophiſticum, ſed quemlibet minimum Doctorellum, prædicta in lucem approbantem, & tunc fortaſſe (licet malo ſtomacho) acquieſcerem, & illi, qui vtuntur authoritate alicuius Rotæ, Collegij, aut eminentis Doctoris, contra deciſiones approbatas, non ſunt audiendi, ſed eorũ ſcripta, & libelli tanquam inepti ſunt dẽtibus lacerandi, per tex. in l. Nemo. C. de ſenten. & interlocu. omnium iudicum, & per Boeri. conſil. 4. num. 47. & conſil. 8. nume. 7. & ſeque. & hæc pars habet etiam in ſe magnam æquitatem, quia regulariter creditor præſumitur ſcire quantitatem debiti ſui debitoris, & petendo plus debito dicitur calumnioſe, & fraudulenter hoc facere, & nemo debet fructum ſuæ malignitatis conſequi. l. ſi legatarius. C. de dol. & tetigi ſupr. n. 286. Et in tantũ, ſunt vera ſupradicta, quòd nõ poteſt, captura, grauamentũ, nec adiudicatio bonorum, facta pro maiori quantitate, confirmari, licet poſsit iure pignoris, & hypothecæ retineri. Deci. conſili. 450. numer. 17. & numer. 40. Roland. à Valle, conſili. 5. nume. 7. volumi. 2. Anton. de Fan. de pignoribus. in 3. part. 2. memb. numer. 20. quia idem vitium ſemper reperiretur, hoc eſt, maior ſumma, quod ſecus eſſet, ſi ex defectu citationis, vel inualiditatis proceſſus eſſet grauamentũ, & tenuta data, quia tunc poſſet confirmari, ex eo, quia licentia, & decretum iudicis in aliquo non reperiretur falſum nec læſum, ita perbellè tradit Areti. §. quadrupli. ſub numer. 46. verſicul. ex quibus dictis. inſtitut. de actionibus. Alexand. conſilio, 53. quæritur. verſicul. præſuppoſito ergo. volumin. 5. & Benintend. in Rota Bononienſ. deciſi. 53. & ita ſunt intelligenda adducta per Afflict. deciſi. 178. Deci. conſil. 449. num. 17. Franc. Crem. ſing. 97. tenuta, & Crauet. conſi. 46. numer. 7. & in conſil. 172. nume. 7. videlicet, quòd captura, & tenuta facta nulliter poteſt confirmari, quando ex defectu proceſſus, & non ex effectu petitionis maioris quãtitatis, & decreti iudicis, quia idem error, & defectus reperiretur ſemper in confirmatione, aliàs eſſet, mutare libellum, petitionem, & decretum iudicis, quod fieri non poteſt in dicta cõfirmatione ſine relaxatione prioris tenutæ, & grauamenti, & refectione omnium expenſarum, & damnorum, vt dicit ſummus practicus Aret. in d. §. quadrupli. ſub d. numer. 46. & Alexand. d. conſilio 53. ac alij ſupra allegati, & faciunt notata per Marc. Mantu. ſingu. 696. non allegatum, & quæ dixi ſupra. numero 8. quæ nomina diligenter nota, quia faciẽt apud reales, & veridicos magnum tibi honorem. Quod videtur poſſe limitari, quando argumentum fuiſſet factum pro ſcutis decem, ſaluo iure verioris calculi, vel cum promiſſione de reſtituendo omne quod datum docebitur, & decretum fuiſſet interpoſitum cum eadem clauſula, quia tunc pro vera quantitate intelligeretur à principio conceſſum, adnotata per Roland. à Valle, conſilio 71. numero, 40. & 41. volumi. primo. & Deci. conſilio, 5. numer. 8. Crauet. conſi. 325. colum. 4. volumi. 2. Aliàs ſecus, ſi iudex in decreto non poſuiſſet dictam clauſulam, licet cum illa fuiſſet facta petitio, adnotata per Afflict. deciſio. 215. Boeri. deciſio. 59. numer. 8. & Grammat. deciſio. 68. ſub numer. 9. vbi agitur ex ſententia, & non ex petitione, nam dicta clauſula, ſaluo iure, modificat & reſtringit præcedentia ad verã quantitatem, vt pulchrè notat Octauia. Pedemontan. deciſio. 163. numer. 8. & 9. & numer. 14. chart. 671. Et tantæ vtilitatis eſt iſta actio perſonalis, & hypothecaria, quòd ſi habes plures debitores, vel hæredes debitorum, poteris contra vnum vel duos ad libitum agere, actione perſonali, & hypothecaria, & non poterunt excipere de non facta excuſsione bonorũ aliorum creditorum, quia cum bona per eos poſſeſſa ſint tibi hypothecata, poteris dicere, ego volo hanc rem pro hypotheca, aut ſoluas mihi omne debitum, & tunc erit coactus, aut debitum totum ſoluere, aut rem tibi pro hypotheca concedere, donec ſis ſatisfactus, vt per text. gloſ. in l. mulier. ff. qui potior. in pigno. habe. & valdè menti tenendum, & pluries practicaſſe, & obtinuiſſe aſſerit dilectus meus D. Roderic. Suárez. in ſua ſolenni repet. le. poſt rem iudica. in declaratio. legis reg. numer. 14. verſicul. optime facit ille caſus. ff. de re iudica. chart. 585. & repet. le. quoniam in prioribus. Ampliati. 7. numer. 8. verſic. & vnum perpetuo tene menti. C. de inoffic. teſtam. chart. 77. dicit, quod idem poteris dicere, ſi pater vendiderit bona materna, & aduentitia, & promiſerit de euictione cum hypotheca, & habet plures hæredes diuerſi matrimonij, & vnus petat tibi bona ſua materna vendita, ab eius patre, offe-

rendo pro parte, & rata ſua pretium, iuxta le.cum à matre.C. de rei vendica.in fin. Nam poteris dicere, non teneor tibi reſtituere, niſi integrum pretium reſtitues cum intereſſe, virtute hypothecæ, aut omnia bona ad te deuoluta in parte tui patris mihi pro hypotheca concedas, quæ quidem ſunt aurea, & menti tenenda, & tradit Franc. Marc. deciſ. 433. in 2. par. vbi dicit, non procedere, quando eſſet actum contra defunctum, & ſic iudicium inchoatum cum defuncto, quia etiam in actione reali proſequeretur contra omnes, & ponit modum libellandi, & melius aduertit D. Ant. de Fan. in d. 8. par. in 3. memb. nume. 24. & ſeq. verſic. 6. videndum eſt. car. 556. vbi oſtendit, vtilius fore, intentare hypothecariam, & vtile Saluianũ interdictum, de quo interdicto etiã loquitur Rol. conſi. 14. nu. 11. ſeq. volu. 1. Ideo ad eum ſemper fac vt recurras, quando vis agere contra aliquem actione hypothecaria, & faciet tibi magnum honorem, & magis communem dicit Didac. Couar. variar. reſolu. lib. 3. cap. 7. nu. 6. & 7. verſic. hæc verò hypotheca, vbi dicit, non putare hanc hypothecam ita procedere in annuis pręſtationibus ſoluẽdis de pluribus petijs terrarum. & idem dicit Franc. Marc. d. deciſ. 433. quæritur quando pro aliqua penſione. nu. 3. & conuentus hypothecaria habet ius offerendi pretium propter poſſeſsionem, vt per Ant. de Fan. de pignorib. in 5. par. memb. 3. nu. 1. & ſeq. & nu. 20. char 336. & tenetur recipiens pretiũ pręſtare cautionem de reſtituendo illud pretiũ, quod non reperiretur extinctum pro fructibus rei hypothecatæ, ſi veniret antiquus creditor, & auocaret dicta bona dicto poſſeſſori, cum ſit datũ pretium pro fructibus, & illa bona, & fructus conſequenter ita auocarentur creditoribus hypothecarijs, ſicut poſſeſſoribus bonorum, adnotata per Pileum Antiq. Gloſat. in quæſt. 104. cum prouinciali, & Pet. de Vbal. tract. de duob. fratri. in 5. par. q. 24. ſub nu. 27. verſ. ſecus ſi moriantur, & ſubrogatus ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur cum omnibus qualitatib. le. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Alex. conſi. 89. vol. 3. Aliàs priuilegium iuris offerẽdi redundaret in eius odium, quod nõ eſt dicendum. c. odia. de reg. iur. in 6. & verba debent intelligi, ne quis indebitè dãnum patiatur. Dec. conſili. 374. in caſu propoſito. numer. 7. quod pateretur, ſi ſolueret pretium pro fructibus decem annorũ, & infra quatuor annos bona ſibi eſſent auocata, ab alio anteriori creditore, & ita iudicaui Piſtorij de anno. 1571. contra Marcum Anto. de Celeſis, condemnando eum ad fideiubendum de reſtituendo reſiduum in caſu auocationis, cum teneretur ſolùm perſonali actione ad pretium reſtituendum, per text. in §. 1. & ibi gloſſ. inſti. de vſufru. Rota Bonon. deciſ. 77. nu. 11. & ſequen. & Octauian. Pedemontan. deciſio. 130. numer. 14. & Anchar. Regien. quæſtio. 3. in 1. par. & videtur ſatis in propoſito, text. in leg. cum iure creditoris. C. credi. euictio. pignor. non debe. & & Petr. Duen. Regul. 169. creditor. car. 85. numer. 3. & 4. Aduerte ad vnum, quòd eſt mirabile, ſi eſt verum, in iſta materia hypotheca ad hoc, vt fructus non compenſentur in ſortem, quod pro conſtanti ponit Anton. de Fan. de pignori. in 5. part. 5. memb. num. 13. & 14. verſi. quinto limitatur. char. 405. vbi dicit, quòd quando res pignorata ſpectaret ad creditorem iure proprietatis, ſed iure vſusfructus ſpectaret ad debitorem, & pignus fuiſſet conſtitutum reſpectu illius iuris vſusfructus, tunc enim creditor non teneretur computare fructus perceptos in ſortem, quaſi tunc cenſeatur conſolidatus vſusfructus cum proprietate, & dicit eſſe text. notab. in c. conqueſtus. de vſur. & ꝙ ibi hoc notat Abba. dicens, quòd licet ille tex. loquatur in Eccleſia, tamen idem, & fortius dicendum eſt in laicis, cum Eccleſia debeat magis abſtinere à contractu vſurario, quàm laici. argu. c. per tuas. de donatio, & dicit hoc idem eſſe Ant. de Fan. ibi in emphyteuta, & vaſallo dantibus pro pignore dominis directis feudum, & liuellum, quod mihi videtur durum, & caſu noſtro non procedere ſine ſcrupulo conſcientiæ, & vſurarum. Nam certum eſt ꝙ iſte vſufructuarius pro conſequutione iſtius vſusfructus nihil ſoluit proprietario, nec aliqua ſeruitia præſtat, ſed liberè, & ex mera voluntate teſtatoris, & nõ proprietarij ſucceſſoris vſumfructum percipit, & certum, quòd iſte proprietarius, ſi non computaret fructus in ſortem, cõſequi poſſet tot fructus, qui excederent ſortem principalem, & ſic haberet fructus etiam alienos, & multùm lucraretur, & hoc intereſſe excederet ſortem principalem, quod non admittitur, ſecundum communẽ opinionem, etiã in caſu permiſſo à iure inter mercatores, quia intereſſe promiſſum, ſi petitur quolibet anno, aut ſoluatur ex quauis diſpoſitione, poſteaquam adæquauit capitale & ſic ſortem principalem, non poteſt amplius peti, quia non poteſt excedere duplum, hoc eſt, ſortem principalem, vt per Docto. in leg. vnica. Cod. de ſenten. pro eo quod inter. vbi Alcia. numero, 34. & 38. verſicul. ait lex. Dupli. Pract. Papi. in for. actio Real. in glo. in verbo, in florenis. ſub numero 31. & numer. 32. & eſt communis opinio, vt per Plot. in le. ſi quando. numer. 809. verſicul. vndecimò limita. C. vnde vi. & ita vidi iudicare in Rota Florentina de anno. 1563. in cauſſa mota per Tanaim de Nerlis contra Laurentium de Pictis, quod eſt notandum pro fictibus ſolitis fieri in ciuitate Piſtorij, qui omnes ſapiunt vſurariam prauitatem, & ſunt conceſsi propter loci conſuetudinem, ſed non ad hoc, vt excedant capitale in petitione, vt minus lædatur ius commune, quàm fieri poſsit, & ne duo ſpecialia concurrant. Adnotata per Decium in conſili. 368. concluſio. numero, 2. & Octauia. Pedemontan. deciſi. 68. alia. numero, 21. & ſequen. Nam illi fructus ſunt loco proprietatis ipſi proprietario creditori conſignati in pignus, vnde ſatisfacto credito fructus deinde percipiẽdi erunt loco fructuum ex re perceptorum, adeo, quòd poſtea, vel vltimi, vel primi eſſent reſtituendi fructus credito ſatisfacto, & ſic illud, quod plus eſſet perceptũ vltra ſortem, ſin autem minus perceptum fuiſſet, creditori ſupplendum erit per debitorem. tex. eſt in ca. 1. & c. conqueſtus. de vſur. Ant. de Fan. de pignori. in 5. part. 5. memb. numero, 3. verſicul. tertiò amplia. Nam non eſt inconueniens, vt proprietarius habeat vſumfructum vti proprietatem propriam debitoris in pignus. iuxta textum in le. qui vſumfructum. ff. ſi vſufruct. petat. per gloſſ. & Bald. in Rubr. C. de vſufructu, alias iſte proprie-

tarius creditor lucraretur, cum iactura aliena, & vltra ſortem haberet, quod non eſt promiſſum. le. 2. & ſi. C. de pigno. actio. Attento, quòd in hypotheca, & pignore à principio fuit conuentum ſolum de hypotheca iuris vſusfructus pro quantitate crediti, & non vltra, ergo non debet contra mẽtem ipſorum contrahentium operari tale pignus, & hypotheca, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. leg. non omnis. ff. ſi cer. peta. & ibi Doctor. & actus voluntarij non extenduntur, vltra quàm geruntur. le. 1. §. Iulianus, vbi Bart. ff. de itin. actuque priua. le. voluntariè. C. de excuſa. tuto. & l. fin. C. ne vxor pro mari. & Iacob. Machel. patroci. 44. numero, 8. & ita ſunt intelligenda etiam adducta per Franc. Marc. Deciſi. 827. numer. 4. in 1. par. vbi voluit, quòd ſententia lata pro debito vſufructuarij poſsit exequi in commoditate illius vſusfructus, hoc eſt, vſque ad concurrentem quantitatem, & non vltra faciendo computum annorum, & fructuum. Nec adducta per Ant. de Fan. vbi ſupra d. numero 13. in quarta limitatione, chart. 405. quicquam faciunt contra hunc noſtrum vſufructuarium: Nam adducit tex. notab. cap. conqueſtus. de vſur. qui textus meo iudicio non facit ad propoſitum, nam loquitur de feudo, & ſe declarat, per textum in c. 1. de feud. vbi habetur, quòd diſcretioni veſtrę mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius ſortem recepiſtis, prædictam terram clerico memorato reddatis. Niſi terra ipſa de feudo ſit monaſterij veſtri, deinde in cap. 1. de feudis dicit, inſinuatione præſentium declaramus, quòd Gageria, quam de feudo Eccleſiæ tuæ ab M. Dinoſceris recepiſti, à te poteſt liberè detineri, fructibus non computatis in ſortem, ita videlicet, vt quam diu fructus illos ceperis in ſortem minime computandos, idem M. à ſeruitio, in quo tibi, & Eccleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis, vnde ibi gloſſ. & Abba. dicunt, hoc procedere ex eo, quia vſusfructus reuertitur ad proprietatem, & conſolidatur cum proprietate, nam in ſymbolizantibus facilis eſt tranſitus. Et mens legiſlatoris fuit, quòd ſi iſte dominus directus acciperet ſeruitia, quòd eſſet vſura, & non permitteretur, quòd poteſt extendi ad emphyteutam, qui durante pignore apud directum dominum non teneretur ſoluere canonem, aliàs vſura eſſet, poſtquam Anton. de Fan. & AEneas de falſo in Apoſtil. ad Abba. ad d. cap. conqueſtus, extendunt etiam ipſi ad emphyteutam, dictum cap. conqueſtus, 211
vt æquiparatorum eadem ſit virtus, adnotata per gloſſ. fin. & Doctor. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. quę non poſſunt procedere in vſufructuario relicto defuncto, quia ipſe non tenetur proprietario aliquid ſoluere, neque aliqua ſeruitia præſtare pro conſequutione ipſius vſusfructus, & ſic nullum ſentiret commodum, vt ſentiunt vaſallus, & emphiteuta, & etiam quia ipſi acceperunt à domino directo ex contractu dicta bona feudalia, & liuellaria, & dando pro pignore videntur inter ſe conueniſſe, quòd donec ſortem non reſtituant, feudum & liuellum ad ipſum dominum reuertatur, vt prius cum vſufructu, & ipſi ſint liberati à ſeruitijs, & præſtationibus, ꝙ non eſt dicendũ in vſufructuario noſtro, tùm quia ei eſt relictus vſusfructus à teſtatore, tùm quia proprietarius non poteſt eſſe dominus, niſi finito vſufructu, qui nõ extinguitur per obligationem & pignus proprietario conceſſum. §. finitur. inſti. de vſufruct. cum etiam, quia nõ poteſt colligi aliqua coniectura inter proprietarium, & vſufructuariũ remittendi vſumfructũ, per aliquod commodum vſufructuarij, vnde cum non ſit eadem ratio, non poteſt extendi ad vſufructuarium, quia ex diuerſis non benè infertur. leg. hæc verba ille, aut ille. ff. de verbo. obliga. & no. in Authen. quas actiones. C. de ſacro. ſanc. Eccleſi. & per Deci. conſi. 444. nume. 17. Attento, quòd poteſt reuocabiliter vſufructuarius vſumfructum alteri concedere, & vſusfructus proprietati accedere, vt dicit Tyraquel. de retrac. conuen. numer. 10. verſic. tertio acquiſitio dominij. char. 302. & hanc credo eſſe puram veritatem, & ſalutem animæ noſtræ, quia procul dubio ſi computaret fructus in ſortem, nihil vltra ſortem lucraretur, aliàs apertè colligitur, quòd ſemper ſentit commodum, & nihil perdit, quod eſt contra tex. in c. conſuluit de vſur. & allegata per Abb. in d. ca. conqueſtus. c. atſi clerici de iud. & in ca. ex ſuſcepto. de foro compe. non contradicunt, quia etiam ipſe refert ſe ad declarationem tex. c. 1. de feud. vbi ſpeciale eſt fauore Eccleſiæ, vt citius recuperet proprietatem, & etiam quia nihil perdit vaſallus, nam recuperat ſeruitia, & præſtationes, & prædicta tene menti, ne decipiaris à ſimplici dicto Ant. de Fan. in d. 5. par. 5. memb. num. 13. in quarta limitatione. char. 405. quia non facit contra hanc noſtram concluſionẽ, cum loquatur de illo vſufructuario, qui in vita tenetur pro illo vſufructu aliquid dare quolibet anno directo domino, poſteaquam allegat text. & Doct. hoc dicentes, & dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem, quam allegat Bart. in leg. non ſolùm. §. liberatum. ff. de liber. lega. Aliàs ei in hoc non crederem vllum verbum rationibus tot ſupra deductis, quamuis ſit Doctor magnę authoritatis, & perſpicaciſsimi ingenij, & multùm optandus, & honorandus, quia dixit Cardinal. in conſi. 78. quod nec Ioan. Andreæ, nec alteri voluit vnquam in opinionibus cedere, niſi quantumcunque vrgeat ratio, vt refert Fely. in c. canonum ſtatuta. colum. ſi. verſic. primo, quòd quicunque. de conſtitut. An autem vſufructuarius, vel hæres teneatur ad debita defuncti, & poſsit in iudicio vocari, & ante omnia conſideranda ſunt huiuſmodi debita, videlicet, ſi ſunt debita facta à teſtatore in eius vita, & ſic æs alienum relictum, aut ſint funeris impẽſa, aut legata à teſtatore relicta. Nam primo caſu, quando ęs alienum à teſtatore factum in vita eſt ſoluendum poſt mortẽ. Bal. in conſ. 237. Titius in teſtamento, in 2. dubio li. 1. & in alijs conſilijs relatis à Crauet conſili. 187. ſub nume. 1. lib. 1. dicit, hoc onus ſoluendi debita teſtatoris ſpectare in totum ad hæredem, ſine diminutione vſusfructus relicti vſufructuario, & plura adducit Gozad. in conſilio 193. An illuſtriſsima. verſi. Aggredior aliud dubium, & vide Ioan. Crot. conſili. 76. numer. 44. Paul. de Caſtro. in l. ſi. §. ſi autem. C. de bon. quæ libe. Bartolus autem in le. ſi. ff. de vſufru. lega tenuit, quòd vſufructuarius omnium bonorum debeat ſoluere debita teſtatoris, & ipſe, & nõ hæres ſit cõueniendus, poſtquam poſſedit bona,

& percipit vſumfructū, & iſtæ doctrinæ ſunt phariſaicæ, & non eſt ſana doctrina. Nam vera, & ſana doctrina eſt indiſtinctè quòd hæres, & non vſufructuarius teneatur debita teſtatoris ſoluere, & ipſe ſit conueniendus, & non vllo modo vſufructuarius, aliàs iudicium ſit nullum, & condemnandus in expenſis actor, quia actiuæ, & paſsiuę actiones cōpetunt inſtituto vniuerſali, & non vſufructuario, l.1.ff.ſi cer.petat.le.quotiens.C.de hæredi.inſtitu. Matheſila.ſingu.4. Nota quòd ſi teſtator. ſub.numero,1. & ibi addentes.vult Dec. in conſilio,620. numer.9.& Crauet.conſi.300.numer.7.lib.2. per tex.in l.2.C.de hære.actio.l. vſufructu bonorum, & ibi Alexand.ff.ad leg.Falcid.ſequiturRui.conſi. 51.numer.14.& in conſi. 206.nume. 26.& ſeq.vol. 2.& Roland.à Valle,conſi.8.volum.2.vbi dicit,ita practicari. Quia vſufructuarius non tenetur expenſas litis facere, circa proprietatem, ſed ſolùm circa vſumfructum bonorum ſibi à teſtatore relictorum, vt per Pet.de Raue. ſing. 95. ille qui, & per Ari.Pinel.in l.1.in 2.part. nu.68.C. de bon.mater. & nemo debet trahi ad iudicium iniuſtè, & quemquā vexare ſumptibus, aliàs poterit actione iniuriarum conueniri. l. iniuriarum. §.qui per iniuriam.ff.de iniur.& l.ſi vero pro condemnato. in fin. & ibi gloſſ.ff.qui ſatiſda.coga. Nam ex litigijs oriuntur inimicitię, falſitates, perturbationes animi, & paupertates, vt colligitur pulchrè per Syl. Nuptial.libr.5.numer.8.& ſeq.chart. 562.& alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. Regu. non debet.ff. de reg.iuris.c.non debet.de reg.iur. in 6. ideo fac, vt mùltùm animaduertas in iudicādo, & non velo leuato pronunties, vſufructuarium poſſe conueniri, & teneri ad ſoluendum æs alienū de bonis teſtatoris, quia faceres de directo contra ſanam doctrinam, & teneris in ſyndicatu, quia in effectu ita etiam tenet Paul. de Caſtr. in le. fina.§.ſin autem.C. de bonis quæ libe. & in conſil. 294.nume.2.volum.2.& Alexan. in d.l.vſufructu. bonorum. cum deminutione vero vſusfructus vſufructuarij, quia ſi vſufructuarius, nondum fuerit conſequutus vſumfructum, tunc hæres antequam bona tradat vſufructuario, vendet tot de bonis teſtatoris, quæ ſufficiant ad ſolutionem æris alieni teſtatoris, & accordabit creditores, & ſic hæres perdet proprietatem, & vſufructuarius vſumfructum in bonis venditis, & hoc poterit facere hæres inuito vſufructuario circa proprietatem, quia de bonis teſtatoris iſtud æs alienum erit ſoluendum, & detrahendū, ita dicit.Paul.de Caſt. in.d.§.ſin autem, & in cōſili.459.dubium de quo. in fin.volum.2. Iaſ.in le.1.in ſecunda lectu. numer. 12. & ſequ. ff. ad Trebel. & eſt communis opinio, vt dicit Deci.d.conſil.260. numer.8. & conſi.485. numer.14.& communem dicit Crauet.conſi.187. ſub nume.1.lib.primo, & communem dicunt Villalob.ſuis communi.opinio.in verbo vſufructuarius.numer. 62.Franc. Turzan.communi.opinio. quæſt.105.quamuis, & Franc.viui.communi. opinio.in verbo vſufructuarius, & communem dicit Durant.de arte teſtant. titu. de legatis.cautel.42. & Didac.variar.reſolu.lib.2.cap.2.nume. 4. verſi. quinta concluſio.chart. 411. & ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum, dicit Bello.conſilio, 7.deſideraſſem. numer. 1. qui allegat hoc dicere Dec. conſilio, 590. & ita practicari dicit Roland. d. conſilio, 8. & communem etiam dicit E-

212 manuel. Soarez. communi. opinio.in verbo, vſufructuarius.num.103.& Barba. conſilio, 63.quod tamen fac, vt intelligas circa vſufructuarium patiendū venundari tot de bonis, pro ſatisfiendis creditis, ſi conſtiterit de ære alieno per ſententiam, aut ſcripturam ſtatim exequendam, abſque citatione partis, vel proceſſu, vt infra dicam, & ideo nota benè hanc concluſionem. Si autem hæres non haberet bona defuncti, apud ſe, ſed dediſſet poſſeſsionem dictorum bonorum vſufructuario, vel vſufructuarius iudicio teſtatoris remanſiſſet in poſſeſsione, & propria authoritate talia bona ingreſſus fuiſſet, tunc vſufructuarius pati debet venundari ab hęrede, vel creditoribus bona teſtatoris pro ſatisfaciendis creditis, & ſoluendis debitis, vel pręſtare cautionē hæredi de ſoluēdis debitis teſtatoris, vel de cōſeruando ipſum hæredē indemnē à creditoribus, in caſu moleſtationis, ita dicit Matheſilan. ſingu. 4. Nota, quòd ſi teſtator. numero, 5. verſicu. quia reſpondetur. Villalob.in ſuis communi. opinion. in verbo, vſufructuarius. numero, 63. qui dicit communem. & Didac. variar.reſolu.d. cap.2.lib.2.numer.6. verſicul. vtrunque tamen.chart.413.per tex.in d.le.vſufructuarius bonorum.ff.ed l.Fal. Hinc eſt, quòd ſi hæres eſt coactus per curiam, vel à creditoribus, ſoluere debita de ſuis pecunijs, vt è carceribus liberetur, vel agnoſcendo bonam fidem teſtatoris, quòd nihilominus poterit vſufructuaria conueniri ab hærede, vt ſoluat ſibi dicta debita, vel det tot dedictis bonis teſtatoris cum fructibus, & non poterit opponere contra hæredem exceptionem aliquam, neque quòd actio crediti ſit confuſa cum hæreditate, poſtquam adiuit hæreditatem, iuxta tradita, per textum, & Doct.in leg.debitori.C. de pac.quia loquitur, quando debitum eſſet contractum cum hærede ante mortem teſtatoris per ipſum teſtatorem, & etiam, quia ipſe hæres tenetur de bonis teſtatoris ſoluere debita, & non de ſuis, quando ſuperſunt, in odiū legatariæ, vt dicit Pau. de Caſtro.in dict.leg.fin. §. ſin autem.Cod.de bo. quæ lib. & in conſilio, 294.numero, 2. lib.2. vt ſupra dixi. numero præcedenti, & etiam quia ipſa vſufructuaria tenetur conſeruare indemnem dictum hæredem, poſsidēdo bona teſtatoris, quod nihil aliud eſt quàm ſi ipſe ſoluerit debita, ipſam pati, hæredem accipere tot de bonis teſtatoris pro ſolutione prædicta, ne damnū patiatur. Nam obligatus ad aliquem indemnem conſeruandum, videtur ſub cōditione obligatus, videlicet, ſimul atque apparebit de damno & intereſſe illius, cui eſt obligatus, & non ante. Nam tunc ipſe dicitur obligatus ad omne id, quod principalis occaſione illius paſſus eſt, vt per Bar. in l. quæro. nume.4. ff.loca. & eleganter habetur per Alex.in conſi.32. in cauſſa executionis.vol.4.& hoc procedit ex natura huiuſce obligationis, vt per Bald.in le.1.C.de his qui in fra.cre.in l.ſi pro ea.in 12.q.C.man.Dec. conſ 551.plenè, & ſubtiliter.nu.7. Benint. in Rota Bon.dec.81.nu.11. & ſeq. & Beneue. ſtrac.de mercatu.tit de decoctoribus.nu.14. car. mihi.236. & etiā quia ipſa vſufr. poſsdēdo debet cauere de ſoluēdis debitis, de dictis bonis, & etiam quia hęres poteſt

coe-

cogere vſufructuarium, vt ſoluat creditoribus, vel patiatur, quòd ipſe hæres vendat tot de dictis bonis teſtatoris, vt ſatisfiat creditoribus, vt dicit etiam Bal. in cōſ. 87. col. 1. vol. 5. & ſequitur Rolan. à Val. in conſil. 8. nu. 17. verſic. 2. reſponderi poteſt. vol. 2. vbi dicit, ꝙ dictum Bar. in d. l. fi. ff. de vſufru. lega. intelligi debet, ꝙ vſufructuarius cogatur ab hærede non à creditoribus, vt proportionabiliter ſoluatur debitū, tàm de fructibus, quàm de ꝓprietate, puta, ꝙ vendatur aliquid, vt poſsit ſatisfieri creditoribus, & etiā colligitur ex adductis per Pariſ. in conſ. 55. n. 27. vol. 3. vbi debita & legata ſoluta per hæredē, poteſt ipſe hæres repetere à fideicōmiſſario, quia de ſuo non tenetur ſoluere, ſed de bonis teſtatoris, ſimiliter legatarius, qui redemit rem ſibi legatam, poſt legatum etiā ſcienter poteſt repetere ab hꝑede pretium ſolutum, vt ꝑ tex. in l. planè. §. ꝙ ſi rem. vbi gl. Bar. Bal. & Moder. ff. de l. 1. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 12. qu. ff. de verbo. obli. Boer. conſi. 9. nu. 2. & 3. & in conſi. 38. nu. 13. & ſeq. Neſcio ergo videre, quo iudicio motus fuit quidam Doct. à ſeipſo reputatus non vulgaris, qui pro conſtanti conſuluit, clientulum ſuum, quòd vſufructuaria nō tenetur, reſtituere bona teſtatoris pro debitis ſolutis per hæredē, & ſic quod hæres poſtquam ſoluit debita de ſuis bonis, non habet actionem amplius aduerſus vſufructuariam, quia debebat non ſoluere, ſed cogere vſufructuariam ad patiendum venundari tot de bonis teſtatoris, quæ ad debita ſoluenda creditoribus ſufficerent, & poſtea accordare creditores de illis, & nō de ſuis bonis, quia iſta mihi videtur truffa, poſtquam ipſa poſsidendo tenetur cauere de ſoluendis debitis, vel de conſeruando indemnem d. hæredem, vt ſupra dixi, quod nihil aliud eſt dicere, niſi quòd ſi hæres ſoluerit de ſuis bonis, ipſa vſufructuaria teneatur reſtituere pretium ſolutū, aut dare tot de dictis bonis teſtatoris, ne damnum indebitè patiatur, & etiam, quia hoc eſt inductum ad fauorem hæredis: nam cum ſit debitor, poteſt ſoluere de bonis teſtatoris, & de pecunia ſua, & retinere ſibi bona, ita dicit text. in le. non amplius. §. fin. ff. de leg. 1. Roderic. Soarez. in l. quoniam in prioribus. amplia. 11. numer. 4. & ſub numer. 8. C. de inoffi. teſtamen. chart. 171. & per Crauet. conſil. 187. numer. 4. & ſeq. lib. 1. & Pariſ. conſili. 51. nume. 34. & ſequent. volum. 2. ideo concluditur, vſufructuariam teneri ad bona, & ad fructus à die ſatisfactionis creditorum, tāquam bona creditorum, aut hæredum, & non defuncti, cum non cenſeatur vſufructuaria in dictis bonis, poſtquam intelligitur vſusfructus ſolùm relictus in bonis teſtatoris, & ſic deducto ære alieno, & funeris impenſa, ad tradita ſup. n. 95. & nu. 207. & multo fortius, quando teſtator iuſſerit debita ſolui per infraſcriptos ſuos hæredes, vt dixi infra. nu. 218. quia tunc etiam expreſſè apparet, quòd vult de dictis bonis deduci æs alienum, & in illis non conſtitui vſumfructum, & taciti, & expreſsi idem eſt iudicium, & pro expreſſo habetur in vltimis volūtatibus, Dec. conſilio, 546. numero, 3. nam voluntas teſtatoris ita colligitur ex coniecturis, & verbis tacitis, ſicut expreſsis, Deci. conſilio, 476. numer. 5. & 6 & tetigi ſupra. numer. 11. & quando apparet, teſtatorem vſumfructum in bonis creditorum non reliquiſſe vxori, tunc vxor non facit fructus ſuos in illis bonis, & perceptos reſtituere habet, vt dixi ſupra, numer. 95. & numer. 119. & tangam infra. numer. 247. & per Iaſon, in Authen. cui relictum. in 2. notab. numer. 7. Co. de indi. vidui. toll. quod eſt notandum per illos de Riccobaldis de Volaterris, contra vſufructuariam debitoris, renuentem litigioſè bona conſignare pro ſatisfaciendis creditoribus defuncti, adnotata per Anton. de Fan. de pignori. in 5. part. 5. memb. numer. 17. & per Plot. in l. ſi quando. num. 462. & ſeq. C. vnde vi. vbi tenetur etiam ad damna, expenſas, & intereſſe, quod intellige, vt infra, numer. ſequenti, cum ſciuerit, bona eſſe creditorum, & poſſederit, quia tunc dicitur eſſe in mala fide, & tenetur rem cum fructibus reſtituere, vt per Benintend. Rota Bononien. deciſ. 38. quidam emerat, & Deci. conſil. 282. num. 3. & ſeque. nec poteſt ſe tueri, quòd habeat voluntatem teſtatoris pro ſe, & ſic, quòd vſumfructum percepit voluntate teſtatoris, & ideo iuſtè percepiſſe fructus, & eos feciſſe ſuos, adnotata ſupra. num. 120. & numer. 121. quia clarè apparet, contra voluntatem teſtatoris fructus percepiſſe tacitè, & expreſsè: tacitè, quia intellexit eam relinquere vſumfructuariam ſuorum bonorum, & non bonorum creditorum, cum deduci debeat in primis æs alienum, & funeris, ac infirmitatis impenſa, vt ſupra dixi, & voluntas teſtatoris regulatur ſecundum ius ciuile, aut municipale, quia teſtator præſumitur velle ſe confirmare cum diſpoſitione iuris communis Bald. in l. tres fratres. ff. de pact. Alexand. in l. gallus. §. quidam. in fine. ff. de liber. & poſthum. in conſili. 15. viſo teſtamento. volum. 4. Ruin. conſili. 141. volum. 2. Deci. conſilio, 155. numer. 3. conſili. 277. numer. 8. & in conſili. 416. numer. 18. & tranſlatio bonorum videtur facta, cum ſuis oneribus à teſtatore. Deci. conſili. 157. quæritur. numer. 3. Expreſsè, apparet etiam vſumfructum non fuiſſe relictum dictæ vxori à teſtatore in bonis creditorum, quando diſpoſuit per hæredes ſuos debita ſolui debere, quia intelligitur per hæredes de bonis ipſius teſtatoris, vt dixi ſupra, & eſt text. d. l. non amplius. §. fin. ff. de lega. 1. Et aduer-

213 te, quòd ipſa vſufructuaria non tenetur pati venūdari tot de dictis bonis teſtatoris per hæredem pro ſatisfiend s creditis, & ſoluendis debitis, donec dicta debita fuerint, & ſint liquida, & clara, & non expectant poſt ſe, niſi ſolutionem, vt eſt, quādo per ſententiam, aut inſtrumentum guarentigiatum executioni demandandum, abſque citatione, vel proceſſu de debito conſtaret, & poſſet grauari hæres ad ſoluendum, & non aliter, nec alio modo, quia ſi nō poſſet de facto ſtatim grauari, & dilatio temporis aut ſententia iudicis requireretur, poſſet dicere vſufructuaria proprietario, nolo pati retineri, & venundari dicta bona, neque tibi conſignare pro debitis repertis in libris teſtatoris, aut creditorum, donec fueris per iudicem condemnatus ad ſoluendum, & offero, præſtare cautionem de ſoluendis debitis, aut de conſeruando te indemnem occaſione prædicta, & hoc eſt multùm vtile ſcire, quia poſſet hæres bona recipere pro debitis teſtatoris, & illa vti, & frui, donec à creditoribus eſſet moleſtatus, & vſufructuarius hic interim priuaretur huiuſmodi commodo,

modo, & vſufructu, prædicta hæc omnia colliguntur ex traditis per dilectum meum D. Roder. Suarez. in rep. l. poſt rem iudicatam. §. viſum eſt ſupra nu. 10. & nu. 13. ff. de re iu. chart. 671. per tex. in le. certum. C. famil. herciſ. vbi dicit, quòd ibi Cy. ponit quæſtionem hanc notabilem. Quidã mercatores ſocij diuidunt inter ſe ſocietatem, & bona communia ſocietatis, vnus ex dictis ſocijs nomine ſocietatis contraxit plura debita, in diſſolutione ſocietatis vult deducere ante omnia de bonis ſocietatis illa debita, ad quæ ipſe obligatus eſt. Dicit ipſe, quòd hoc facere non poteſt, ſed ſufficit, quòd ab alio ſocio caueatur ſibi de indemnitate, ſed ſi eſſet condemnatus, ſecus eſſet, quia nunc deducet, & ibi Bald. & Ang. dicunt eſſe idem, ſi ſocius obligatus eſſet per inſtrumentum, vel ſcripturam libri mercatoris, habentem executionẽ paratam ex forma alicuius ſtatuti, quia deducet cautione non obſtante aliqua, & ſequitur Iaſ. in l. frater à fratre, numer. 14. verſic. ex hoc infert Ang. ff. de cond. indeb. quod eſt notandum pro ſtatuto Piſtorienſe, concedente executionem ſine licentia ſpeciali iudicis, & citatione partis, & ob id multi indebitè carcerantur, & damnũ patiuntur hominum odio, & malignitate.
214 Et quando bona debent venundari pro ſatisfiẽdis creditis, debet primò hæres alienare pecunias teſtatoris, ſi ſunt in hæreditate, ſin autem nomina teſtatoris, vt iura, actiones, & nomina debitorũ, deinde bona mobilia, poſteà bona immobilia minus fructuoſa & damnoſa, ita colligitur ex ſupra deductis, & ſequitur Craue. conſili. 187. in fin. verſi. ſed quia dictum eſt. lib. 1. Pariſ. conſili. 94. conſili. 95. & conſili. 96. vol. 3. vbi de materia ſatis loquitur. Bell. conſili. 7. num. 3. & Rolan. à Val. conſi. 8. nume. 13. volu. 2. Et prius bona vſufructuario non conceſſa nec relicta venundari debent, deinde bona vſufructuario relicta, vt per Crau. conſi. 300. nume. 8. Did. Vari. reſo. lib. 2. c. 2. num. 3. verſ. quarta concl. char. 410. & Franc. Marc. deci. 835. numer. 5. & 6. in 1. par. vbi dicit, non procedere in vſufructuario rerum particularium, & ſenſit Nat. conſi. 199. num. 8.
215 Et licet vſufructuarius non ſit conueniendus, ſed hæres à creditoribus in ſolutione æris alieni: Tamen ad cautelam bonum eſſet, conuenire etiam vſufructuarium ſimul cum proprietario, pro omni ſuo iure, & intereſſe ad hoc, vt ſententia ei præiudicare poſsit in vſufructu: Aliàs poſſet vſufructuarius contrauenire, & obijcere ſententiæ latę in fauorem creditoris, circa eius vſumfructum, fauorem creditoris: quia ſententia lata contra proprietarium nõ præiudicat vſufructuario in vſufructu, ipſo non vocato, nec econtra præiudicat proprietario in proprietate lata contra vſufructuarium, eo non citato. gl. in l. ſi cuius. §. fi. ff. de vſufructu, & quemadm. cauea. & l. his qui fundum, & ibi Bar. ff. de vſufru. lega. Ari. Pinel. in l. 1. in 2. par. ſub nu. 68. verſic. ſimiliter eſt differentia. C. de bo. mater. chart. 244. & ita dicit Franc. Marc. deciſ. 880. An proprietarius. in 1 par. & Tyraq. de retr. couẽ. §. 1. gl. 6. num. 29. vbi dicit emptorem virtute pacti de retrouendendo, debere agere cõtra hæredẽ proprietarium & non vſufructuarium, ſed quòd vtile eſſet conuenire etiã vſufructuariũ pro omni ſuo iure, & intereſſe. Supradicta vero allegata per Bal. & Goza. in dictis cõſilijs poſſent procedere in vſufructu hæreditatis, quando eſſet vxor inſtituta
216 heres in vſufructu hæreditatis, vel relicta vſufruct. hæreditatis, & non bonorum omniũ ipſius teſtatoris, vt dicit Franc. Tur. in ſuis cõi. opinio. q. 105. Dida. d. c. 2. nu. 4. in quinta cõcluſione, & rationẽ adducit Rui. cõſ. 12. nu. 2. 5. & 13. vol. 3. vbi dicit cõmunem, & vide Fran. Marc. dec. 835. quia dicta relicta. n. 1. & in dec. 842. ſuper teſtam. nu. 1. in 1. par. qui dicit, ꝙ vſufructuarius teneretur ꝓ rata hæreditariorũ bonorum ad debita, ſed finito vſufruct. poſſet ſibi illud ſolutum deducere, & Matheſ. in d. ſing. 4. nu. 5. videtur aliter intelligere, ita ꝙ inuoluunt cerebrũ iuuenum, & ideo tene primã par. vti communẽ, & in practica obſeruatã, ac minus hæredi damnoſam, & etiã poſſent procedere, quãdo omnia bona venundarẽtur, & vſusfructus remaneret inutilis, qa tunc ex veroſimili mente teſtatoris hæres debita de ſuo ſoluere tenebitur, ne inutilis remaneat vſusfructus, vt ꝑ Pau. de Ca. & Ful. in l. fi. §. fin aũt. C. de bonis, quæ lib. & Ioa. Crot in conſi. 67. nu. 44. niſi dixiſſet teſtator, ꝙ voluit debita de bonis ſuis ſolui, qa tunc hæres nõ tenetur de ſuo ſoluere. Crau. conſ. 187. nu. 4. lib. 1. & Pariſ. conſ. 51. nu. 34. volu. 2. Nat. conſ. 7. nu. 2. & ſeq. in 1. par. Et extende illã opinionẽ, quòd hæres debeat
217 æs alienũ ſoluere, & ipſe cõueniri, etiam ſi ageretur contra vſufructuarium actione hypothecaria, qa poſſet vſufructuarius nominare in iudicio dominum, & ſic ꝓprietarium, cuius nomine ipſe vſufructuarius dicitur poſsidere, attento, quòd ciuilis poſſeſsio remanet penes proprietarium, ſicut remanet penes locatorẽ. §. vſusfructus. inſt. de vſufr. Cæpol. de ſeruitu. vrba. prædi. tit. de vſufr. c. 4. nu. 2. Alex. conſ. 128. puto de iure. nu. 4. vol. 2. & Iaſ. in l. in traditionibus, C. de pact. & dixi ſup. nu. 3. & ipſe actor ſtatim facta dicta nominatione tenetur circa recuperationẽ bonorum agere de nouo contra ꝓprietarium, aliàs ei non prȩiudicaret ſententia, vt dicit Fran. Mar. d. dec. 480. in 1. par. & dixi ſupra, & in propoſita denominatione loquitur Pract. Pap. in for. acti. Real. in gl. tenet. num. 4. Maran. ſpe. aur. in 6. meme. nu. 1. car. 163. Dec. cõſi. 62. in cauſſa, quæ agitur, ſub nu. 2. verſic. 2. dubitatur. Bart. ſing. 151. alieno nomine, & ibi addentes. Plot. in l. ſi quãdo. num. 780. & ſeq. verſ. 6. limit. C. vnde vi. & quãdo eſſet facta iſta nominatio in fraudem actoris, & ad dilatandum iudicium, quod relinquitur arbitrio iudicis, non haberet locum iſta nominatio: Ideo bonus iudex conſiderabit, quibus in locis & caſibus verè poſsit habere locũ hęc nominatio, vt notat Afflic. deci. 217. Ruin. conſil. 150. nu. 7. vol. 1. Alex. conſ. 13. vol. 1. Iac. Mache. patroc. 13. nu. 9. & ſeq. Rota. Bonon. deci. 79. Iac. Meno. de recu. poſſeſ. Remed. 15. q. 38. numer. 484. & ſeq. char. 166. & in Remed. 16. q. 13. nume. 65. char. 181. & ſi ſit pronuntiatum, agi debere contra nominatum, à tali pronuntia non poterit appellari, quia lata contra nominatum, valet etiam contra nominantem, poſtquam fuit ſemel citatus, & habuit ſcientiã cauſſæ, ſecus ſi eſſet ꝓnuntiatum, agi non debere contra nominatum, ſed cõtra nominantem, qa non valebit contra nominatum non citatum, nec cõtra nominantẽ, adnotata per Dec. d. conſ. 162. ſub. nu. 2. & per Pet. Ben. in Rot. Bon. deciſ.

218 deciſio. 79. nata lite. Secundo caſu quando debitum ſoluendum verſatur circa expenſas funerum, aut infirmitatis, ſi volumus intelligere ſimpliciter verba Aym. Crauet in d. conſ. 187. ſub nu. 1. verſic. nô omitto etiam, dicendum erit, vſufructuarium teneri ad dictas expenſas de vſufructu, cum ſit hoc debitum factum poſt vſumfructum relictum, vbi dicit, quòd vſufructuarius tenetur ſoluere debita facta per teſtatorem poſt vſumfructum relictum, ſed quia verba illa ſunt intelligenda circa debitū impoſitū rebus, vel perſonis, pro rebus poſt vſum fructum relictum, vt intelligit, & benè, fidelis Didac. variar. reſol. lib. 2. c. 2. ſub nu. 6. verſ. quòd ſi agatur de debitis. char. 413. quod aduerte tu hæres circa impoſitiones, collectas, & tributa, iſtis temporib. impoſita, & non ſoluta viuente teſtatore, & ſic amplia quæ ſupra dixi, nu. 162. ideò dico hæredem teneri de bonis teſtatoris ſoluere dictas expenſas, & non vſufructuarius per tex. in l. impenſa. ff. de reli. & ſumpt. fun. & Pariſ. conſil. 94. nu. 23. 24. conſil. 95. num. 65. volum. 2. Rol. à Vall. conſil. 8. num 11. & ſeq. volu. 2. Franc. Marc. dec. 332. nu. 4. in 1. part. & ſolutas poſſe repetere, & retinere, quia debent deduci imprimis, & ante omnia de bonis dicti teſtatoris, & in illis non debet vxor percipere vſumfructum, vt dicunt ſupradicti Doctores, dummodo expenſæ iſtę ſint moderatæ, ſecundum poſsibilitatem, dignitatem, & conſuetudinem teſtatoris, & patriæ, arbitrio iudicis, adnotata per Petr. de Raue. ſingul. 689. fuit ſemel dubitatum, & per Durant. de arte teſtan. titul. de ſepulturis. cautel. 5. ambitione, & ſunt iſtæ expenſæ funeris, & infirmitatis teſtatoris priuilegiatæ adeò, quòd creditor præfertur quibuſcunque alijs creditoribus anterioribus, etiam priuilegiatis, & cauſſæ dotis, ac etiam habentibus tacitam & expreſſam hypothecam, ita latè conſuluit Roland. à Valle, conſilio 14. ſub numero 20. & ſequ. verſic. item, etiam de alia part. volum. primo. & tangit Anto. de Fan. de pignor. in 5. part. 2. memb. num. 28. verſic. ter-
219 tiodecimò. chart. 301. & dixi latè ſupra num. 95. & in repertorio. in verbo, expenſæ. Tertio caſu, quādo debitum prouenit ex cauſſa lucratiua, & ſic ex donationibus aut legatis cauſſa mortis relictis, diſtinguendum eſt, an donationes, & legata ſint annua, aut circa quantitatem aut rem immobilem: Si autem ſunt annua legata, tunc vſufructuarius tenetur de fructibus vſusfructus, & bonorum relictorum illa ſoluere, ſi poſſunt ſolui ex illo vſufructu, & vſusfructus non remaneat inutilis, aliàs ſecus. l. fin. §. ſin autem legata. C. de bonis quæ liber. & ibi Bald. Salicet. Fulgoſi. & Docto. ſequitur Bello. in conſil. 7. deſideraſſem. numero 6. Didac. variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. num. 7. verſic. tertiò conſiderandum eſt. chart. mihi 415. Ruin. conſil. 206. num. 30. volum. 2. & vide Ioan. Crot. conſi. 67. numero 44. & ita eſt intelligendus, Pract. Pap. in for. lib. quo vxor ag. ad dot. gloſſ. dedit. & relegauit. num. 5. & Roma. conſilio 211. Ratio poteſt colligi ex ſubtiliter more ſolito adductis per Ruin. conſi. 190. num. 10. volum. 2. vbi videtur hoc caſu innuere, quòd generi per ſpeciem derogetur, & alias rationes allegat, Roland. à Valle, conſil. 8. nume. 27. volum. 2. Natta. conſil. 7. ſuper caſu. in princip. & numer. 4. & 5. quæ ratio militaret etiam in obligatione facta à teſtatore in vita, & tranſitura ad hęredes, ſi eſſet annua, quia vſufructuaria illud annuum debitum de vſufructu ſoluere deberet, & ita ſentit etiam Natta. d. conſili. 7. numero primo. Et hæc procedunt, niſi aliter conſtaret de mente teſtatoris, qui iuberet prædicta legata velle adimpleri per infraſcriptos eius hæredes, nam tunc de bonis teſtatoris, vt alia legata, ſolui deberent per hæredes, vt dicit Didac. ſub numero 6. verſicul. & id verum eſt. chart. 413. in d. cap. 2. & numer. 7. verſic. tertiò conſiderandum eſt, & per Pariſ. conſilio 94. numero 39. volumi. 2. ad quod non aduertunt notarij, quando extendunt legata facta à teſtatore, qui ſimpliciter dicit, quòd relinquit tali, & tali tale legatum, & ipſi notarij (vt videantur intelligentes) extendunt aliter, dicendo: item, iure legati reliquit Semproniæ eius filiæ moniali ſingulo anno donec vixerit ſcutos decem, ſoluendos per infraſcriptos eius hæredes: & ſic non aduertunt, quòd in hoc præiudicant hæredibus teſtatoris, quia ſi non adeſſent illa verba, per infraſcriptos eius hæredes, vſufructuaria deberet ſoluere dictum legatum de vſufructu ſuo percipiendo, tam ex legato vſusfructus omnium bonorum, quàm etiam rerum particularium, ſibi relictarum cum debito vniuerſali legato, vt conſuluit Natta.
220 in dict. conſilio ſeptimo. numero 3. 4. & 5. Si verò legatum eſſet circa quantitatem, vt puta, lego Titio ſalmos decem vini, & olei, aut frumenti, vel ſcutos centum, tales veſtes, ſuppellectilia talia, Corne. in conſilio 195. circa quod. volum. 4. conſuluit, hęredem teneri, & non vſufructuarium abſque aliqua diminutione vſusfructus. Sed Crauet. in conſil. 187. lib. primo, reprehendit Corneum, & ſequaces, & tenet contra, videlicet, quòd hæres tenetur ad ſatisfactionem legatorum cum diminutione vſusfructus, & vſufructuarius pati debet, quòd hæres vendat tot de bonis teſtatoris, quæ ſufficiant ad legatorum ſolutionem, legatarijs petentibus, & non ante, per ea, quæ ſupra dixi, numero 213. & ſequitur Didac. d. cap. 2. ſub numer. 7. verſicul. cæterum ſi legata. chart. 415. qui dicit cōmunem eſſe contra Corneum, licet Franciſ. Marc. deciſio. 842. numero 5. in prima part. videatur intelligere, dictum Cornei procedere, quandò vſusfructus deberetur ex diſpoſitione legis, & non hominis, & ita refert etiam Roland. à Valle, conſilio 8. numero 22. verſic. ſecundo, ad hoc videtur. volumine 2. & Bertrand. in conſil. 162. exordiente ex themate, colum. prima. & 2. volum. 3. & quòd hæres ipſe de bonis teſtatoris debeat ſoluere legata conſiſtentia in quantitate, ſequitur etiam Decius, conſ. 590. colum. penultim. Gabri. Saray. in addit. ad Matheſil d. ſingul. 4. Pariſ. conſ. 95. conſ. 96. volum. 3. & in conſi. 87. ſub num. 9. & ſequen. volum. 2. dicit, quòd ſi vxor eſt relicta vſufructuaria bonorum, adeò, quòd debeat de omnibus fructibus bonorum ſuorum quolibet anno recipere, vſque ad ſummam, puta florenorum ducentorum, quòd nedum ſtantibus maſculis Bulgari conſuetudo cenſetur annullata, ſed etiam de fructibus omnium legatariorum, vſque ad integram quantitatem percipere poteſt, non obſtante leg ſi alij. ff. de vſufr. legat. quæ ſunt notanda ad limitationem ſupra allegatorum, quia conſtat, ita eſſe de mente

teſtatoris, aliàs ſecus, vt per Rolan.conſi.8. nume. 20.& ſequ. volum. 2. vbi dicit magis communem. At ſi legatum eſt circa bona immobilia, & ſtabilia,
221 aliqui tenuêre, vſufructuarium omnium bonorum, non debere habere vſumfructum, in bonis ſpecialiter legatis ex mente teſtatoris, cum generi per ſpeciem ſit derogatum, ita dicit Bal. in l. quoties. ad finem. C. Famil. herciſc. Iaſo. in l. cum quæſtio. colum. 2. C. de legat. Aret. §. primo. inſti. de vſufruct. & caut. Cotta. in ſuo dictionario, in verbo, fundus. ſed communis opinio eſt in contrarium, videlicet, quòd vterque legatarius concurrat pro dimidia in vſufructu, legatarius rei particularis in medietate vſusfructus reſpectu proprietatis, & legatarius vſusfructus in alia medietate reſpectu legati vſusfructus. l. ſi alij. & l. Sempron. ff. de vſufru. lega. vbi Bart. Roma. ſing. 586. in legato, & ibi addentes, & Ruin. conſil. 35. num. 10. volum. 2. & Roland. à Valle, d. conſil. 8. nume. 31. & ſeq. verſic. quo ad vltimum, volum. 2. & ſupra dixi, num. 45. verſic. ſextò limita. Niſi vtrique eſſet relictus vſusfructus fundi, videlicet, vſufructuario vſusfructus omnium bonorum, & legatario particulari, vſusfructus alicuius fundi: Nam tunc generi per ſpeciem derogatur, vt dicit Ruin. conſil. 40. numer. 2. & 8. volum. 2. & Roland. à Valle, d. conſilio 8. numero 37. verſic. Nec obſtat ratio, & dixi ſupra, nume. 45. & niſi eſſet relictus totus vſusfructus legatarijs, & eſſent tot legata, quæ abſorberent hæreditatem, adeò, quòd vſusfructus inutilis remaneret: nam tunc ex veroſimili mente teſtatoris hæres de ſuo proprio tenetur vſumfructum conſeruare, ſi non fecerit inuentarium, Auth. ſed cum teſtator. ad legem Falcid. Crauet. conſil. 17. ſub num. 1. & conſil. 219. num. 6. & ita tenet Ioan. Crot. conſ. 67. nume. 44. & ſentit Rom. ſing. 249. & vide Natta. conſi. 7. num. 2. & ſeq. tanquam legatum factum de re aliena, vt per Aret. §. non ſolum. num. 5. inſtit. de legat. latè Capra. regula, & tractat concluſio. 105. 106. & 107. chart. 156. & faciunt quæ dixi ſupra, num. 102. & num. 103. & num. 104. Et ſic his caſibus legatarius proprietatis côueniet hæredem, & vſufructuarium hęredem, vt poſſeſsionem medietatis dictorum bonorum ſibi concedat, vſufructuarium, vt patiatur vti & frui cum eo dicto fundo, ad hoc, vt medietatem fructuum conſequatur, iuxt. l. ſi alij, & l. multum intereſt. ff. de vſufru. lega. ſentit Dida. lib. 2. d. cap. 2 nu. 7. Ari. Pine. in l. 1. in 2. par. ſub numero 68. verſicul. ex verbis huius legis. C. de bon. mater. & Franc. Marc. deciſio. 880. in prima part. & faciunt adducta per Tyraquellum, de retract.
222 conuent. §. primo. gloſſ. 6. nume. 29. Et ſi proprietas eſſet indiuidua, poſſet diuidi per tempora vſus fructus, vt certo tempore proprietarius, & alio tempore vſufructuarius vteretur, & frueretur, adnotata per Dec. in l. nam & ſi fur. §. ſeruus communis, num. 3. ff. ſi cert. petat. allegans Alex. in conſil. 18. viſis capitulis, volum. 2. qui loquuntur in duo-
223 bus dominis vnum caſtrum habentibus. Legatarius verò vſusfructus conueniet vſufructuarium vniuerſalem bonorum, & non hæredem, quia circa vſumfructum, & non proprietatem agere dicitur, & in vſufructu vſufructuarium, & non proprietarium conuenire debet legatarius, adnotata per Ari. Pine. vbi ſupr. ſub d. nu. 68. Franc. Marc. deciſio. 880. & deciſio. 832. in prima part. Quoad verò cautionem præſtandam de damno infecto, vide Paul. de Caſtr. in l. prætor ait. §. Celſus rectè, num. 5. & ſeq. ff. de damno infecto. Bart. in l. apud Trebatianum. §. neque fructuarius. ff. de aqu. plu.
224 arcend. & quæ dixi ſupra. nume. 160. Ad vnum tamen fac vt aduertas tu creditor, quòd ſi hęres vniuerſalis erit inſtitutus poſt mortem vſufructuariæ omnium bonorum, non erit etiam iſto caſu conueniendus vſufructuarius ad ſolutionem debitorum, ſed ſecundum aliquos erit (te petente) dandus curator hæreditati, ſeu bonis, contra quem poſtea agere poteris, poſteaquam hæres vniuerſalis adire non poteſt, niſi poſt mortem vſufructuariæ, ita dicit Matheſ. d. ſingul. 4. numer. 6. & 7. per textum. in l. l. prima. ff. de condit. & demonſtra. l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ff. de hæred. inſtitut. Bened. in repet. cap. Rayn. verſi. cætera bona, nume. 41. & ſequent. in prima part. de teſtam. chart. 242. quia quando non reperiuntur hæredes, creditores, poſſunt mitti in poſſeſsionẽ bonorum, & debet dari curator bonis, & oportet, quòd vocentur illi, qui erant ſucceſſuri tam nominatim, quàm generaliter. l. 1. ff. de cur. bono. dand. Bald. in l. ſi bona. C. de bon. vacanti. Fran. Marc. deciſio. 679. ſuper iure. nume. 10. in prima part. & tetigi ſupra de tutore, num. 110. chart. 107. Tamen mihi videtur, hæredem vniuerſalem, inſtitutum poſt mortem vſufructuariæ, conueniendum eſſe, & non curatorem bonorum, quia illud de curatore procederet, quando eſſet vera illa opinio, quòd iſte hæres vniuerſalis eſſet ſub conditione inſtitutus hæres, & adire non poſſet, niſi poſt mortem vſufructuariæ, vt ibi dicit Matheſil. d. ſing. 4. nume. 6. & 7. ſed tenẽdo, quòd legatum valeat, & hæres dicatur purè inſtitutus, & adire ſtatim poſsit hæreditatem, & illam tranſmittat ad eius hæredem, ipſo mortuo ante vſufructuariam, vt eſt communis opinio, vt dicit Pariſ. conſil. 97. nume. 1. & ſequ. & dixi ſupra. numero 69. Apparet clarè, quòd hæreditas non dicitur vacans, & iacens, nec ſine hærede, & ideò
225 non eſt neceſſaria datio curatoris bonorum, ergo hæres poterit conueniri. Vnde ex ſupradictis habes, quòd deducto ære alieno, funeris & infirmitatis impenſa, ac legatis à teſtatore relictis, omne illud quod ſupereſt habere debet vſufructuaria ad vſufructuandum, hærede extraneo inſtituto, quod tamen eſt intelligendum cum grano ſalis, hoc eſt, niſi æſtimatio vſusfructus excederet dodrantem, id eſt, quartam partem hæreditatis, aliàs vſque ad falcidiam, non haberet vſumfructum, quia debet remanere penes hæredem inſtitutum, ne inſtitutio ſit inanis, vt per gl. in l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad leg. Falcid. & ſic de fructibus legatorum detrahet Falcidiam. d. §. ſi vſusfructus. & Soc. Iun. conſilio 122. perſpectis. colum. 1. volum. 1. & Natta. in conſil. 297. nume. 6. & 7. in 2. part. vbi ponit, an etiam delegato iocalium detrahi debeat Falcidię, & hoc facto inuentario, vt per Dec in con. 633. côſului, nu. 16. aliàs ſecus, quia hæres tenetur legatarijs vltra vires hęreditarias, vt ibi dicit Dec. d. conſ. 633. numero 16. & Crauet. conſilio 17. ſub numero 1. verſicul. quid tenendum, & in conſilio 219. num. 6. per text. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. & conſidera adducta per Octauia. Pedamont. deci-

deciſio.148.num.12. Et ad hoc, vt tu iuuenis benè intelligas, hanc Falcidiā detrahendam de fructib. vſusfructus, ſcire debes, quòd debent æſtimari ex vna manu omnia bona relicta hæredi inſtituto, & ſic proprietas bonorum, ex altera manu vſusfructus dictorum bonorum, deductis expenſis vſufructuarij, ſed diuerſo modo, quia debet haberi conſideratio quantitatem, & qualitatem bonorum. Nam ſi eſt magnum palatium, vel turris, erit magni valoris, ſed parui reditus, & ſi eſt nauis, equus, vel camelus, erit parui valoris, ſed magni reditus. Et ſimiliter debet conſiderari qualitas perſonæ, cui fuit legatus vſusfructus, quia ſi eſt puer, & iuuenis, erit vſusfructus maioris reditus, quàm ſi eſſet ſenex, vel ætate virili, quia plus viuere præſumitur quàm ſenex, & ideò maioris æſtimationis erit vſusfructus relictus iuueni, quàm ſeni. Vnde facto calculo de valore proprietatis bonorum hæredi relictorum, & de æſtimatione redituum vſusfructus toto tempore vitæ vſufructuarij, ſecundum l. hæreditatum. ff. ad legem Falcid. ſi vſusfructus erit maioris valoris, & æſtimationis proprietatis relictæ hæredi inſtituto, & excederet dodrātem, tunc hæres detrahet falcidiam de illo vſufructu, ſi autem erit minoris reditus, & æſtimationis, proprietatis, & non tanget dodrantem, non erit locus Falcidiæ, quod habet locum etiam in alimentis legatis: hæc habentur per gloſſam, in leg. omnium bonorum. ff. de vſufructu, & in l. prima. §. ſi vſusfructus. ff. ad legem Falcid. & ibi Docto. & aduerte, quòd iſte vſufructuarius præſumitur viuere à prima ætate, vſque ad annos triginta, & vſq; ad iſtud tempus erit fienda æſtimatio vſusfructus, & ſi haberet annos decem, per viginti annos erit æſtimādus vſusfructus, ſi viginti per decē, ſi vigintiquinq; per quinq;, & ab annis triginta vltra præſumetur viuere, vſque ad annos ſexaginta, & erit fiendum computum reſpectiuè, vt ſupra de prima ætate, & vltra annos ſexaginta, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. hæreditatem. ff. ad legem Falcidiam, quinque anni erunt taxandi, & ſecundum Alexandrum ibi, tempus vnius anni, & ſecūdum quod poſtea durabit vſufructuarius, verùm quia in iſta æſtimatione, & taxatione vſusfructus vſufructuarius poſſet plus, & minus viuere, ideò per ipſum hæredem erit præſtanda cautio vſufructuario, de reſtituendo in caſu minoris ætatis, & finiti vſusfructus, & è conuerſo vſufructuarius cauebit hæredi de augendo Falcidiam in vſufructu, in caſu maioris æſtimationis, & ætatis. d. l. hæreditatum, & ibi Doctor. Barto. in Auth. hoc locum, ſub num. 8. C. ſi mul. ſecund. nupſe. Didac. variar. reſol. libr. 2. cap. 2. in fin. chart. 416. Franc. Marc. deciſio. 838. quando relinquitur, in prima part. & pulchrè habetur per doctiſsimum Roderic. Soarez. in repet. l. quoniam in prioribus. in 3. ampliat. numer. 7. & ſeq. verſic. ſed circa hoc eſt aduertendum. C. de in-
226 offic. teſtament. chart. 46. Et prædicta intellige in legatis relictis non ad pias cauſſas, vel ad perſonas non pias, aliàs ſecus, quia non detrahitur de legato relicto ad pias perſonas, vel cauſſas. capit. 1. ante finem de priuileg. in extrauaganti. commu. Auth. ſimiliter. C. ad legem Falcid. etiam ſi pia cauſſa in teſtamento hæres eſſet inſtituta, quia in hoc non eſt priuilegiata, vt conſuluit Corne. conſi. 140. circa. volum. 1. Tyraq. de priuileg. piæ cauſſæ. verſ. ſed quod primo loco. char. 58. & Corn. Beninc. tracta. de paupert. quæſt. 9. ſpecial. 6. num. 16. & ſeq. char. 188. vbi extendit ad legata facta pauperibus, & locis pijs, quia legatum relictum pauperi, dicitur legatum ad pias cauſſas, vt ibi dicit Corn. Benincaſ. & tradit Bartol. in l. alio, colum. prima. & ſeque. ff. de alim. & ciba. lega. eſt text. in l. illud. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & maximè quando eſt relictum legatum pauperi, qui non eſt de aſcendētib. vel deſcendentibus, vt ſentit glo. in l. in teſtam. C. ad leg. Falcid. Iaſ. in l. cum his. §. mulier. ff. de condit. indebi. Boer. deciſio. 104. & Cornel. Benincaſ. in d. tracta. de paupert. quæſt. quintā. vbi latè: Nam legatum dotis licet dicatur pium, tamen hoc conſideratur reſpectu perſonæ, cui legatur, & non reſpectu dotis, ideò ſi perſona legataria eſt pauper, & non ſit de aſcendentibus, vel deſcendentibus, tunc legatum erit pium: ſi autem erit de deſcendentibus, aut aſcendentibus, & teſtator ſit diues, tale legatum dotis, aut alimentorum, vel vſusfructus non erit pium, & Falcidia detraheretur, vt eſt gloſſ. in l. tali. ff. de iur. dot. & illam ibi ſequitur Salicet. & concludit Iaſon, in l. cum his. §. mulier. ff. de condit. indebit. & Boer. deciſio. 94. Dec. conſilio 348. ſub num. 5. ſentit latè Roderic. Soarez. in repetit. l. quoniam in prioribus. in 9. quæſt. num. 3. & 4. C. de inoffic. teſtam. chart. 445. quia filius qui habet patrem diuitem, & è contra pater, qui habet filium diuitem, non dicitur pauper. l. in ſuis, vbi Angel. Alexan. & Iaſ. ff. de lib. & poſthum. & tradit Alexā. poſt Cuma. in Auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. & dixit Angel. in l. nam, & ſi parentes. ff. de inoffi. teſtam. quod legatum factum filio à patre, vel patri à filio, non dicitur pium, & de eo poteſt detrahi Falcidia, & pro ſingulari tradit Fran. Crem. ſingul. 9. tu ſcis. & ſentit Ioan. And. ad Specul. titu. de inſtrum. edi. §. nunc verò, verſic. & ſcias, & Aretin. conſilio 12. in cauſſa Nicolai. colum. 1. vide Crauet. conſilio 164. num. 3. & ſeq. Vnde colligitur, quòd ſi legatum ſit relictum vxori pauperi, nihil in bonis habenti, vel quid modici, non poterit hæres de illo deducere Falcidiam de vſufructu, niſi ipſa haberet filium diuitem, puta primi matrimonij, vt etiam tenet Alex. in d. l. hæreditatum. nume. 2. ff. ad leg. Falcid. & Roder. Soarez. in d. l. quoniā in prioribus. quæſt. 9. num. 3. C. de inoffic. teſtamen. licet Crauet. conſil. 164. num. 4. & ſeq. videatur innuere contrarium, & malè. Et iſta paupertas eſt conſideranda ſecundum perſonam legatarij tantùm, & non ſecundum eius familiam, & numerum filiorum, vt per Afflict. deciſ. 179. in quadam cauſſa, & ſumitur ex traditis per Alex. in conſ. 37. conſultus. volum. 7. Doct. in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſol. mat. & Corn. Benincaſ. d. tract. de paupert. q. 1. num. 58. & ſequ. & q. 6. vbi habetur, quis nam dicatur pauper, & quomodo probetur paupertas, & in nobili loquitur pulchrè Bello. conſi. 16. Et debet iſta paupertas oriri ex culpa fortunæ, vel ſuorum aſcendentium, & non propter demerita ipſius legatarij, quia tunc non gauderet beneficio pauperum, & legatum non eſſet pium, & conſequenter Falcidia, vel Trebelliani. detrahi poſſet. l. pen. ff. de iur. dot. Paul. de Caſt. in l. etiam. §. fin. ff. ſolut. matrim. & Corn. Benincaſ. d. tract. de pauper. q. 5. num. 23.

verſic.hoc ſtante.chart.49.& quæſt.4. num.46.& ſeq.verſic.ſecundò limitatur. vbi numer. 48. dicit prędicta procedere,quando demerita illa fuiſſent ad caſum paupertatis ordinata,& præmeditata,& per Bart.in l.2.§.ſi non propter.ff.ſi quis cautio. & Felin.in capit. ſi qui teſtium, in fin. de teſtibus. Et hoc legatum pium poteſt conſiderari reſpectu loci,& perſonæ,quia ſi eſt relictum Eccleſiæ,vel perſonis religioſis, tunc dicitur pium,& ad pias cauſas factum regulariter,ſi autem eſt relictum fraternitati,aut perſonis fraternitatis, non dicitur piũ, nec impeditur detractio Falcidiæ, & Trebellianicæ,ſecundum Durant.de arte teſtan.titul.de lega. cautel.7.in Eccleſijs.Bald.in Authen. ſimiliter.C. ad legem Falcid.& in conſ.101.volu.4.Pariſ.conſi. 34.colum.3.volum.4.& Tyraque. de priuileg. piæ cauſſę,verſ.idem relictum fraternitatibus,char.4. Sed licèt tale legatum non dicatur pium, tamen, ex cauſſa pia relictum præſumeretur, vt ſentit Bal. in l.ſi quis ad declinandum,colum.12. verſicu.nec tamen negandum eſt.C.de Epiſcop. & cleri. Pariſ. conſ.34.colum.2.in fi.volu.4.& Corn.conſ.18.nu. 15.volu.4.Et ideò ceſſare deberet Falcidia, & Trebellianica,vt concludit Paul. de Caſt. in conſ.177. præſuppoſita.volum.2.ſequitur Soc.conſi. 82.colum.pen.volum.4.& Iacob.Porc.lib.5.concluſio. 6.verſic.An fraternitates,colum.2.& 3.& concluſio.7.chart. 917.vbi concludit idem in legato relicto hoſpitali,maximè erecto authoritate Epiſcopi,& Tyraquell.tractat. de priuileg. piæ cauſſæ,in præfatio.verſic.item relictum hoſpitali.chart.2.& ſentit Petr.Beninten.deciſio.Bono.quæſt.13. quærebatur,vbi ponit etiam coniecturas, quibus pręſumitur authoritate Epiſcopi erectus. Si verò legatum eſſet alicui magiſtro, & lectori, aut loco, ſeu collegio ex cauſſa ſtudij, nec eſt pro ſacra Theologia,tale relictum non dicitur pium,nec ex cauſſa pia factum,& Falcidia detrahi poterit, vt tenet Bald.in l.1.colum. 12.C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Ferdinand.de Loaz.in l.filiusfamilias.§.diui. numer. 92.ff.de legat.primo. Fernand. Vaſqu. Hiſpan.in tract.de ſucceſ.tit.de codicillis,num.12.verſic.ſolutio legat.lib.3.§.27.& Tyraquel.de priuileg. piæ cauſſ.in præfatio. verſic. item relictum cauſſa ſtu-
227 dij.char.14.Niſi teſtator iuſſerit, totum & integrũ vſumfructum habere debere vſufructuariũ, quia tunc hæres non poteſt detrahere Falcidiam, retenta illa opinione, quòd Falcidia poſſit, & Trebellianica prohiberi,vt habetur,in l. planè. la prima.§.fin.ff.de leg.1.per Rui.in conſ.25.numero 7. in conſi.97.num.5.& in conſil.145.num.8.volum. 1.& Bello.conſil.64.nu. 2. & præcipuè cum eſt appoſita clauſula,omni meliori modo, quæ clauſula prohibitionem Falcidiæ, & Trebellianicæ inducit,vt per Ruinum,conſil.47.numer.20. volum.2. quod eſt animaduertẽdum per notarios, ne illam ponant, ſi teſtator non dicit, quia ſolent habere ſæpè illam in bucca, & multum præiudicaret hæredi, & ita latè etiam in Trebellianica conſuluit honorandus pater meus,in conſi.25.verſi. & quãtum ad prohibitionem, volum.1.vbi conſuluit cõtra relationem ſpeculatiſsimi Iuriſconſulti D.Lælij Taurelis,qui retulerat, non potuiſſe prohiberi, niſi verbis expreſsis per tex.in §.ſi verò expreſsim. in Authen.de hæred.& Falcid. & vide Dec. in dict.

conſilio 633. conſului, in fine, & Antonium Gabrielem, in ſuis communibus concluſionibus, libro quarto, ad Trebellianicam,concluſio.ſecundo,& ſeq.Vnde conſidera benè dictum illius l.hę-
228 reditatum.ff.ad leg.Falci.& ibi omnes Doct. quia nedum habebit locum circa æſtimationem vſusfructus in caſu hæredis inſtituti, ſed etiam in omnibus caſibus,in quibus æſtimatio vſusfructus fieri cõtingeret, vt ſi vſufructuarius ſoluere deberet gabellam,aut Balcellum de vſufructu, vel vendere aut renuntiare vellet vſumfructum proprietario, recepta competenti mercede, vel alienare vellet fructus totius vſusfructus,& ſic de ſimilibus, quia ex computo & æſtimatio fieri deberet, ſecundum quod ſupra demonſtraui per generalitatem. text. dict.l. hæreditatum. & refert, & ſequitur Didac. variar.reſolut.lib. ſecundo. capit. ſecundo. in fin. & pulchrè habetur per doctiſsimum Rodericum Soarez.in dict.leg.quoniam in prioribus. amplia. 3.numero 78.& ſequ.C.de inoffic.teſtamen. char. 47.qui cæteros allegat,& reſpondet contrarijs, & Corne.conſilio 249.lit. F. in tertia parr. & Afflict. deciſio.23. Niſi eſſet relictum vſusfructus Eccleſiæ,aut vniuerſitati,quia tunc computum,fieri deberet vſque ad centum annos, nam tantum durare intelligitur,vt per Alexand.in conſilio 61. num. primo.volum.1.& Cæpol. de ſerui. vrba. prædior. capit.4.titul.de vſufructu.numero 11. verſi. quan-
229 to autem tempore,& Durant.de arte teſtan.tit.de legatis,cautel.57. Reſtat modò videre,quibus caſibus finitur ipſe vſusfructus, & quoniam multis modis finitur,& conſolidatur cum proprietate,vt eſt text.in §.finitur,& ibi Doct. inſtit. de vſufruct. inter quos connumeratur mors naturalis, & ciuilis, & dicitur mori ciuiliter, quotieſcunque quis patitur mediam, & maximam capitis diminutionem,& dicitur pati maximam capitis diminutionem, quando condemnatus facto ſuo amittit ciuitatem,& libertatem,vt quando quis eſt damnatus ad triremes,ad furcas, & ad perpetuos carceres,& ſic de ſimilibus: mediam autem patitur capitis diminutionem,quando amittit ciuitatem, & retinet libertatem, & quando quis eſt deportatus in inſulam,vel ei interdictum fuit aquæ, & igni. §. 1.2.& 3.inſtitu. de capit. diminut.& punitur maxima,& media capitis diminutione, quando agitur contra eum publico iudicio,toto tit.inſtit. de public.iudic. vbi plura ponuntur exempla, & tangit gloſſ.in §.cum autem.in verbo, deportatur, & ibi Appoſtil.inſti.quib. mod.ius patri. poteſt. ſoluat. quæ pœnæ deportationis in inſulam, & interdicti aquæ, & igni hodie non ſunt in vſu, ſed loco illarum aliæ ſunt poſitæ,meritò fac regulam: Quòd quotieſcunque quis ex delicto ſuo amittit libertatem, & ciuitatem, vel retinet libertatem, & perdit ciuitatem, ſemper perdit etiam vſumfructum, & conſolidatur cum proprietate. dicto §. finitur. inſtitut. de vſufructu. hinc eſt, quòd relegati ad tempus, non amittunt vſumfructum, quia non perdunt ciuitatem, neque iura agnationis, & retinent bona, & patriam poteſtatem, & non mutant ſtatum eorum.textus eſt in §.cum autem,& ibi gloſſa, in verbo, retinent. & Doctores, inſtit.quibus modis. ius patr.poteſta.ſoluat.Banniti verò propter publicum delictum & hæreſim

perdunt vſumfructum, quia perdunt ciuitatem, & bona, vt per Aretin. & Doctor. in d. §. cum autem. Bal. Roma. & Docto. in l. corruptionem. C. de vſufruc. Franc. Marc. deciſio. 833. in prima part, ſentit gloſſ. in §. legari. inſtit. de legat. Aegid. Boſſ. pract. crimin. tit. de bono. publica. num. 69. verſicul. An bannitus noſtri. excommunicatus verò regulariter non amittit vſumfructum, niſi ſit excommunicatus ex cauſſa hæreſis, aut vſurarum, quia poteſt facere quoſcunque contractus, teſtari, & bona retinere, & non perdit ciuitatem, nec libertatem, & relegato æquiparatur, vt per gloſſ. addent. & Doctor. in §. minor. inſtit. de capit. diminut. Iaſ. in l. fi. colum. 3. verſicul. tu aduerte ſi excommunicatus, num. 7. C. qui admit. Emanu. Soarez. in ſuis commun. opinio. in verbo, excommunicatus, nu. 195.
230 & D. Mat. Nerruci. in Rubric. de teſtament. nume. 31. verſic. tertiodecimò quæro: Mulier verò putatiua amittit vſumfructum, & fructus non lucratur propter adulterium, & inceſtum, quia dicitur pati maximam, & mediam capitis diminutionem. §. item lex Iulia. de adulterijs. inſtit. de public. iudi. & etiam quia eſt prohibita petitio inter maritum, & vxorem putatiuam, cum ſint ab initio prohibitæ nuptiæ. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & ideò dixit Pau. Grilan. in ſuo trac. de pœn. omni ſa. coit. in quæſt. 14. in fin. quòd ſi vir fecerit mulieri plura donamenta, & ſciuerit impedimentum, quòd nō poterit repetere, & dicit text. in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. & ibi Bart. & Docto. ff. ſol. matrim. quòd mulier non poteſt repetere dotem, nec gaudet priuilegio dotis, ſi illicitè contraxit matrimoniū, quod tamen intelligunt procedere, ſi vxor à principio ſciuerit impedimentum matrimonij per affinitatem ciuilem: Nam tunc priuatur omni priuilegio dotis, ex eo, quia decepit virum in matrimonio, & cum mala fide conſumauit matrimonium, & ſequitur Bartol. & Doctor. in l. auunculo, vbi etiam Iaſ. latè. ff. de condi. ſine cau. & pulchrè habetur per Rodericum Soarez. in l. 1. titul. de las Ganancias. num. 17. verſicul. eſt verum quod niſi. chart. mihi 359. quod extendi debet ad matrimonium illicitum reſpectu affinitatis ſpiritualis: quia prohibitum eſt, ſicut per affinitatem ciuilem, & temporalem: Nam cognatio ſpiritualis matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit. capit. primo. de cogna. ſpirit. in 6. & c. Martinus. de cogna. ſpiritu. & ideò non poteſt inter compatres, & commatres, ac filios ipſorum ab illis baptizatos contrahi matrimonium. cap. 1. & c. ſuper eo de cogna. ſpiri. & ibi Docto. Abba. in cap. vnico, num. 7. de cogn. leg. & in Rubric. de cogna. ſpiri. in fi. & conſuluit Dec. in conſ. 501. in ciuitate Alex. quamuis ibi tenuerit, matrimonium cōtractum non diſſolui, tanquam à iure non prohibitū, & dixit Abb. c. fin. nume. 5. de purga. canoni. quòd non reperitur iure cautum fuiſſe diſpenſatum ſuper cognatione ſpirituali, & ſequitur Fel. in c. at ſi cleric. ſub nu. 14. de iudi. & ideò neſcio videre, quomodo ſit contractū matrimonium inter illos nobiles de Piſtorio compatres, & cōmatres viduos.
231 Nec dos repeti poteſt, ſi non ignorauerit cognationem ſpiritualem: vt eſt tex. in leg. ſi quis alumnam, in fi. C. de nupt. facit text. l. 1. C. de condi. ob cauſſam, & Petr. à Duen, regul. 160. contrahentes, 232

in ſecunda limitatione. chart. 77. & Bello. conſ. 84. & de materia latè dixi ſupra. cap. 8. tit. de dote mulieri reſtituenda. Vnde ſi iſta mulier vſufructuaria ignorauerit impedimentum matrimonij, fructus ſuos faciet vſque, quoad eius notitiam peruenerit, cum antea fuerit in bona fide, adnotata per Paul. de Caſtr. Alex. & Doct. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſolu. matrimon. vbi maritus putatiuus fructus dotis facit ſuos, ſi ignorauit impedimentum matrimonij, tanquā bonæ fidei poſſeſſor, extantes verò reſtituet. ſequitur Roland. à Valle, de lucr. dot. quæſt. 97. num. 9. & Phanuc. de lucr. dot. gloſſ. 3. num. 19. & Roderic. Soarez. titu. de las Ganancias, num. 14. verſic. præterea facit text. ſingul. chart. 356. poſt ſcientiā verò non lucrabitur vſumfructum futurum per ſupradicta, & ita dicit Bar. in l. vxori maritus. ff. de vſufructu legat. quia turpiter danti nulla ſit repetitio, & turpiter petenti nulla ſit datio. l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turp. §. ſi aduerſus, & ibi gloſſ. inſtit. de nupt. & filij nati de illo matrimonio ſunt legitimi, tanquam bonæ fidei poſſeſſores, & inter ſe ſuccedunt, vt per Bar. in l. Paulus. ff. de ſtat. homi. Pariſ. conſ. 15. num. 44. & ſeq. volum. 2. Rui. conſ. 14. volum. 3. Dec. conſ. 275. num. 7. & Afflic. deciſi. 96. & per Phanuc. in tract. de lucr. dot. gloſſ. 3. numero 19. Et ſupradicta fac vt intelligas, quando quis patitur maximam, aut mediam capitis diminutionem, ob delictum publicum perpetratum per eum virtute iuris communis, aut municipali, & ſit illo iure puniendus, aliàs ſecus: Nam ſi ob adulterium, furtum, blaſphemiam, homicidium, & ſimilia non puniretur vſufructuarius pœna iuris communis, ſed municipalis, ex eo, quia à ſtatuto eſſet pœna ordinaria impoſita, vel à conſtitutionibus ſuperioris, & illa pœna non auferret ciuitatem, nec libertatem, nec bona confiſcaret, ſed aliqua pœna pecuniaria, aut relegationis ipſi infligeretur, tunc non amitteret vſumfructum, poſtquam libertatem, bona, patriam poteſtatem, & ciuitatem retinet. dict. §. finitur. inſtitut. de vſufructu à contrario ſenſu, & idem ſi ſtatutum imponeret pœnam, quæ auferret ciuitatem, & libertatem, & de iure communi talis pœna, non extingueret vſumfructum, quia pœna iuris communis dicitur ſublata per ſtatutarium, & illa ſtatuti debet attendi etiam, quòd eſſet maior, vel minor pœna, aut noua, vti pœna ordinaria iuris communis illius loci, adnotata per Bartolum, addentes, & Docto. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viola. Aretin. §. quadrupli. ſub numero 23. verſicu. An autem pœna introducta pro vno delicto. inſti. de actio. Dec. in cap. 1. nume. 23. de offic. & poteſt iudi. de lega. Cataldi. de ſyndica. in additio. 170. & ſequen. & Pariſ. de ſyndica. in c. quod ſi per ſtatutum, in prin. & Ioan. de Anna. in c. referente, & ibi Abba. de delict. priuat. & ita ſeruari in practica, & communiter per totum modum dicit Alberic. de Roſa. in prima par. ſtatu. in 8. q. incip. ſed an valeat ſtatutum in fi. Hyppo. pract. crimi. §. quæritur. nu. 2. & ſeq. & pulchrè conſuluit Roland. à Valle, conſil. 35. num. 48. verſic. ſecundò non obſtat. volum. 2. & faciunt adducta per Dec. in conſil. 158. & pro tenui facultate, licèt videantur obſtare allegata per Iul. Clar. §. teſtam. q. 21. verſic. ſed pone, & q. 23. verſicul. quæro num quid. Et quis dicitur infamis,

& pati maximam, aut mediam capitis diminutionem ſecundum conſuetudinem loci, & populi cõſtitutionem, adnotata pulchrè, per Bart. in l. 1. ſub num. 97. C. de dignita. lib. 12. vbi dicit, quòd regulariter illud officium, ſeu ille actus annexam dignitatem ſeu nobilitatẽ habere dicitur, quòd in vniuerſitate illa, vbi de hoc agitur, homines opinãtur, ſequitur Alciat. regula prima præſumptio. 48. numero 12. verſicul. hodie tamen, & Beneuentus Strach. tractat. de mercatur. in 2. part. numero 17. numero 18. verſic. Item quæritur. chart. 35. & ideò conſului Florẽtiæ, de anno 1566. in fauorem procuratorũ, officium eorũ fuiſſe, & eſſe laudabile, honorabile, & non vile, ac infame, vt aſſerebãt aduocati Florentini, tum, quia exercebat officium eorũ in ciuitate prædominantis, cùm etiam, quia ſecundum conſuetudinem, & loci conſtitutionem admittebantur ad officia, & ad honores, adnotata etiam latè per Didac. Couar. in pract. q. cap. 19. ſub nume. 4. verſic. his tandem prænotatis. chart. 295. & ſub num. 6. verſicul. ſed & idem reſpondendum eſt in procuratoris officium. char. 305. colum. 1. & intellige pati maximam, aut mediam capitis diminutionem, quando ob delictum eſſet condemnatus per ſententiam, aliàs ſecus, adnotata per Aret. d. §. minor. inſtit. de capit. diminut. num. 2. & ſequ. Aegid. Boſ. pract. crimi. tit. de ſententijs. num. 46. & ſequ. & vide Bart. l. 2. ff. vi bon. raptor. & Roma. conſil. 213. & conſil. 223. vbi proprietarius pro eius intereſſe poteſt agere ciuiliter, & facere declarare commiſiſſe delictum, & conſequenter vſumfructum amiſiſſe, & ſentit Lapus in ſua allegati. 11. tractat hic, & faciunt adducta, per venerandum patrem meum in reſponſ. 233. dubitatum fuit. lib. 2. vbi dixit, quòd abſolutus ab inquiſitione poteſt nihilominus conueniri ab eo, qui prętendit intereſſe ciuiliter, & facere declarare commiſiſſe delictum ad offenſam, & ob id ſibi teneri ad damna, expenſas, & intereſſe, & allegat text. in l. cum quęritur. ff. de exceptio. gloſſ. in l. ex morte. C. ad leg. Aquil. Bart. in l. 2. ff. vi bono. raptor. & Roma. conſil. 223. & conſil. 213. & Marant. Spec. aur. in 4. part. in prima diſtinctio. num. 5. chart. 33. & numer. 20.
233 char. 35. Et extincto vſufructu per maximam, aut mediam capitis diminutionem, ſi vſufructuarius ſit rebannitus, & recuperat libertatem, non videtur recuperaſſe vſumfructum, poſtquã ſemel fuit extinctus, vt per Decium, conſil. 621. & Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, numero 89. verſicu. ſicut ſecundum. ff. de vſucapio. non obſtante allegata per Tyraquel. in l. boues. §. hoc ſermon. in 4. limitat. numero 1. ff. de verbor. ſignificatio. vbi dicit, quòd ſi cui quamdiu viuat legatus ſit vſusfructus, videtur toties repetitus, quoties amiſſus, & idem ſi vſque ad diem, vel ad tempus ſit legatus, quia ibi loquitur de vſufructu annuo non petito, & omiſſo infra decem annos, quia cum ſit annuum legatum, & conditionale, quoties fuerit præſcriptum, toties videtur repetitum, cum ſit actus ſucceſsiuus, vt eſt text. in l. ſi vſusfructus alternis annis. ff. quibus mod. vſufruct. amit. ſecus ſi eſſet vnicum legatum, & momentaneum, quia poſt amiſsionem amplius peti non poſſet, vt per Iacob. Machel. patro. 29. numero 17. & non loquitur de vſufructu amiſſo voluntate vſufructuarij ad hoc ordinata, & per mediam, aut maximam capitis diminutionem, & conſolidato cum proprietate irreuocabiliter, iuxta text. §. finitur. inſtitu. de vſufruct. quia tunc ſemel extinctus ſiue ſit annuum, ſiue amicum legatum amplius renaſci non poteſt, vt dicit text. in d. §. finitur. Corſet. in repertorio ad Abbat. in verbo, vſufructuariam vxorem, quia allegat Petr. de Anchar. in clem. illa de vit. & honeſta. cleric. & ſupra dixi, num. 217. quia cohæret perſonæ vſusfructus, & ſine ea ſtare non poteſt, ideò in pendenti ſtare non poteſt. l. vſusfructus. ff. de ſtipula. ſeruo. & ibi Imol. Cagnol. in l. actus legitimi. ſub num. 10. verſic. acquiſitio verò vſusfructu. ff. de reg. iur. vbi dicit, non procedere inter patrem, & filium, & per Bart. in l. ſicut. §. ſuperuacuum. numer. 4. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolui. cum ſimilib. niſi eſſet dictum, quòd totiens vſusfructus intelligatur repetitus, quotiẽs fuerit amiſſus, nam tunc renaſci poterit ex conuentione partium per text. in l. ſicut in annos. ff. quib. mod. vſufr. amit. & Martin. Freci. in tract. de præſen. inſtru. in decima par. quæſt. 2. numero 3. chart. 89. & etiam niſi vſusfructus amitteretur per captiuitatem, ex eo, quia vſufructuarius eſſet ab hoſtibus captus, nam tunc per reuerſionẽ vſusfructus deberetur, tanquam non ſeparatus à perſona vſufructuarij fictione poſtliminij. per tex. in l. ſi ager. il ſecundo. ff. quib. mod. vſusfructus amit. & ita tenet Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. num.
234 89. verſic. ſecundum Angelum. ff. de vſucapio. reprobando Angelum, ibi contrarium tenentem, & eſt aduertendum, quòd vſusfructus extinguitur per maximam, aut mediam capitis diminutionẽ, & per mortem naturalem, & reuertitur ad proprietarium, quando vſufructuarius eſt ſui iuris, ſecus ſi eſſet filiusfamilias, & in poteſtate patris, quia tunc non finiretur vſusfructus, ſed ad patrem remaneret, quia contemplatione patris legatum diceretur factum alio nõ conſtituto de voluntate teſtatoris, ſi autem pater præmoritur, aut delinquit, tunc ad filium remanet, & contemplatione filij legatum cenſetur relictum, vt eſt text. in l. fi. vbi Bart. & Doct. C. de vſufruct. & ſupra decla-
235 raui. numer. 179. & ratio poteſt eſſe, quia quando pater habet vſumfructũ, vel cõmoditatem, reſpectu patriæ poteſtatis in bonis eius filij, ſi filius delinquit, pater non amittit vſumfructum, ſeu commoditatem, ſiue bona ſint aduentitia, ſiue profectitia, ſiue caſtrẽſia, vel quaſi, ſecundum cõmunem opinionem, vt per Alex. in l. ſi finita. ff. ſi de vectigalib. ſub nume. 51. verſic. tamen quicquid ſit. ff. de dam. infect. & ibi omnes Doctores, Alex. & Dec. in l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſq; iur. Iaſ. in l. ſeruum filij. num. 7. ff. de legat. 1. Franc. Marc. deciſ. 827. nu. 2. & 3. in prima par. Aegid. Boſ. pract. crimi. titu. de bono. publ. num. 71. verſic. & ad alias quæſtiones, & Roder. Soarez. in l. poſt rem iudicatam. in 13. notab. ff. de re iudic. char. 526. vbi declarat. Si autem pater relinquit bona filij profectitia, & aduẽtitia, non tranſeunt in fiſcum, caſus eſt in l. 3. §. ſed vtrũ. & ibi Bald. ff. de minoribus, & Aret. §. non tamen. ſub num. 8. inſtit. quib. non eſt permiſ. fac. teſtam. & latè per Roder. vbi ſupra. num. 6. & ſequ. chart. 529. vſumfructum autem, ſeu commoditatẽ patri delatã tranſire ad fiſcum durante patria poteſtate, Doctores tenẽt, ſecus ſi pater ꝓpter huiuſmodi dilectum

lectum perderet poteſtatem, & mutaret ſtatum, quia tunc non tranſiret ad fiſcum, ſed ad proprietatem, aut ad filium reuerteretur, ita dicunt Doct. in d.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam. infec. & ibi Alex.poſt Sali. & videtur communis opinio, vt tenet Nel.in tractat. de bannit, in prima part.2. tempo.q.27.chart.mihi.212.Boer.deciſ.197. num. 5.& num.8.Bart.in l.ſi poſtulatus.§. iubet. ff. de adulter.& in l.denique.§.ſed vtrum.verſicu.vltimò nota.ff. de minorib. Bald. in l. corruptionem,col. fin.verſi.quæro hic nunquid.C.de vſufr.Bertachi. in repertorio ſuo,in verbo, vſufructuarius. nume. 20.& Roderic.Soarez.vbi ſupra.nu.7. vbi faciunt Doctores præallegati etiam differentiam inter vſufructuarium ſui iuris,& vſufructuarium ratione patriæ poteſtatis: quia primo loco ſufficit, quòd patiatur maximam, aut mediam capitis diminutionē,& amittat quæ ſunt ſuæ ciuitatis,& non iura communia,vt per Roma.in d.§.de vectigalibus, & ibi Alexand.numero quinto. Aegid. Boſſ. d. titul. de bono.publi.numero 69. verſicul. an bannitus: nam tunc perdit vſumfructum,& fiſcus illum non habet,vt per eos,& dixi ſupra,numero 113. Secundo loco debet pater amittere patriam poteſtatem ad hoc,vt vſumfructum, vel commoditatem ſuam non trāsferat in fiſcū, vt dicunt ſupradicti Doctores,ſed perditur patria poteſtas,nedum per maximam capitis diminutionem, ſed etiam per mediam, & ſic per deportationem in inſulam. §. cum autem.inſtit.quibus mod.ius.patr.poteſta.ſoluit. Ergo friuola videtur differentia, ſed dic, quòd licèt banniti noſtri temporis perdant ciuitatem, & conſequenter patriam poteſtatem, tamen non perdunt eam, quoad alia iura communia, & quo ad ea,quæ reperiuntur extra territorium, & iuriſdictionem bannientis, in quibus retinent vſumfructum,vt per Aegid.Boſſ.vbi ſupra,numero 69. chart.301.verſicul.an bannitus noſtri temporis,& quando patria poteſtas amittitur, tradit etiā Nel. d.tract.de bannit.in prima part. 2. tempo. quæſti. 20 &licèt pater haberet filium in poteſtate,ſi à teſtatore patri fuiſſent prohibita acquiſitio, vſusfructus bonorum aduentitiorum, vel commoditatem vſusfructus, ac bonorum caſtrenſium, vel quaſi, ſicut ipſe pater non poterat acquirere, ita
236 etiam fiſcus qui ſuccedit in eius locum, adnotata per Bartol.Bald.& Docto.in l.ſi alienum.ff.de hæred.inſtit.gloſſ.Bart.& Alex.in l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.Ruin.conſil.24.volum.5.Bart. in Auth.excipitur,verſi.quidam reliqui.C. de bonis quæ liber. Paul. de Caſtr. in conſil. 455. ad primum puto dicendum.num.7.volum.2.Are.§. igitur.inſtit.per quas.perſon.nob.ius.acquiri.verſic. ſed aduerte,& pulchrè per Roderic.Soarez. in repet. quoniam in prioribus. in prima limitatione. num.10.& ſeq.verſic.confirmatur.C. de inoffi.teſtam.char.215.vbi dicit,talem prohibitionem, nō poſſe extendi ad legitimam filio debitam in dictis bonis, & ſic videtur patrem in legitima habere vſumfructum,& conſequenter fiſcum,quod eſt notatu dignum,& per Ruin. conſilio 194. ſub nume. 3.volum.2.& Bart.in Auth. excipitur. C. de bonis quæ liber. Et quòd non tranſeat in fiſcum, quoad vſufructuarium ſui iuris, per maximam, aut mediam capitis diminutionem,apparet,nam ea, quæ non tranſeunt ad hæredes extraneos in publicatione non veniunt.l.1.& ibi Bart.&Bal.C.de oper. libert.Iul.Clar.§.emphyteu. quæſt.. 29. chart.233.
237 cum ſimili. Et ideò feudum propter delictum vaſalli non tranſit in fiſcum, ſed conſolidatur cum directo dominio veri domini, vt dicit Bal. in d.l.1. & in c.imperialem.§.illud de prohib. feud. aliena. Bart.& Doctor.in l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus.ff. de damno infect. vbi Roman. qui dicit eſſe magis communem opinionē, & quod domino proprietatis delinquente feudum conſolidatur cum vtili dominio vaſalli, quod eſt multum notādum,ſi eſt verum,& hoc ſequitur Capella Tholoſ. deciſ. 395. & ibi bona Apoſtilla. Quod poteſt extendi ad vſufructuarium proprietario delinquente, & ad emphytheutā,qui feudatarius & emphytheuta dicūtur habere vſumfructum ſolum rerū ſibi conceſſarum ad liuellum, & ad feudum, adnotata pulchrè per Doctiſsimum Rode. Soarez. in tit. de maioric. chart.mihi. 861. & ſolum habent vtile dominium, & directum remanet penes dominos proprietatis,& æquiparantur vſufructuario, quia dicuntur vſufructuarij dictorum bonorum.Iaſo.in l.in emphytheuticarijs,num.18.C.de iur.emphyt. & Rui. conſ.68.num.1. volum. 1. licèt in emphytheuta ſit fienda diſtinctio inter emphytheuſim priuatam, & Eccleſiaſticam,vt per Iul.Clar.§.emphyt.quæſt. 29.chart.233.& ideò dixi Volaterris,communitatem illam non habuiſſe, nec habere aliquod ius in bonis liuellarijs Eccleſiæ ſancti Antonij propter homicidium cōmiſſum per illū de Barlettanis, ſed per ius accreſcendi tranſiuiſſe in alium fratrē, cohæredem,niſi bona eſſent Eccleſiaſtica,ſolū virtute recognitionis factæ per poſsidentē,vel eius authores,& non appareret de fundamento,& origine dictorū bonorum, & quod fuerint data ad liuellū, vt bona Eccleſiaſtica,ſed ſolū de ſolutione alicuius affictus per longum tēpus appareret ſine nominatione bonorum, vel ſpecificatione loci, quia tunc tranſirent dicta bona etiā in extraneum hæredē, & conſequenter in fiſcum,vt dicit Iul. Clar. §. emphyt.q.28.verſicu.vnum tamen ſcias. chart. 232.& ob id apparet, quàm benè fuiſſet motū iudicium de anno 1570. per hoſpitalarium contra Bartholomæum de Socifantis ex eo, quia Ioannes Paulus de Trinciſ. vendiderat dicto Bartholomæo vnum petium terræ pratiuè, ſine conſenſu dicti hoſpitalarij,& ob id cecidiſſe à canone, & dictum petium terræ fuiſſe effectum caducum, & reuerſum fuiſſe ad hoſpitale,adnotata per Docto.in l.2. vbi Iaſ. C. de iur.emphyth. quia talis alienatio fuit ipſo iure nulla, ex eo,quia in dicta emptione facta per dictū Bartholomæum,& ſuos nepotes minores,non interuenerunt ſolemnitates iuris, de quibus ſupra dixi,tit.de tutore.nume.123.ſeq.& quando venditio eſt ipſo iure nulla, tunc alienans nō cadit à canone, & bona non reuertuntur ad directum dominium,vt pro ſingulari tradit Franc. Crem.ſing. 113.ſtatuto cauetur,& Ant.Trig.ſing.38.bene ſcias, & dixi ſupra,d.tit.de tutore,num.163. & num.127. & etiam quia non apparebat aliquod fundamentum, & origo, quòd dicta bona fuerint liuellaria, & dicti hoſpitalis, niſi per recognitionem nouiter factam per matrem dicti venditoris ſine eius præſentia,& conſenſu,cum fuerit minor annorum 18.

quæ recognitio fuit ipſo iure nulla, vt per Doctor. in l. bonorum. C. qui admitti. Aretin. §. neque in fin. inſtit. de autho. tuto. & Bello. conſilio 24. numero 16. & licet iſte Ioannes Paulus, & eius authores per longum tempus ſoluerint ſolidos quinquaginta quolibet anno hoſpitali pro affictu, & ex hoc præſumatur fictuarius, & emphytheuta. l. cum in rem verſo, vbi glo. & Bart. ff. de vſur. Dec. l. ſi certis annis, num. 6. C. de pact. Anton. Trigo. ſingul. 125. quoniam in fine. tamen realiter, & legitimè non apparebat, an ſoluerentur pro onere reali, vel perſonali, & ſic quòd virtute bonorum ſoluerent dictos ſolidos quinquaginta, niſi per quendam partitam libri dicti hoſpitalis. Et licèt ſoluens canonem, teneatur oſtendere bona, pro quibus ſoluitur affictus, aliàs omnia præſumuntur liuellaria, vt tradit Bal. in conſi. 265. in 2. part. Dec. conſil. 61. Rui. conſ. 50. nu. 15. vol. 1. & Craue. conſ. 217. nu. 12. volum. 2. tamen prædicta procedunt, quando affictus ſolueretur reſpectu bonorum in genere, & ignoraretur particulare petium terræ, vt ibi dicunt Doctores, quod videtur ſecus eſſe, ſi bona in genere non apparerent, quia tunc non teneretur oſtendere, ſuper quibus ſoluitur affictus, ita ſentit Dec. conſ. 146. num. 1. & Iaſ. l. 2. num. 42. C. de iur. emphyt. & etiam procedunt ſupradicta in onere reali, & non in perſonali. Sed quando ſoluitur alicui hoſpitali, Eccleſiæ, & pio loco pretium quolibet anno, & ignoratur cauſſa, & origo, tunc præſumitur eſſe onus perſonale, & nō reale, vt pro ſingulari notat Franc. Crem. ſingul. item quæro, quia iſti loci ſunt multum diligentes, & tenent ſcripturas benè ordinatas, & non eſt credendum, quòd ſi ſolueretur pretium pro bonis, quod in libris non eſſet ſcriptum, ſaltem generaliter fundamentum affictus bonorum dictorum, & quod non haberent inſtrumena, & dato, quòd eſſet onus reale, & bona omnia præſumerentur liuellaria, non tamen per hoc alienans irrequiſito domino perdit dicta bona pluribus de cauſſis: prima eſt, quia cùm non appareant bona ſubiecta in genere, neque in ſpecie huic ſolutioni, & iſti ſint hæredes, & ſucceſſores habeant iuſtam cauſſam ignorandi bona eſſe liuellaria, & ob id reſtituuntur in integrum ex clauſula generali, vt eſt communis opinio, vt dicit Iul. Clar. §. emphytheuſis. quæſt. 8. verſi. proſequendo. charta. 212. ſecunda eſt cauſſa, quia iſta bona efficiuntur omnia liuellaria præſumptione legis, propter ſolutionem affictus decem annorum, & vltra, quo caſu debet eſſe contentus dominus directus hac præſumptione, & non, quòd ſi venduntur ſine ſuo conſenſu, reuertantur ad ipſum, quia nunquam debet pœna ordinaria puniri, ſed minori, qui præſumptionibus venit damnandus, vt dicit Appoſtil. ad Dec. in l. conſilij, nu. 4. ff. de regu. iur. Hyppo. pract. crimi. §. poſtquam. numero 50. & Maran. Spec. aur. in 4. part. diſtinct. 1. nume. 59. chart. 40. Ergo nunquam pœna caducitatis, quæ eſt ordinaria, ſed pœna ſubiectionis bonorum illi affictus. Tertia eſt cauſſa, quia quando per recognitionem, vel ſententiam iudicis bona efficiuntur liuellaria, vel Eccleſiaſtica, & reuera, legitimè non apparet aliter de origine, & fundamento huiuſmodi bonorum, quòd ſint liuellaria, vel Eccleſiaſtica, tunc per alienationem, vel inſtitutionem in extraneos irrequiſito domino illo directo, nunquam efficiuntur caduca, neque poſſunt tolli emptori, aut hæredi extraneo, quia tunc debet contentari Eccleſia, hoſpitale, aut locus pius, quòd ſenſerit commodum ipſius recognitionis, & ſententiæ, cum aliter probare non poſſet, legitimè bona ad ſe pertinere, abſque eo, quòd vellet ea hæredibus extraneis, aut emptoribus auferre, ita conſuluit Gra. conſ. 55. nu. 29. lib. 1. & non habere contradictorem dicit Iul. Clar. §. emphytheuſis. quæſt. 28. verſic. vnum tamen ſcias. chart. 232. quæ omnia diligenter fac vt conſideres, quia ſunt aurea, & nō ita de facili inuenies hunc caſum factum, & deciſum, & ſapit æquitatem, quia videretur multum durum, quòd omnia bona eſſent liuellaria, per ſolutionem ſolidorum quinquaginta quolibet anno, adeò, quòd non poſſent alienari per poſsidentem irrequiſito domino præſumptiuè directo, remanent præcipuè alia bona æquiualentia dictum affictum, & bona cautela eſſet, & religioni conſona (meo iudicio) quòd fieret declaratio vnius petij terræ, quòd intelligeretur liuellarium, habita conſideratione ad quantitatem ſolutionis affictus, & mercedis ſinguli anni, quia nō benè pro toto libertas venditur auro. Vnde ſi procedit hoc in vaſallo, & emphytheuta, quòd propter delictum bona non tranſeunt in fiſcum, multo fortius debet procedere in vſufructuaria, cum vſusfructus ſui natura non tranſeat ad hæredes, nedum ſuos, ſed nec etiam ad extraneos, quia cum perſona extinguitur. dict. §. finitur. inſtitut. de vſufructu. Afflict. deciſio. 279. numero ſecundo. & tangit in vſufructu Angel. in Auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. gloſſ. Bartol. & Salicet. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Appoſtill. ad Cappel. Tholoſ. deciſio. 395. tenens feudum. circa finem. Vnde nota benè, & ſigna hoc dictum, quia eſt aureum, & quotidie euenire poteſt, & adiuuare amicum poteris vſufructuarium, quia nedum proprietario delinquente non perdet vſumfructum, ſed etiam lucrabitur proprietatem, vt ſupra dixi, & notat Bald. in l. tertia. §. ſi filius. ff. quod quiſque iur. vbi dicit, quòd quotidie allegatur ille tex. cum gloſſ. per aduocatos, & ibi eam ſequuntur Doctores, & Socin. & Doctor. in dict. §. de vectigalibus, vbi Alexand. numero 50. & ſequent. verſicul. Sed quid econtra publicatis bonis ꝓprietarij, & vide
238 quæ dixi ſupra. nume. 40. Quod ſecus eſſet, ſi non pateretur maximam, aut mediam capitis diminutionem, & ſic non amitteret libertatem, nec ciuitatem, quia tunc ob delictum trāſiret vſusfructus, ſeu commoditas in fiſcum durante vita vſufructuarij, vt per Franc. Marc. deciſ. 827. num. 4. in 1. par. & Roderic. Soarez. d. l. poſt rem iudicatam. in 13. notab. ff. de re iudic. charta. 526. Alimenta verò non tranſirent, ſed delinquens petere poſſet, ne fame pereat, & ſic fauore alimentorum, etiam quòd eſſet bannitus, & perderet iura ſuæ ciuitatis. l. legat. ff. de capi. dimin. Bal. in d. l. corruptionem. col. fin. C. de vſufruct. text. in l. is, cui. & ibi Bar. ff. de alim. & ciba. lega. quia eſt tale legatum conditionale, & conditionalia non tranſeunt ad fiſcum, vt per Alexand. in l. ſi marito. ff. ſol. matr. Nel. in tractat. de bannit. in prima part. 2. tempor. q. 36. & q. 48. & Aegid. Boſſ. pract. crimin. titul. de bono. publica. num. 72.

num.72.verſicu. Sed quid in alimentis.chart.302. vbi remiſsiuè ponit, quando dicatur legatum vſusfructus, & quando legatum alimentorum, & dicit ita fuiſſe iudicatum contra fiſcum, à qua controuerſia libera nos domine, quia fiſcus nunquam vult perdere, & Franciſ. Marc.deciſio.833.in 1. par. ſentit, alimenta non tranſire in fiſcum, nec debere delinquenti, quando debentur propter vſumfructum relictum, quia ſequuntur naturam, & conditionem vſusfructus, & ſicut ipſe extinguitur, ita etiam alimenta, quia alimenta quæ ſunt in inſtitutione vſusfructus, non ſunt formalia, ſed cauſſalia, & faciunt adducta ſupra numero 25. Et tale legatum alimentorũ non extinguitur, niſi per mor-
839 tem naturalem, & nõ ciuilem, vt facit vſusfructus, quando non prouenit à legato vſusfructus, quia maxima, aut media capitis diminutio dicitur mors ciuilis. §. cum autem, inſtit. quibus mod. ius. patr. poteſta. ſoluat. gloſſ. in d. §. finitur. in verbo, maxima. & eſt tex. in l. verum. §. ſocietas. ff. pro ſocio. & Bart. in l. ſi cui. nu. 1. ff. de alim. & ciba. leg. Sed ſi non eſſet legatum alimentorum, ſed legatum redditus, & fructuum, tunc ad fiſcum trãſire crederem, cum ius vſusfructus, & proprietatis, remaneret penes proprietarium, & ſit tale legatum valde diuerſum à legato vſusfructus, & proprietarius, nunquam habet ſeparatam proprietatem, & poſſeſsionem corporalem dictorum bonorum, per ea, quæ ſupra dixi, nu.141. verſ. nam le-
840 gatum fructuum, aut redditũum, Et quando vſusfructus tranſiret ad fiſcum, trãſiret ſolùm vſusfructus bonorum exiſtentium ſub dominio fiſci delinquentis, & non extra territorium delinquentis, & eius ſuperioris, niſi ibi delictum feciſſet, vt per Iaſ. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Fran. Turza. in ſuis cõmun. opin. quæſt.148. Bannitus. vbi dicit communem, Aegid. Boſſ. d. tit. de bono. public. ſub nume. 69. verſic. an bannitus noſtri temporis, & in titul. bannit. quid amit. num. 14. vbi declarat. Vnde ex ſupra recitatis plurib. in locis demonſtraui, vſumfructum finiri & cõſolidari cum proprietate morte ciuili, & naturali, quando mulier tranſit ad ſecunda vota, vel caſtè non viuit, aut infra tempus non petitur, vel proprietas deſtruitur, aut conſtruitur inuito proprietario, & vſusfructus alienatur, abutiturvè, ideò amplius hic non repetam, vbi ſum loquutus, quibus caſibus finitur vſusfructus, ſed quia Boer. deciſio.197.nu.10. allegat, nõ-
841 nullos tenere, patrem effectum monachum perdere & amittere vſumfructum, & ſic videtur finiri vſusfructus etiam per ingreſſum religionis, tamẽ aduertendum dixi, contrarium eſſe verius, quia non extinguitur vſusfructus per ingreſſum religionis, licet diceretur, talẽ religioſum haberi pro mortuo, quia ibi debet alimentari, & ſic durabit penes monaſterium, donec naturaliter viuat ingrediens, ita dicit gloſſ. in Auth. ingreſsi. vbi Iaſo. colum. fin. & Dec. num.27. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Bernar. Diaz. regul.794. in verbo, vſusfruct. Alex. conſil.10. viſo inſtrument. num.15, volum.5. & pro ſingulari tradit Franc. Crem. ſingu.143. Guid. Pap. ſing.535. verſic. ſi vſufructuarius. Ari. Pinel. in l. 1. in prima part. in 13. ampliat. C. de bon. mater. chart. 147. & per meum dilectum Roderic. Soarez. Hiſpan. in allegat.20. nu.20. verſ. omnes iſti capiunt. chart.216. Quia ingredi religionem non eſt delinquere, ſed benè facere, Auth. Deo nob. C. de Epiſ. & cleric. Bart. in l, Titio. centum. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. & Pariſ. in conſi.92. num.26. volum.4. Nec amittit ciuitatem, & libertatem propriam, ergo non poteſt dici, pati maximam, aut mediam capitis diminutionem, per ſupra, & ideò ſi vxor, quæ caſtè, & vidua viuere debet, ſi ingreditur monaſterium, dicitur omnia adimplere, & non perdit vſumfructum. Bald. in d. l. Deo nobis. §. hoc etiam. C. de Epiſcop. & cleric. & Corſet. in repertorio Domini Abbat. in verbo, vſusfructus, ſi relinquitur. Mortuo autem vſufructuario, vel finito vſufructu, ſi fructus ſunt pendentes, aut recollecti, ſed non in horreo adhuc reconditi, vera eſt concluſio, quòd in recollectis hæredes vſufructuarij illos præcipuos habeant, & reſtituere non teneantur proprietario, etiam quòd non ſint in horreo reconditi tempore mortis vſufructuarij, dummodo ſint à ſolo ſeparati. In non recollectis, & pendentibus licèt maturis, proprietarius illos habere debet, quia ſtatim à morte vſufructuarij conſolidatur cum proprietate, eo modo, quo reperitur cum fructibus plenis, vel ſine, ſicut ſeparatur ſtatim à die aditæ hæreditatis, etiam quòd fructus ſint maturi, & pendentes. l. ſi pendentes fructus. in princip. & leg. defuncta, & ibi Doctor. ff. de vſufruct. §. is vero. inſtit. de rer. diuiſio. ſentit. Cyn. & Bal. in Auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt. Iaſ. in leg. 2. numero 17. C. de iur. emphyt. Roma. ſingul. 71. legatum. Crauet. conſ.216. num.20. & ſeq. volu. 3. Cæpol. de ſerui. vrba. prædio. c. 4. tit. de vſufr. Didac. variar. reſol. lib. 1. c. 15. num. 2. verſ. his accedit. chart.264. Villalob. in ſuis commun. opin. in verbo, vſufructuarius. nume. 60. & Emanuel Soarez. in ſuis commu. opin. in verbo, vſufructuarius. numero 96. quod extendit etiam ad præſtationes, & penſiones, ac reditus: Nam ſi pro fructibus bono-
841 rum ſoluuntur, & fructus ſint ſeparati à ſolo, licet non reconditi, quamuis nondum venerit dies ſolutionis penſionis, tamen hæredes vſufructuarij debent conſequi eas: ſi autem fructus ſint pendentes, & maturi, & non ſeparati à ſolo, & ſi dies ſolutionis venerit, proprietarius, & non hæres vſufructuarij eas penſiones exiget. Si partim collecti, & ſeparati à ſolo fuerint, & partim non ſeparati, pro rata ſeparatorum, & collectorum hæres vſufructuarij conſequetur penſiones, & præſtationes, pro alia parte proprietarius, ita hæc colliguntur per Paulum de Caſt. in conſ.114. ſuper primo, & ſecundo quæſito, nume.2. volum. ſecundo. Alex. conſ.15. Reuerendiſsimæ Dominæ. numer.2. volum.2. pulchrè Didac. Cou. Vari. reſo. lib. 1. c. 15. num.12. & num.13. verſ. prius tamen. char. 274. vbi oſtendit, hanc eſſe communem opinionem etiam in fructibus, & penſionibus clericorum. Hierony. Gigas tract. de penſio. q.52. nu.5. Iaco. Mach. patr. 15. & patro.16. Bar. in l. ſicut in annos. nu.1. ff. quib. mod. vſufr. amit. Pariſ. conſ.40. nu.7. nu.8. volu.1. Boer. conſ.23. nu.3. & ſeq. & Boſ. pract. crimi. titu. debi. an delinquenti ſol. poſ. numer.7. verſicul. de vſufructu. chart.306. & hanc diſtinctionem etiam tradit Pract. Pap. in for. lib. quo vxor agit ad dotẽ in gl. dedit, nu.8. Soc. l. diuortio. nu. 7. & ibi Alex. nu.2. & Iaſ. nu.1. & Doct. ff. ſol. mat. Bar. d. l. ſicut in

annos.nu.1.ff.quib.mod.vſusfru.amit.& in l.ſi v-
ſufruct.meſſem.ff.eo.Tyraq.de retr.conuen.§.5.
244 glo.4.num.1.char.324.vbi dicit cōmunem, quod
eſt multum mēti tenendum, quia in emphytheu-
ta, feudatario, & emptore, virtute pacti de retro-
uendendo, magis cōmunis cōcluſio eſt, quòd pro
rata temporis fructus diuidantur, ſi ſunt penden-
tes, vt per Alex.in d.l.diuor.colu.2.Raph.Cuman.
in l.qui Romæ,& ibi Soc.nu.20.& Iaſ.num.37.vbi
dicit eſſe quæſt.pro amico.ff.de verb.obliga. licèt
in emptore virtute pacti de retrouendendo, ſi vē-
ditor fuerit in mora,& facta fuerit oblatio per re-
demptorē, fructus in totum erunt redimere volē-
tis, vt dicit D.Bero.q.98.Caius fundū.Dida.Vari.
reſolu.lib.1.c.15.num.4.verſ.cæterum tract. char.
268.Tyraq.d.gl.4.num.32.& gl.2.num.4.& ſequ.
& latè per Rol.à Val.in conſ.27.viſo,& diligenter,
volum.2.& tetigi ſupr.nu.152.Si autem non fuerit
in mora, Aegid.Tho.in tract.de collec.§.venden-
tes ſub pact. num.1.& ſeq.char.576.diſputat latè,
& concludit, fructus integros pendentes perti-
nere ad emptorē, refectis expenſis, magis tamen
communis opinio eſt, quòd pro rata temporis di-
uidantur inter emptorem & venditorē, & in praxi
eſt recepta, vt dicit Didac.d.c.15.num.4.& Anch.
Regi. in ſuis q.13.nu.11.& Iaſ.in d.l.qui Rom.d.nu.
37.& Rol à Vall.d.conſ.27.nu.13.& ſeq.& hoc di-
cit Soc. in d.l. qui Rom.nu. 20.& ſeq. procedere,
quando promiſsio eſſet facta de reſtituendo pro
eodem pretio, aliàs ſecus eſſet, nam ſi non adeſſet
pactum (pro eodē pretio) intelligeretur pro pre-
tio iuſto, æſtimando arbitrio boni viri, ſecundum
tempus retrouēditionis, & cum fructus eſſent pē-
dentes, tunc etiam ipſi cum proprietate æſtima-
rentur, ideò nimirum ſi redemptor illos conſe-
queretur, vt dicit Anton.Burg.in cap.ad noſtram.
colum.18.verſic.& quod multi, extr.de emptio.&
vend.Cagn.in l.2.colum.6.num.41.in 8. nota. C.
de pact.inter emptor.& vend.Tyraqu. de retract.
conuen.§.1.gl.3.nu.2.verſic.ſed quid ſi in pact.&
§.6.glo.1.Cœpol.de ſimul.contra.in 4.præſump
nu.39.verſ.de ſecundo noua læſionis. char. mihi.
170.& ſentit Rol.d.conſ. 27. quando loquitur de
245 emptor.nu. 20. Quæ rata fructuum quomodo ſit
diuidenda, conſiderare debes naturam fructuum
bonorum reſtituendorum: Nam ſi ſunt poma, ex
eo, quia ſingulo anno ſolent fructum producere,
annus erit duodecim menſium: ſi oliuæ,& ſingu-
lo biennio producant fructus, biennium loco v-
nius anni erit computandum, ſi terra magieſatica
erit,& quolibet anno cum dimidio producat fru-
ctus, illi decem & octo menſes pro vno anno con-
numerabuntur: ſi ſylua cædua,& quolibet trien-
nio, vel quinquennio producat fructus maturos,
triennium aut quinquennium erit computandū
pro vno anno.& ſic de ſimilibus,& facies duode-
cim partes fructuum,& habita ratione initij anni,
& temporis retrouenditionis, tot partes facies,
quot tu poſſediſti, & redemptor eſt poſſeſſurus,
verbi gratia.tenuiſti terram mageſaticam duode-
cim menſes, deinde ille redemit, ſed ad finiēdum
annum deficiunt ſex mēſes, facies tres partes, di-
uidendo annum in tres partes,& duas pro te, loco
illorum duodecim menſium retinebis, reſiduum
reſtitues redemptori, reſtitutis tibi expenſis pro
rata factis, in colligendis & producendis fructib.
ita dicit Bal.in l.eadem, in 2.col.C.locati. Alexan.
& Iaſ.num.5.in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolu.
matr.& conſuluit Roland.à Val.in conſ.87. num.
29.volum.1.vbi conſuluit, non cecidiſſe à iure ſuo
emphyteutam, propter canonem non ſolutum
infra biennium de rebus,& bonis boſcatis,& ſyl-
uatis, cùm ſingulo quinquennio ſoleant fructus
ex illis bonis colligi, adeò, quòd illud biennium
eſt intelligendum pro decennio, cum quodlibet
quinquennium habeatur pro vno anno. Quæ o-
mnia nota benè tu iuuenis Iudex, quia habebis
pluries in facto inter ruſticos maledictos,& vide
etiam optimum tractatellum celeberrimi Docto-
ris D.Angeli de Periglis de Peruſio, de palea, leta-
minibus,& oliuis, qui reſecat multas quæſtiones
iſtorum ruſticorum, quando recedunt à cultura,
& laborerio prioris domini: Et intellige pro rata
diuidendos fructus, quando non ſunt omninò
maturi tempore retrouenditionis, ſecus ſi eſſent
omninò maturi, quia tunc erunt venditoris. Ty-
246 raqu. de retract.conuen.§.5.gloſ.5.tex.in l.Iulian.
§.ſi fructibus.ff.de act. empt. Ratio autem quare
hæres vſufructuarij non lucratur fructus pendē-
tes pro rata temporis,& etiam maturos, eſt, quia
vſufructuarius tenetur bona & fructus reſtituere,
ſtatim à tempore finiti vſusfructus, vt per Iaſ.in l.
in emphytheuticarijs, num.17.& num.18. verſ.ſe-
cundo quæro iuxt. dictum.C. de iur. emphyth.&
rationem diuerſitatis adducit Alex.d.l. diuor.nu.
2.& ſolu.mat.tamen poſtquam non lucratur fru-
ctus, expenſas factas pro fructibus percipiendis,
repetere poteſt, ne proprietarius locupletetur ia-
ctura aliena, vt dicit Bald. in l.ſi pater.in fin.C.de
vſufructu, Bertrac. in verb. vſufructuarius agit.
ſentit Franc. Viui. in ſuis commun. opin. in verb.
ſtatutum.char.219.Tyraquel. de retract. conuen.
§.5.gl.4.nu.10.verſ.Nunc autem quæro,& de re-
tract.lign.§.15.gl.1.num.30.verſ.7.quæro,& Alex.
in d.l.diuort.num.44.in fin.ff.ſol. matr.& nouiſ-
ſimè tradit Pet.Pech.in tract.de teſtamen. coniu-
247 gum.lib.5.cap.9.numer.7.chart.175. Et iſte pro-
prietarius, vel hæres ſuus non poteſt propria au-
thoritate percipere fructus,& ingredi poſſeſsio-
nem dictorum bonorum, hærede vſufructuarij
poſsidente, vel alia perſona, ſed negatoria, vel ex
cautione de reſtituenda re præſtita agere neceſſe
erit, per tex.in l.vtifrui.in prin.ibi quanquā enim.
ff.ſi vſufr.pet.gl.in c.licet Epiſcop. in verb. te vo-
cato, de præben.libro 6.Corne. conſil. 519. lit. N.
verſic.præterea, quando vſufructuarius.volum.2.
Franc.Marc.deciſ.867.an finito vſufruct.in 1. par.
& Tyraq. tract. lemort Sayſet, in 3.part.declara.1.
num.1.& ſeq. chart. 53.& faciunt, quæ ſupra dixi,
248 num.6.& num.15.& 16. Neque etiam agere poteſt
ad fructus perceptos in vita vſufructuarij, etiam
quod vſufructuarius percepiſſet illos non matu-
ros, ſed acerbos, quia ipſe vſufructuarius non ha-
bet cauſſatum ius de pręſenti, ſed de futuro, id eſt,
finito vſufructu.d.§.finitur.inſti.de vſufr.ſecus eſt
in colono partiario,& cōductore, quia habet cauſ-
ſatum ius de præſenti.l.ſi abſente, in fi.ff. de vſufr.
l.pen.ff.de vſufru. lega.& ita dicit Angel. de Peri-
glis, in ſuo tracta. de paleis,& oliuis, in 2.c.de oli-
uis, verſ. ad vnum tamen aduertendum eſt. chart.
mihi

mihi 22.& Iaſ.in l.ſi quis nec cauſſam. §. res pigno. num.2.ff.de reb.credit.ſentit Plot.in l. ſi quando,
349 num.783.verſic. tertiò limitatur. C. vnde vi.Benè verum eſt,quòd ſi in colligendo fructus immaturos deterioraſſet proprietatem, vel prædia illo anno non cuſtodiſſet,nec curaſſet,aut ſeminaſſet, arbitrio boni viri, per quæ damnum proprietati fuiſſet illatum,poterit proprietarius agere ad dãna,& intereſſe contra vſufructuarium, & eius hæredes.vt per Ruin.conſil. 80. numero 4. volum.1. conſil.46.num.7.& 8.vol.2.per Tyraq.de retract. conuent.§.5.gloſ.4.numer.29.& faciunt adducta per eundem Tyraqu.de retract.ligna.§.15.gloſſ.1. num.21.in 6.fallen.& per Iaſ.d.§.res pign.d.num.
350 2.& ſupra tetigi.numer.157. Omnia autem ſupradicta in materia iſtius vſusfructus procedunt regulariter,ſimpliciter,& ſecundum ius commune, & quando aliter non conſtat de mente teſtatoris: ſi autem colligi poſſet ex coniecturis, vel verbis, teſtatorem aliter tam contra vſufructuarium,quã proprietarium, & hæredem vniuerſalem ſentire voluiſſe,tunc & eo caſu in omnibus, & per omnia voluntas teſtatoris eſſet attendenda, quia vbi cõſtat de voluntate teſtatoris, non eſt curandum de proprietate verborum.l.proculus. ff. de vſufruct. l.non dubium.C.de legibus.Craue. in repet. Rubric. ff.de lega.1.numero 164.verſi.& vbi conſtat. Attento,quòd voluntas, quæ colligitur ex cõiecturis,dicitur euidens & expreſſa, vt notat Iac. de Put.in l. quidam teſtament. ff. de vulgar. ſequitur Guid. Pap. ſingul. 887. voluntas. Afflict. deciſio. 44.& dixit Bell.conſil.9.nu.13.verſ.Ad hoc reſpõdetur,quòd voluntas teſtatoris expreſſa æquiparatur voluntati, quæ ex coniecturis colligitur, & alleg.tex.in l.licet Imper. & ibi Bartol. ff.de leg. 1. Nam voluntas teſtatoris prædominatur, & vti regina attendi debet, etiam ſi non appareat expreſſa,dummodo ex coniecturis colligatur. Auth. de nupt.§.diſponat.l.ſi mihi,& tibi.in fin.& l. pen.ff. de leg.1.Curt.Iun.conſ.111.num.6.conſ.221. num. 10.& Iac.Mach.patro.26.num.3.& faciunt adducta per Iul.Clar.in §.teſtam.quæſt.61.& quæſt.77. & quod debeat attẽdi voluntas teſtatoris in vſufructu relicto,latè tradit,Pariſ.conſ.94.num.45. & ſeq.conſ.97.num.20.& ſeq.vol.2. & dixit Iaſ.in l.ſi res obligata,in primo nota.ff.de leg.1.quòd omnis regula contraria fallit, vbi de voluntate teſtatoris aliud apparet,& per Dec. conſ.122. col.2. quia generi per ſpeciem derogatur, non autem
351 econuerſo: Nam generalis prouiſio non porrigitur ad ſpecificata.l.doli clauſula.ff.de verb. oblig. Octauia.Pedemon.deciſ.68.num.14.& ſeq.ſed vtraque prouiſio ſeruatur in caſu ſuo, vt per Corſe. ſing.in verb.ſtatutum. il.19.in fin. Franc. Viui.in ſuis cõmu.opin.in verb. ſtatutum vlt. & hoc procedit,quando prouiſio generalis non faceret mẽtionẽ de ſpeciali, & poſſent reduci ad concordiã, aliàs ſecus eſſet,vt latè conſuluit Iac.Mach. patro. 20.Roder.Soarez.in proœmio fori, numer. 23. & ſeq.verſi.dictam gloſſ.char.342.& Tyraq.in tract. de retract.gloſ.14.§.1.nume. 96.ideò dixi Piſtorij, pauci dies ſunt, legem editam ſuper extractione graſcium, corrigi ab alia lege poſteà edita, ſuper præſcriptionibus delictorum & maleficiorum, in illa parte, vbi diſponit, quòd poſſit cognoſci de tranſgreſsione extractionum infra trienniũ, quia lex de præſcriptionibus auget illud triennium ad quinquennium,loquens ſpecialiter etiã de tranſgreſsionibus. Nec habet obſtare, quòd dicatur poſterior,& non anterior dicta lex extractionum, ex eo, quia quolibet anno publicatur, quia ridiculoſum eſt,hoc dicere,nam publicatur quolibet anno ad maiorem intelligentiam,& notitiam hominum,& non quòd ſit de ſubſtantia dicta publicatio,nam ſi non publicaretur,per hoc lex robur, & validitatem haberet, cùm in lege non ſit diſpoſitum,quòd publicetur,aliàs non valeat, vt notat Paul.de Caſtr.in conſi.256.num.4.vol.2.& quando lex à principio valet, & poſtea renouatur, vel publicatur, attenditur tempus legis conditæ & non renouationis.Bald.l.1.in princip.C.de manu. teſtam.quem refert & ſequitur Pariſ.conſi.19 nu.
352 37.vol.1.& Canoniſt. in cap. 1. & fi. de confir. vtili. vel inutil. Docto.in l.more,vbi Alexan.& Iaſ.ff.de iuriſd.om. iud. quod ſecus eſſet, ſi lex illa diſponeret,quod quolibet anno publicari debeat,aliàs non valeat,nec teneat,quia tunc diceretur de nouo dare, & quolibet anno diceretur noua lex, & attenderetur tempus publicationis & renouationis, & non tempus, quo fuit lex edita, per ſupra allegata, quia conceſſum ad tempus poſt illud dicitur reiectum, & actus denominatur à confirmante, & non à confirmato.Bal.in tract. ſtatut. in verbo,confirmare.& latè per Calc.conſ.7.ſub nume. 37.& illa verba: aliter non valeant, nec obſeruari debeant: ſunt præciſa, & inducunt annullationẽ ipſo iure, vt per Innoc.Abb.& Docto.in cap. quia propter.de elect. & latè habetur per Tyraquel. in l.ſi vnquam,in verbo,reuertatur. ſub numer.195. de reuoc.don.Sebaſt. Van. de nullit. titul. quot & quibus mod. nulli.prop.poſ.num.48.& ſeq.char. 45.Iaſo.in l.cum poſteaquam.in fin. C. de pact. & Boui.Regienſ.in tractat.de ſtatut.præſcript. gloſ. 17.chart.54.& per Bald.in cap.de cauſis.de offic. iud. deleg. & hac de cauſſa fuit conſultum per venerandum Patrem meum D. Carolum, in cauſſa Paſquini detto il Marcheſino, contra D. Sanctem Magherini de Fiuizano, ſtatutum Florentinum debuiſſe, & debere attendi finita approbatione, facta ab approbatoribus reformationum ciuitatis Florentiæ ſtatuto Fiuizani, propter illa verba (aliter non valeant, nec obſeruari debeant) & ideò ſtatutum Fiuizani iam mortuum & inualidum, non obſtante, quòd approbatores confirmauerint ſtatutum per annos tres, incipiendos à die finitæ præcedentis approbationis; quia non retrotrahitur talis confirmatio, cum actus ſit ipſo iure nullus, ſed incipit valere ex nunc, non autẽ ex tunc, vt per Dec.in l.quod in initio, ſub nu.12. & l. ſemper qui
353 prohibet.ſub nu.16.ff.de reg.iur. Nec in præiudicium iuris tertio quæſiti retrahi poteſt confirmatio ſtatutorum, vt communiter tenent Docto in l.omnes populi.vbi Ioan. Crot. in 5. quæſt. princ. Bart.ff.de iuſt.& iur. Bald. l. leges, & conſtitutiones.num.5.C.de leg.& in l.ex placito,num,7,&8. C.de rerum permut.&in tract.ſtatut.in verb.confirmare.Alexand.conſ.41.ſub num.11. volum.5.& conſ.116.num.12.volum.6.Iaſ. conſ.139.ſub nu.1. vol.1.& latè conſuluit Calc. conſ.7.num.36.&ſeq. vbi dicit, idem procedere in iure hæreditario de-

lato, & non quæſito, faciunt adducta per Bar. in l.
obſeruare.§.fin.ff.de offi. proconſ. Phanuc. tract.
de luc.dot.gl.11.num.5.& 6.Bel.conſ.76. num. 19.
Bru.tractat.de ſtatut.exclud.fœm.artic.1.quæſt 3.
ſub num.34.& num.36.chart.4. & Rolan. à Valle,
conſ.19.num.12.& ſeq.volum.1.&etiam quia dicti
254 approbatores non potuerunt, nec poſſunt appo-
nere dictam clauſulam (da incominciarſi) in præ-
iudicium ſtatutorum ciuitatis Florentiæ, quæ vó-
lunt, quòd in defectum aliorum recurratur ad eo-
rum ſtatuta Florentina, vt per Rom.conſ.218. nu.
15.& 16.nec cōtra capitulationem factam per ho-
mines capitaneatus Fiuizani, cum Republ. Flo-
rentina, vt per Dec.in c.canonum, in 2. lect. num.
12.& 13.& in cap.quæ in Eccleſiarum.de conſtit.in
conſ.528.num.6.in conſ.410.nu.21.& ſeq. & conſ.
580. & Rub. Alex.conſ.50.num.7.& per Iaſ.conſ.
1.volum.1.& ita fuit iudicatum per excellentiſ. D.
Ioannem Baptiſtam Aſinium præceptorē meum,
de Menſe Octobris, Anno 1563. reuocando ſen-
tentiam Rotæ, quæ velo leuato, & contra cōmu-
nes in hoc iudicauerat, cui ſententiæ partes ac-
quieuerunt, & ſic Paſquinus Poncianus hodie ha-
buit ſuam legitimam, ſecundum ſtatutum Floren-
tinum, & non ſecundum ſtatutum Fiuizani, & etiā
aliàs ita fuit iudicatum in curia Fiuizani, & confir-
matum per D. Iacobum Iudicem primarum ap-
pellationum ciuitatis Florentiæ. Quod nota tu
aduocatus Fiuizanenſis, circa approbationē fien-
dam de ſtatuto noſtro Fiuizanenſi. Et ſic etiam
colligitur ex ſupradictis, dubiū de triennali præ-
ſcriptione datum, non obſtare vllo modo, ſed vir-
tualiter, de quinquennali præſcriptione intelligi
debuiſſe, & debere, poſteaquam vult operari aug-
mentum temporis, & non diminutionem. Et da-
to, quòd voluiſſet intelligere, legem de tranſgreſ-
ſionibus extractionum fuiſſe poſteriorem, ex eo,
quia quolibet anno publicatur, etiā præſcriptio-
nem triennij non fuiſſe decurſam omninò erat in-
telligendum, quia ſi quolibet anno publicatur, &
dicitur noua lex, quomodo poteſt currere trien-
nium (minimè, nequaquam) ideò fac vt emendes,
& ſecundum iura loquaris, & tu notarius extraor-
dinarij, ſeu guardiæ, nota benè hanc diſtinctionē,
quia faciet tibi magnum honorem, ſi Fiſcalis cā-
meræ voluerit tibi præbere auxilium, & hoc vo-
lui dicere pro honore meo ſuſtentando.

Et ne mireris (benigne Lector) ſi non multā
de vſufructu generali loquutus ſum, quia intentio
mea fuit, & eſt ſolùm, ſuper clauſula illa tam fre-
quenter à notarijs ignaris in teſtamentis maritel-
lorum extenſa, in qua eorum vxores relinquunt
dominas, maſſarias, & vſufructuarias bonorum,
ſcribere, & declarare vim, & importantiam dictæ
clauſulæ, poſtquam ſæpiſsimè in officijs meis, vbi
ſum aſſeſſor, mihi in facto contingit, & incidenter
de alio vſufructu pertractare, ideo fac vt omnia
allegata perſpicias, & inuentiones meas conſide-
res, antequam tuam proferas ſententiam, & ſi ali-
quid reperies opinioni tuæ diſſentire, ſi meliori-
bus rationibus, & authoritatibus erit munita, ſa-
pientis erit, mutare conſilium in melius corre-
ctione fraterna: Sed quoniam magno dolore af-
flictus ſum propter mortem honorādi patris mei
Domini Caroli Nantæ de Caualcanibus I. C. ferè
totius Tuſciæ Primarij (vt omnibus notum eſt, &
ſcripta ſua ſuis loco & tempore, demonſtrabunt)
qui inſignia Doctoratus conſequutus fuit à De-
cio, anno 1523. & vixit benè, fœliciter, & ſine infir-
mitatibus annos ſeptuaginta & vnum, & habuit
filios vigintiquinq; legitimos, & naturales, duos
legum Doctores, & duos legum Scholares, & o-
bijt anno pręſenti 1571. die 22. Iun. hora 4. noctis,
& etiam quia ſum multis negotijs occupatus in
hac alma Piſtorij ciuitate, officij mei aſſeſſoris
cauſſa, finem huic vtili & neceſſario titulo impo-
nere propoſui, & tibi ſoli in hoc opere fructus
primarios ad delibādum patefacere, vt ſi aliquod
iuuamentum tibi attuliſſe intelligam, alia valdè
dulciora & meliora iam collecta, ad ſaturitatem,
in lucem edere audeam.

Vale, & me ama, quia ſum ſemper paratus fa-
cere grata tibi: ad laudem Dei Omnipotentis,
beatęq; Marię ſemper Virginis, ac Ioan-
nis Baptiſtæ, aduocati pa-
triæ meæ.

FINIS.

INDEX

INDEX SINGVLARVM

RERVM, AC VERBORVM NOTABILIVM, QVAE IN HOC OPERE D. BORGNINI CAVALCANI FIVIZANENSIS CONTINENTVR, fœliciter exorditur.

ABSENS an poſſit adire hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, & infra quantum tempus. vide, Boui. Regienſ. tracta. de ſtatut. præſcript. gloſ. 19. num.17.

Abſens ratificare nō dicitur.nu.146.f.14.

Abſolutio ad effectum agendi debet peti à minore, & muliere, antequam agat contra alienationem iuratam.nu. 169.fol.16

Abſolutio ad effectum agendi quid operatur. nume.169.ibidem.

Abſolutus ab inquiſitione poteſt conueniri ciuiliter à percuſſo, & facere declarare ab ipſo fuiſſe vulneratum ſine cauſſa, & ob id condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe.nu.232.fol.71

Actiones hæreditariæ ſunt diuiduæ.nu.75.fol.5

Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, niſi in ſubſidium. numer. 153. chart. 15. numer. 205. folio 19

Actio in rem, & officium Iudicis oritur ex contractu minoris celebrato ſine ſolennitatibus. numero .153. folio 14

Actio realis datur contra poſſidentem. numer. 153. ibidem.

Actio ex lege, & ſtatuto dicitur in rem ſcripta, & datur cōtra quemcunq; poſſeſſorem.nu.154.ibid.

Actio crediti, & debiti confunditur per aditionem hæreditatis.nu.111.fol.10

Actio hypothecaria, quæ oritur ex legato, non datur in ſolidum contra hæredes, ſed pro rata. numer. 15. folio 31

Actio perſonalis durat per triginta annos. numer. 169. folio 59

Actio perſonalis concurrens cum reali præſcribitur eodē tempore, ſicut realis.nu.169.ibid.

Actio qualibet per conteſtationem litis, aut per iuramētum augetur vſque ad tempus 40. annorum. numer. 170. ibid.

Actio perſonalis & realis, per conteſtationem litis vel per iuramentum durat vſque ad quadraginta annos. nu. 170. ibid.

Actio hypothecaria, officium Iudicis, & actio perſonalis poſſunt ſimul intentari, & petitio hæreditatis, rei vendicatio, & Publiciana. numer.208.fol.65

Actio hypothecaria, & rei vendicatio poſſunt ſimul intentari, & vna reiecta altera firma remanet. numer. 208. ibid.

Actio ordinaria, & extraordinaria poteſt ſimul inte[illegible] nu.208.ibid.

Actio hypothecaria, & Saluianum interdictum quam vtilitatem habeant. vide nu.209.fol.66

Actor, qui vſq; ad finem litis ſtetit ad producendum [illegible]ra, & inſtrumenta, debet condemnari in expenſis. nume. 27.fol.2.

Actor, qui vſq; ad finem litis differt opponere ſcienter exceptionem falſi procuratoris, & tutoris, non obtinet in expenſis.nu.27.ibid.

Actor non tenetur exhibere à principio inſtrumentum, nec dare copiam reo, ſi inter ipſos fuit celebratum, ſecus ſi inter alios.nu.27.ibid.

Actor poteſt petere tutori, vel negotiorum geſtori copiam tutelæ & mandati cum omnibus rebus deſcriptis ad hoc, vt iudicium valeat.nu.28.ibid.

Actor debet citare minorem, vt legitimè compareat, & ſi [illegible]paret cum tutore, debet petere copiam tutelæ, & videre an valeat necne, aliàs iudicium erit nullum. numer. 29. ibid.

Actor debet ire inſtructus ad iudicium, & conditionem aduerſarij diligenter conſiderare.nu.30.ibid.

Actor, qui vult agere ex eadem cauſſa contra plures diuerſi fori, quomodo agere debeat. vide Minſiger. cēturia [illegible] ſerua.4.

Actor qui ſuccubuit, præſumitur in dubio mouiſſe litem animo calumniandi.nu.50.fol.4.

Actor, qui obtinuit contra tutorem, an debeat circa exp[illegible] agere contra minorem, vel tutorem. vide [illegible] ibid.

Actor debet petere copiam inuentarij tutori [illegible]gandi, aliàs ſuccumbet. numer. 63. & [illegible]dem.

Actor tutoris & curatoris, an teneatur in alien[illegible] norum minoris adhibere omnes ſolennitat[illegible] tor, & minor tenentur adhibere, [illegible] fol.12.

Actor non poteſt mutare libellum [illegible]rum.nu.8.fol.31.

Actus ſ[illegible]dus ſine præfixione temporis poteſt quandocunque ſ[illegible] ante oppoſitionem factam à parte, ſecus poſt oppoſitionem, propter ius quæſitum parti. numer. 20. & ſequ. fol.3.

Actus à lege prohibitus factus valet parte non opponente, ſecus parte opponente.nu.22.fo.2.

Actus factus à tutore ſolemnia non faciente eſt ipſo iure nullus.nu.25.ibid.

Actus factus à tutore non legitimo in fauorem pupilli, valet ante exceptionem nullitatis poſt oppoſitionem, ſecus factam, ab aduerſario.nu,31.ibid.

Actus quando eſt perfectus, & aliquid ex illo naſcitur, initium, & non finis eſt inſpiciendum, ſi autem eſt imperfectus à principio finem, & non initium inſpicere debemus. nu.75.fol.7.

Actus à principio imperfectus valet vt ex nunc, non vt ex tunc.nume.ſeptuageſimoquinto,fol.7.& nu.151.& ſeq. fol.23

Actus voluntarius eſt exigere, & ſoluere, adire, & alienare. nu.75.fo.5

Actus de per ſe inualidus ſi confirmatur, denominatur à confirmante, & non à confirmato. numer. 252. folio 74

Actus imperfectè à minore factus ſi factum maior per quinquennium tacuerit in re oneroſa, & in lucratiua per decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes, cenſetur ratificatus adeo, quod nulla reſtitutio, neque actio dabitur ipſi minori aduerſus illum actum. numer. 76. fol.6.

Actus factus coram conſanguineis, & propinquis præſumitur factus ſine metu, fraude, & dolo, niſi probetur contrarium.nu.112.f.11

Actus factus cum debita forma præſumitur factus à perſona idonea & habili.nu.293.f.26

Actus à principio nullus non poteſt in præiudicium tertij conualeſcere.numero 155.folio 15. & numero 253. folio 23

Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.nu. 210.fol.67.

Actus voluntarius non extenditur vltra quàm geritur. nu. 210.ibid.

Adire hæreditatem dicitur ille, qui exegit, vel ſoluit debita teſtatoris, vt hæres.nu.76,fol.6

Adiudicatio bonorum facta pro maiori quantitate non valet, & in totum annullatur.nu.208.fol.65

Adminiſtrator tenetur vt bonus paterfamilias habere curam bonorum domini, & tenetur de malè adminiſtratis per ſe, & eius factorem.nu.113.& ſeq.f.11

Adminiſtrator tenetur prius habere curam rebus ſuis ne perdantur, deinde bonis domini. numero 114. folio 11

Adminiſtrator, qui bona priuati domini conuertit in proprios vſus, dicitur prædo, & tenetur ad duplum, & contra eum iuratur in litem, & poteſt etiam à Iudice extraordinario puniri: ſi bona vniuerſitatis, & Reipublicæ in vſus proprios conuertit tenetur ad quadruplum. nu. folio 11. Aretinus §. final. inſtitutio. de public. iudicijs.

Adminiſtrator non debet vendere fructus, & redditus, niſi congruo tempore, & in loco fori, & non ſecundum eius caput, alias tenetur ad damna, & intereſſe domino, niſi iuſſu Iudicis, aut domini hoc faceret. numero 117. ibidem.

Adminiſtrator tenetur ad tempus exigere credita, & ſoluere debita, aliàs ſi erunt facti non ſoluendo, vel meta ſit decurſa, aut præſcripta ſint credita, ipſe erit obligatus de ſuo reſarcire, & reficere, & contra eum poterit iurari in litem.num.118. ibidem.

Adminiſtrator promittens bene, & diligenter bona domini cuſtodire, & de eis bonum computum reddere, tenetur etiam de leuiſſima culpa. numer. 120. ibidem. Bartol. in leg. quod nerua. ff. depoſit. & Alexand. conſilio 158. in cauſſa, & lite. nume. ſecundo, ſexto & ſeptimo, volum. ſecundo.

Adminiſtrator poteſt donare nomine domini regulariter. nu.121.ibid.fallit.vt ibi.

Adminiſtrator alicuius, ſi eſt creditor, præſumitur ſibi ſatisfactus.nu.181.fol.17

Adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis infra triginta annos, & omnia ad adminiſtrationem pertinentia reſtituere domino, aliàs dicitur eſſe in dolo. nu.202.fol.18

Etiam ſi fuiſſet facta quietatio ſibi cum iuramento ab officialibus pupillorum, vel ab alijs perſonis. nu. 203. ibid.

Et etiam ſi diceret, ſe inuentarium, aut librum rationum amiſiſſe, vel laceraſſe poſt redditam adminiſtrationem.nu.204.ibid.

Fallit poſt ſententiam latam ſuper calculo, vel lite inchoata ſuper calculo, & tranſactione deinde ſequuta. nu.205.ibid.

Adminiſtrator bonorum an teneatur reſtituere domino vel claras, & liquidas ante redditam rationem adminiſtrationis, vide nu.214.& ſeq.f.19.

Adminiſtrator finita adminiſtratione ſi reperitur diues, an præſumatur factus diues de bonis adminiſtratis. num. 223.fol.20

Adminiſtrator, qui dicit fructus conſumptos, & corruptos poſt triennium abſque eius culpa, tenetur probare eos remanſiſſe per tres annos nu. ducenteſimo trigeſimooctauo. fol.21

Adminiſtrator an præſumatur agere, & emere adminiſtratorio nomine, & de pecunia domini. vide numer. 243. & ſeq.ſol.22

Adminiſtrator, qui nomine domini vendit, non transfert poſſeſſionem per conſtitutum in emptorem. numero 253, fol.23

Adminiſtrator etiam non legitimus, qui dedit aliquid alicui, ſi recipit quod dedit, liberat ſoluentem, ſecus ſi ipſe non dedit. numero ducenteſimo ſeptuageſimoſecundo. fol.24

Adminiſtrator, an per ſolam confeſſionem liberat debitorē. nu.274.ibid.

Adminiſtrator an debeat habere aliquod ſalarium. vide nu. 310.fol.27

Adminiſtrator, an debeat alimentari de bonis ſui domini. vide nu.309.fol.27

Adminiſtrator tenetur de neglectis, & de mala electione factoris, ſeu caſtaldi.num.311.ibid.

Aduocatus procurator, & cauſidicus quicquid acquirit in eius aduocatione & cauſſa, dicitur peculium, quaſi caſtrenſe. numero centeſimo nonageſimo primo. folio 62

Affinitas ſpiritualis ita impedit matrimonium, ſicut affinitas ciuilis & fortius. num.230.fo.71

Agens remedio poſſeſſorio contra poſſidentem ex contractu inualido, an poſſit impediri per reum refricando quæſtionem domini. vide nu.151.fol.14

Agens ad recantandum contra tertios poſſeſſores, non diſcuſſo principali non auditur. nu. 153. fol. 14

Agens ad reſcindendum contractum ſimulatum, aut nullum, ipſo iure poteſt venire contra factum proprium, & eius defuncti. numero centeſimo ſexageſimoſecundo. folio 15

Agens ex contractu non poteſt pro ſe approbare, & contra ſe reprobare. num. 248. & ſeq. f. 22

Agens ex vna cauſſa, & probans ex alia, an debeat obtinere. vide nu. 107. fo. 46

Agnatus præfertur cognato ad tutelam, ſi in ſucceſſione præferreretur. numero centeſimo trigeſimoſeptimo. folio 13

Agere qui vult debet prius pro ſui parte adimplere. nu. 166. fol. 58

Alia eſt ſubſtantia teſtatoris, alia hæredis, & alia legatarij. nu. 106. fol. 46

Allegans ſtatutum non eſſe vſu receptum debet probare. nu. 42. fol. 3

Quod ſecus videtur in legibus, & bannitis non vniuerſalibus, vt per Rodericum SoareZ. in proœmio fori. num. 9. & ſeq. fol. 333

Alienans bona Eccleſiaſtica, & minorum ſine ſolennitatibus, poteſt venire contra factum proprium, & non tenetur de euictione, nec cadit à Canone, & iure ſuo. nume. centeſimo ſexageſimoſecundo. & ſequent. folio 15. & nu. 67. fol. 37

Alienans bona ſua contra formam ſtatuti & iuris communis, poteſt illam auocare, & non habebit locum ſtatutum de retractu. nu. 163. fol. 16

Alienans bona prohibita alienari ex diſpoſitione legis & hominis, cadit ipſo iure à iure ſuo, & proximiori ius acquiritur viuo alienante numero ſeptuageſimoſeptimo. folio 39

Alienatio ſolenniter facta de rebus minoris, & ratificata in maiori ætate valet, & ſolùm datur remedium leg. ſecundæ. C. de reſcind. vendit. contra huiuſmodi alienationem nu. 75. fol. 5

Alienatio bonorum minoris ſine ſolemnitatibus, ſi eſt in fauorem minoris, an valeat. nume. centeſimo ſeptuageſimo fol. 16

Alienatio ipſo iure nulla non facit perdere vſumfructum, neque libellum. num. 67. fol. 37

Alienatio dicitur ipſo iure nulla, quando eſt facta prohibitio à lege, & homine. numero ſeptuageſimoſeptimo. folio 39

Alienationes bonorum minorum quibus ſolemnitatibus fieri debeant ad hoc, vt emptor lucretur fructus. vide nu. 123. & ſeq. fol. 41.

Alimenta, quæ debentur ex diſpoſitione hominis, poſſunt peti etiam pro tempore præterito, ſecus ſi officio iudicis, diſpoſitione legis, aut ſtatuti. numero ducenteſimo quadrageſimoprimo. folio 21. & numero centeſimo ſexageſimonono. fol. 59

Alimenta præterita à tutore pupillo de bonis pupilli præſumuntur præſtita. Alexand. conſilio. 108. viſo. colum. final. volum. 1.

Alimenta debita vxori loco vſusfructus quomodo taxantur, & quæ veniant, & an poßit vxor propria authoritate perficere. vide numer. vigeſimoquinto. & ſequent. folio 32. & numero trigeſimooctauo. fol. 34. num. 138. fo. 52. & num. 192. fol. 62

Alimenta pluribus relicta, quomodo ſunt præſtanda, ſi non ſufficiant omnibus. vide numer. vigeſimoſeptimo. folio 32.

Alimenta alicui debita, cenſentur etiam relicta pro ſeruientibus. nu. 27. ibid.

Alimenta ſunt taxanda ſecundum tempus, & ætatem perſonæ, & non vniformiter. num. 28. fol. 33

Alimenta præſtita alicui præſumuntur data animo non repetendi à matre, priuigno, & ſimilibus. numero 31. folio 33

Alimenta ſemel ab vno præſtita, ab alio amplius præſtari nõ debent. nu. 31. ibid.

Alimenta ſi in perſona filiorum habuerunt exordium, etiam illis mortuis perſeuerare habeant in perſona ſubſtituti. vide nu. 42. fol. 34

Alimenta, an cenſeantur conſtituta etiam de bonis feudalibus liuellarijs, & fideicommiſſarijs. vide numero nonageſimoſeptimo. fol. 45. & Alexan. conſilio 100. ſuper primo. col. fin. vol. 1.

Alimenta debent præſtari de fructibus, & non de proprietate, & ſic bona non poſſunt alienari pro alimentis. numero 36. fol. 33

Alimenta vxori relicta contemplatione filiorum, non debentur mortuis filijs, aut filiabus maritatis. numero 138. fol. 52

Alimenta an tranſeant in fiſcum. numer. ducenteſimo trigeſimoquinto. fol. 71

Alimenta quando debentur loco vſusfructus, per delictum ita extinguuntur ſicut vſusfructus. nu. 238. fo. 72

Alimenta naturalia nunquam extinguuntur, niſi per mortem naturalem. nu. 238. ibid.

Alimenta relicta vxori in domo teſtatoris an teneatur ſtare in domo cum priuignis, ſi vult illa habere, & quando, ac quomodo. latè vide nu. nu. 138. f. 52

Alimenta cenſentur etiam relicta nutrici, vel matri, quando teſtator iußit filium educari penes nutricem, vel matrem. nu. 138. ibid

Alimenta lite pendente debentur, quando litigatur ſuper alimentis, vel matrimonio, aut filiatione. numero 138. ibidem.

Alimenta debentur in ſpecie, & nõ in quantitate. nu. 138. ibid.

Alimenta quando debentur quomodo peti debent. num. 138. ibid.

Alimenta quando à pluribus hæredibus debentur, quomodo legataria agere debet, & quid ſi ſint diuerſi fori, & velit ipſa agere contra eos. vide numer. 138. ibid. & infr. verbo, creditor.

Alimenta poßunt peti tam coram iudice laico, quàm Eccleſiaſtico. nu. 138. ibid.

Alimenta quo tempore præſtari & ſolui debeant. vide nume. 138. ibid.

Alimentorum cauſſa eſt ſummaria, & poteſt procedere iudex etiam diebus feriatis. nu. 138. ibid.

Anima Bartoli vexatur à diabolo in inferno, propter deciſionem, quam tradit, in l. vtrum. ff. ad l. Iul. de parricid. nu. 31. ſol. 33

